N.	*sermōn*-ēs.	*tempŏr*-ă.	*civ*-ēs.	*mari*-a.
G.	*sermōn*-um.	*tempŏr*-um.	*civi*-um.	*mari*-um.
D.	*sermon-ĭ*-bus.	*tempor-ĭ*-bus.	*civi*-bus.	*mari*-bus.
A.	*sermōn*-ēs.	*tempŏr*-ă.	*civ*-ēs.	*mari*-a.
V.	*sermōn*-ēs	*tempŏr*-ă.	*civ*-ēs.	*mari*-a.
A.	*sermon-ĭ*-bus.	*tempor-ĭ*-bus.	*civi*-bus.	*mari*-bus.

Sic etiam permulta adjectiva flectuntur: cf. n. **84**.

Adn. 1. Nominativus, accusativus et vocativus pluralis declinationis tertiae, quartae et quintae sunt semper aequales inter se.

Adn. 2. *I* dativi et ablativi pluralis in thematis consonantibus, ut in *sermon-i-bus*, neque ad radicale neque ad positionem (desinencia) pertinet, sed littera est copulativa seu conexiva, n **17**.

[Ut *sermo: legio nostra, oratio elegantior immo elegantissima, nova opinio, secura recordatio, praeteritus dolor, quantus orator, altor*

1 Thema *tempŏr* pro *tempŏs:* n. **475**, 6.°.
2 Nominativus *mare:* mutato *i* thematis in *e:* n. **475**, 7.°.

mundus, amor divinus, magnifica vox, celeritas tanta, summa cupiditas, imāgo veneranda, consul annuus, judex et quaesītor, homo ingeniosissimus atque eloquentissimus G. Gracchus, strenuus miles, rex dominus, aetas longinquior, Cyrus minor rex, G. Canius eques Romanus. — Sic ut *tempus: gravius corpus, pondus vix ferendum, falsum crimen, montanum flumen, certamen gloriosius, lumen, litus, munus, onus, sidus, vetus caput.* —Ut *civis Gaditanus et Gaditana: auris, carduelis, piscis, postis, aedes, feles, moles, nubes, palumbes, stirps, trabs, ars. arx, dens, gens, lis, mons, imber, linter, uter.* — Ut *mare: bubīle, caprīle, cubīle, hastīle, monīle, sedīle, funāle, tribūnal, vectīgal.*]

I. Nominativus et genitivus [1]

29 Nominativus tertiae declinationis vel est sigmaticus vel asigmaticus, sc. aut habet positionem **s** (**x**), ut *avi-s, dux (duc-s),* aut finitur vocali **a, e, o,** raro **i, y**, vel consonante **c, l, n, r, t.**

[Fit autem

A. *Solo radicale vel themate asigmatico*

1.° In maxima parte nominum in **l, n, r** exeuntium, sc.

ăl, āl-is, ut *animăl animālis. Săl* et propria peregrina, ut *Hannibăl*, faciunt genitivum in *ălis: sălis, Hannibălis;*

ĭl, ĭl-is, ut *pugĭl pugĭlis*, púgil;

ŭl, ŭl-is, ut *consŭl consŭlis, exsŭl exsŭlis*, desterrado;

ān, ān-is (in Graecis nominibus), ut *Titān Titānis, paeān paeānis*, canto de victoria;

ēc, ēc-is singulare est in *allēc allēcis*, salsa (de peces);

ēn, ēn-is, ut *rēn rēnis*, riñón, quod fere in plurali adhibetur; *attagēn, attagēnis*, francolín;

īn, īn-is (in Graecis), ut *delphīn delphīnis.* Etiam est *delphinus delphini;*

ōn, ōn-is et *ŏn-is* (in Graecis), ut *Babylōn Babylōnis, aēdōn aēdŏnis*, ruiseñor, *Iāsōn Iāsŏnis;*

ăr, ār-is, ut *calcăr calcāris*, espuela;

1 De hujus genitivi quantitate brevius nn. 538-541. Litteras ob flexionem mutatas v. nn. 471-472.

ăr, ăr-is in his: *baccăr baccăris*, bácara, amaro, *jubăr*, resplandor, *nectăr, Caesăr, Hamilcăr, Arăr*, el Saona *(lār lăris*, divinidad doméstica, *hepăr hepătis*, hígado);

ēr, ēr-is (in Graecis), ut *crātēr crātēris*, vasija, copa; item in uno Latino vocabulo *vēr vēris*, primavera;

ĕr, ĕr-is, ut *carcĕr carcĕris, latĕr latĕris*, ladrillo. *Itĕr itinĕris*, camino, *Juppiter Jovis*, n. 78, et Graeca *aër* et *aether;*

ŏr, ōr-is, ut *amŏr amōris. Honor*, honra, et *lepor*, gracia, exeunt in *ōs* apud Ciceronem et antiquos: *honōs, lepōs;* alia aliquando, ut *labōs* pro *labŏr;*

ŏr, ŏr-is, ut *marmŏr marmŏris, adŏr adŏris*, trigo candeal, *Castŏr*, Cástor, *Nestŏr*, Néstor, Nestor, et alia Graeca *(arbōs* et *arbŏr);*

ŭr, ŭr-is, ut *turtŭr turtŭris, Ligŭr* (et rectius *Ligŭs) Ligŭris. (Fūr fūris.)*

ās, ās-is singulare est in *vās vāsis.*

2.° Solo radicale aut themate sigmatico, cujus **s** in flexione vocalibus interjectum mutatur in *r* per rhotacismum quem dicunt:

ōs, ōr-is, ut *ōs ōris*, boca; *flōs flōris (lepōs lepōris*, v. in 1.° *ŏr, ōris; bōs bŏvis*, buey, vaca);

ūs, ūr-is, ut *rūs rūris*, el campo, la campiña, la campaña.

Ita singularia *mās măris*, macho, *aes aeris*, cobre, *Cerēs Cerĕris, glīs glīris*, lirón.

3.° Radicale in *tĕr* exeunte, ubi **e** radicalis in genitivo amittitur: ut *patĕr patris, lintĕr lintris*, canoa. Similiter *imbĕr imbris.*

NB. Pleraque horum **i** radicalis amiserunt, ut *linter*, genit. plur. *lintri-um; imber, imbri-um.*

4.° Radicale littera ī terminato in nominibus peregrinis, ut *sināpī sināpis*, mostaza (dicitur etiam *sināpis sināpis); Illiturgi*, Andújar, et alia nomina urbium Hispanarum quorum genitivus aliquando invenitur, ceteri autem casus exeunt in **i**.

30 B. *Radicale vel themate immutato, non tamen producto*, i. e. *sine ulla additione*

1.° Mutata vocali radicali:

ĕ, ĭ-s, ut *marĕ marĭs;*

ĕn, in-is, ut *carmĕn carmĭnis*, verso (para canto);

ŭr, ŏr-is, ut *ebŭr ebŏris*, marfil;

ĭs, ĕr-is (cum rhotacismo), ut *cinĭs cinĕris, cucumĭs*, pepino, *cucumĕris*, raro *cucumis; vomĭs*, reja, frequentius *vomĕr;*

ŭs, ĕr-is (cum rhotacismo), ut *muñŭs munĕris*, don, presente;

ŭs, ŏr-is (cum rhotacismo), ut *decŭs decŏris*, gloria, ornato, belleza; *lepŭs lepŏris*, liebre;

et *capŭt capĭt-is*, cabeza, cum compositis *occiput* et *sinciput*.

2.° Expuncta consonante finali thematis asigmatici:

ŏ, ōn-is, ut *sermŏ sermōnis*, lenguaje (*lŏ* et *Iōn, Iōnis*, *Lacŏ* et *Lacōn, Lacōnis*);

iŏ, iōn-is, ut *papiliŏ papiliōnis*, mariposa, insecto volador;

ŏ, ŏn-is in nonnullis gentium nominibus, ut *Macĕdŏ Macedŏnis*, *Senŏ Senŏnis* (*Teutŏnes* et *Teutŏni*);

mă, măt-is ut *poëma poëmătis*;

et *lāc lact-is*, leche, *cŏr cord-is*, corazón, *fār farr-is*, trigo espelta, *fĕl fell-is*, *mĕl mell-is*.

3.° Expuncto altero **s** radicalis duplici **s** finiti, ut *ās assis* et composita, v. g. *sēmĭs sēmissis*, medio as, *bēs bessis*, dos tercios del as; *os ossis*, hueso.

4.° Expuncto **n** finali thematis in **on** cum genitivo *ĭn-is*, ut *ordŏ ordĭnis*, *orīgŏ orīgĭnis*. Hujus generis nomina omnia in *do* et *go* finiuntur, praeter *Apollo, homo, turbo*.

Singulares sunt nominativi sigmatici *sanguĭ-s sanguĭn-is* et *pollis* inusitatus, *pollĭnis*, flor de harina. Est et *pollĕn*.

31 C. *Addito* s *radicali vel themati*

1.° Labiali, sc. cujus postrema littera est *b* aut *p*:

bs, b-is, v. g. *urbs urbis*, ciudad, *Arabs, Arabis*;

ps, p-is; v. g. *stirps stirpis*, tronco. Similiter *eps ĭp-is*, mutato **i** in **e**, ut *princeps principis* (*auceps aucŭpis*, cazador de aves, *gryps grўphis* et *grўpis*, grifo, animal fabuloso: similiter *hiems hiemis*, invierno.

2.° Gutturali seu desinenti in *c* et *g*:

ax, ācis et *ăc-is*. ut *fornax fornācis*, hornaza, *fax făcis* hacha (*Astyănax Astyanactis*, cum ceteris Graecis in *ănax*);

ex, ēc-is et *ĕc-is*, ut solum in *vervex vervēcis*, carnero, *faenisex faenisĕcis* segador de heno, *nex nĕcis*, *prĕcis* ab inusitato *prex* ruego (*faex faecis*, hez, heces; *senex*, n. **32**);

ex, ēg-is et *ĕg-is*, ut *lex lēgis*, *grex grĕgis*, la grey;

ix, īc-is et *ĭc-is*, ut *radix radīcis*, *calix calicis*, copa. *Strix, strĭgis* (ave fabulosa) et *nix nĭvis*, nieve, singularia sunt;

ox, ōc-is, ut *vox vōcis* (*Cappădox Cappadŏcis*, *Allŏbrox Allobrŏgis*);

ux, ūc-is et ŭc-is, ut *Pollux Pollūcis, tradux tradŭcis*, mugrón de la vid *(faucis* ab inusitato *faux);*

ux, ūg-is et *ŭg-is*, ut *frux* insolens, *frūgis, conjux conjŭgis*, esposa, esposo;

yx, ȳc-is et *ŭc-is, ȳg-is* et *ŭg-is, ŭch-is*, ut *sandyx sandȳcis*, color bermejo, *calyx calȳcis*, cáliz de las flores, *coccyx coccȳgis*, cuclillo, *Iāpyx Iapȳgis, sardŏnyx sardonȳchis;*

x, c-is praeeunte consona, ut *deunx deuncis*, once duodécimas partes del as (de la libra), once *unciae, arx arcis;*

x, g-is in tribus Graecis *phalanx, sphynx, syrinx*, caña, *phalangis*, cet.;

et vocali **i** radicalis mutata in **e**:

ex, ĭc-is, ut *ilex ilicis*, carrasca, *imbrex, imbrĭcis*, teja.

3.° Dentali seu exeunti in *d* aut *t*, sed expuncta dentali:

ās, ād-is (in Graecis), ut *lampās lampădis*, hacha, *Pallās Pallădis (vās vădis* latin., fiador);

ās, āt-is, ut *pietās pietātis (anās anătis*, pato);

ēs, ēd-is tantum in *herēs herēdis*, heredero, heredera, et *mercēs mercēdis (praes praedis*, fiador, et *pēs pĕdis*, pie, cum compositis, ut *sesquipēs*, pie y medio);

ĕs et *ēs, ĕt-is*, ut *segĕs segĕtis*, sementera, *pariēs pariĕtis (quiēs quiētis*, reposo, *requiēs).* In Graecis etiam *ēs, ēt-is*, ut *lebēs lebētis*, caldera;

ĭs, ĭd-is, ut *lapĭs lapĭdis, pyrămĭs pyramĭdis;*

īs, īt-is solum in *Samnīs Samnītis, Quirīs, līs, Dīs* et *dīs*, rico, *Salamīs Salamīnis);*

ōs, ōt-is, ut *cōs cōtis*, aguzadera. Singulare est *custōs custōdis*, guarda;

ūs, ūd-is, ut *incūs incūdis*, yunque, et cum diphthongo *fraus*, fraude, *laus*, loor *(pecŭs pecŭdis* et *pecŏris);*

ūs, ūt-is, ut *virtūs virtūtis;*

ȳs, ȳd-is (in Graecis), ut *chlamȳs chlamȳdis;*

ns, nd-is, ut *glans glandis*, bellota, *frons frondis*, follaje;

ns, nt-is, ut *animans animantis*, ser animado, *gens gentis, mons montis;*

rs, rt-is, ut *pars partis* (sic *puls pultis*, puches);

et mutata vocali radicalis, ut in *milĕ-s milit-is, pede-s pedit-is.*

Nox noctis singulare est.

NB. In nonnullis thematis labialibus, gutturalibus et dentalibus amissum est *i* characteristicum; cf. *urbi-um, arci-um, monti-um.*

4.° Vocali sive finito *i* aut *e* pro *i*, nominum generis masc. et femin. quae in genitivo non crescunt, ut *avi-s av-is*, *calli-s*, senda, *annālis (diēs)*, *poësis; caedē-s caed-is*, matanza.

NB. Horum nonnulla habent duplex radicale, in **e** atque in **i**, ut *aedēs* et *aedis*, templo, *felēs* et *felis*, gato, *vulpēs* et *vulpĭs*, zorra, raposa.

5.° Duplici in *ū*, *grūs grŭ-is*, grulla, et *sūs sŭ-is*, cerdo.

32 Aliqua substantiva a communi nominativi formatione deflectunt, quod duplex radicale, imminutum et productum, habere videantur, v. g. *caro carn-is*, *itĕr itinĕr-is*, *supellex supellectĭl-is*, alhajas; *senex sen-is*, anciano. *Jecur*, n. **78**.

33 Sunt etiam in Graecis nominibus aliae formae thematis et nominativi, apud poëtas praesertim. En tibi praecipuae:

ōn, *ont-is*, ut *Anacreōn Anacreontis*, Anacreonte;[1]

ās, *ant-is*, ut *adamās adamantis*, diamante;

īs, *ent-is*, ut *Simoīs Simoentis*, *Pyroīs;*

ōs, *ō-is*, ut *herōs herōis*, héroe, semidiós;

ūs, *unt-is* (maxime in nominibus geographicis), ut *Amathūs Amathuntis*, *Opūs*, *Pessinūs;*

ūs, *ŏd-is* (solum in compositis ex ποῦς, ποδός), ut *tripūs tripŏdis*, trípode. At *Oedipŭs*, *i* saepe (secundae declinationis) et *polypŭs*, *i* semper; cf. n. **535**, V, 3.ª

ўs (et *ȳs* contractum), *ў-is*, ut *chelўs chelўis*, cítara, *Othrўs Othrў-is*, *Mȳs*.

NB. His adde pauca neutra in

ў, *ў-is* et *ȳs* contractum, ut *misў misўis*, vitriolo, etiam indeclinabile; *astў* et *astŭ*, la ciudad (de Atenas), fere in accusativo;

ăs, *ăt-is*, ut *erysipelăs erysipelătis*, erisipela;

ĕs solum in nominativo et accusativo, ut *cacoēthĕs*, úlcera maligna;

ŏs item in nominat. et accus., ut *epŏs*, epopeya, *chaos*.

(Melăs Melănis, masc.)]

II. Dativus et accusativus

34 Dativus exiit antiquitus in **e**, ut *aere* pro *aeri*.[2]

1 Apud antiquos etiam *Anacreón*. *Anacréon* et *Anacreonta* repudianda sunt.

2 Et in *eî*: *patrei*, *legei*. E pro i *usurpant antiquissimi; hujus usus jam saeculo sexto rarior est*. Garrucc., p. 43.

35 I. Accusativum singularem apud Latinos habent in **im**: 1.° *Amussis*, nivel, cordel, *buris*, cama del arado, *cucumis*, cohombro, *ravis*, ronquera, *sitis*, sed, *tussis*, tos, *vis*, fuerza: *amussim*,[1] *burim*, cet.

2.° Urbium fluminumque nomina in *is* parisyllaba seu quae genitivo non crescunt, ut *Hispalis*, Sevilla, *Tiberis*, el Tíber, *Araris* (frequentius *Arar)*, el Saona.[2] Cf. n. **45**.

II. Frequentius **im** habent quam *em:*

Febris,[3] fiebre, *pelvis*, barreño, vasija (destinada al lavado), *puppis*, popa, *restis*, cuerda, maroma, *securis*, segur, hacha (grande), *turris*, torre. Item *Liger*, el Loira.[4]

III. Usitatius in **em** quam in *im* exeunt:

Clavis, llave, *messis*, siega, mies, *navis*, navío.[5]

III. Ablativus

36 Ablativus generatim exit in *e*, aliquando autem in *i*, nonnumquam in *e* aut *i* promiscue.

I postulant in ablativo:

1.° Substantiva quorum accusativus est in *im* tantum, ut *siti*, *Hispali*, *Tiberi*.[6]

2.° Neutra in *e*, *ī*, *al;* item neutra in *ar* cum genitivo in *āris*, *ā* longo, ut *mari*, *sinapi*, *animali; calcari*.[7] Sed urbium nomina *e* finita **e** contenta sunt, ut *Bibracte*, *Caere*, *Praeneste*. Item plerumque *rete*, et apud poëtas *mare* frequenter.[8]

1 *Ad amussim* seu *adamussim*, a cordel, a nivel, según las reglas; *examussim*, exactamente. *Amussis* caret ablat. singulari et numero plurali. Totam hanc materiam tricarum plenam vide apud Neue-Wag. 1, 303 seqq. et Kühner, 1, 197 seqq. *Futim*, Varro *L. L.* 5, 25, 119. *Rumim*, Plin. *N. H.* 15, 18, 20 (77).

2 *Līris*, el Garellano, et *Scaldis* exeunt etiam in *em*. Cf. Cic. *Leg.* 2, 3, 6, Caes. *B. G.* 6, 33, 3.

3 Saltem apud optimos scriptores.

4 Cfr. Caes. *B. G.* 3, 9, 1; 7, 5, 4; 7, 11, 9; 7, 56, 3; 8, 27, 2.

5 Raro *bipennis*, destral, *sementis*, semillero, *strigilis*, estría, cet., ut *cannabim*, Varro *RR.* 1, 23, 6.

6 Livius tamen dixit 28, 22, 1: *Baete amni*. Ita alii *Arări* alii *Arăre* apud Caes. *B. G.* 1, 13, 1: cf. edd. Oudendorp, Kraner, Dittenberger, Schneider, Nipperdey, Moreira, Garizio, Kübler.

7 *I* in his et sequentibus radicali in *i* tribuendum est. At *sale* masculinum, *nectăre, farre*, cet. *Ab eo quod est* par, pare *vel* pari *dicimus*. Charisius apud Neue-Wag. 1, 359, loquens de substantivo neutro *par*.

8 *Praesēpe* est a *praesēpes* seu *praesēpis*. *Mare* archaicum est, a poëtis Lucretio et Ovidio servatum: cf. Georges, *Lexicon*. *Soracte* et *gausape*, Horat. *S.* 2, 8, 11, oriuntur a masculinis *Soractes* et *gausapes*.

3.° Substantiva appellativa adjectivis similia, *is* syllaba terminata, ut *affini*, *familiari*, *natali*.[1] Nomina tamen propria a quibuscumque adjectivis orta **e** retinent, ut *Juvenale*, *Martiale*, *Felice*.

[Praecipua ad regulam spectantia praeter recensita sunt *aequalis*, *annalis*, *aqualis*, *bipennis*, *canalis*, *rivalis*, *sodalis*, *strigilis*, *trirēmis*, *quadrirēmis*, *quinquerēmis*; alia apud poëtas praesertim. Sed **a)** nonnulla saepius, **b)** multa nonnunquam ablativum habent in **e**: **a)** *aedile*, *volucre*, ave;[2] **b)** *contubernale*, camarada, *patruele*, primo hermano, cet.]

4.° Item mensium nomina, sunt enim adjectiva substantive sumpta, ut *Aprili*, *Septembri*, sc. *mense*.

37 **E** vel **i** sortiuntur in ablativo:

1.° Substantiva quorum accusativus in *em* aut *im* exit, ut *febre* et *febri*, *turre* et *turri*. At *restis* facit semper *reste*, *securis* vero *securi*.

2.° Aliqua substantiva in *is* quae in genitivo non crescunt, ut *amnis*, *avis*, *ignis*.[3] Verum poëtae in his, ut in aliis multis, liberiores sunt.

[Huc pertinent inter alia: *anguis*, culebra, *axis*, eje, *bilis*, *civis*, ciudadano, *classis*, armada, flota, *collis*, otero, cerro, collado, altozano, *convallis*, valle (cerrado), *corbis*, cuévano, *finis*, *orbis*, cerco, círculo, *fustis*, bastonada, varapalo, *ovis*, oveja, *postis*, jamba, *torquis*, collar, *unguis*, uña, garra, *vectis*, palanca.]

3.° Alia nonnulla, ut *imber*, aguacero, *supellex*, alhajas, ajuar, menaje, *vesper*, tarde. Quibus adde *rus* et aliqua urbium nomina, cum per ubi fit interrogatio, v. g. *rūre* et *rūrī*, en el campo, *Carthāgine* et *Carthāgini*, en Cartago.[4]

[Sic *bidens*, oveja, *tridens*, tridente, *consonans*, consonante, *rudens*, cable, *torrens*, torrente.]

IV. De plurali tertiae declinationis

38 Casus plurales nominandi, accusandi et vocandi neutrius generis in *a* desinunt, ut *tempora;* desinunt tamen in **ia**

1 Haec substantiva dinoscuntur terminationibus adjectivorum, *ālis*, *āris*, *īlis*, *ensis*, cet., etsi jam ipsa adjectiva obsoleverunt, v. g. *canālis*: cf. Janss., 29, 2, *b*.

2 *Rude* semper, ut *rude donari*, quia ab adjectivo *rudis* non videtur ortum.

3 Dicitur semper *aqua et igni interdicere*, prohibir el agua y el fuego=desterrar.

4 *Tīburi*, *Anxuri*, cet. Est casus locativus. Antiquitus etiam *carni*, *parti*, cet. dicebatur.

neutra quae habent ablativum in *i*, ut *maria, animalia, calcaria:* n. **36**, 2.°[1]

39 I. Genitivus multitudinis in *um* exit; exeunt tamen in **ium** nomina quorum radicale est in *i*, sc.[2]

1.° Omnia fere substantiva *es, is* terminata, cum in genitivo non crescunt, ut *cladium* a *clades*, derrota, calamidad; *avium* ab *avis*.[3]

[Huc spectant quae numero multitudinis dumtaxat efferuntur, quorum singulare fuit in *es* aut *is*, ut *Alpium, antium, Gadium, manium*, cet., ab *Alpes, antes*, cet.]

NB. Exeunt tamen in *um:* 1.° semper *canis*, perro, *juvenis, strues*, montón, *vates*, adivino, poeta, vate; fere *volucris*, ave, proprie adjectivum; frequenter *apis*, abeja, *mensis*, mes, *sedes*, asiento; alia aliquando, ut *panis, panium* et *panum*.[4]

2.° Pluralia *ambāges*, rodeo, semper; *optimātes* et *penātes* raro.

II. Exeunt in **ium:** 2.° monosyllaba quae in duas consonantes exeunt, quarum postrema est *s* aut *x* [praeter *ops* (insolens in nomin. sing.) et tria graeca *gryps, lynx, sphinx*, quae habent *opum, lyncum*, cet.] Dices ergo *artium* ab *ars, arcium* ab *arx, mercium* a *merx*, cet.

3.° Quaecumque litteris *ns* finiuntur, ut *clientium*, a *cliens*. Haec tamen quandoque, maxime apud poëtas, in *um* desinunt, ut *serpentium* et *serpentum*. *Parens* saepius dat *parentum* etiam in soluta oratione.

4.° Nomina quorum plurale neutrum exit in *ia*, n. **38**, ut *marium, animalium, calcarium*.

5.° Gentilia in *as* et *is*, ut *Arpinatium, Quiritium* [sunt enim adjectiva quae more substantivorum usurpantur; quorum genitivus in *um* rarus est, ut *Samnītium* et *Samnītum*.

NB. Sunt et alia verba in *as, ātis* cum genitivo in *ium*, in quibus tamen genitivus imminutus usitatior est quam plenus, ut *civitatum*, quam *civitatium*.]

6.° Tandem **ium** postulant nomina his versibus contenta:

1 *Animantia* adjectivum est substantive sumptum. Plurale aliquorum neutrorum unius syllabae, ut *aera, farra*, item multorum quae a solis poëtis usurpantur, in solo nominativo et accusativo reperitur.

2 Aliqua ex his characteristicam amiserunt; quare habentur ut radicalia consonantia.

3 Apud poëtas raro *caedum, cladum, veprum*, alia.

4 *Vehes vehum, proles prolum* apud RIEMANN-GOELZER, p. 311.

Linter, uter, venter, mas, mus, [1] *nix noxque cohorsque,*
As, fauces, vires, dos, glis, lis, imber, os (ossis). [2]

[*NB.* 1. *Fraus* facit *fraudium* et *fraudum. Fornacum* et *paludum* multo melius dicuntur quam *fornacium* et *paludium.* [3]

NB. 2. Nonnulla monosyllaba carent genitivo plurali, ut *cor, cos, os* (gen. *oris), rus, sal, sol, vas* (gen. *vadis), lux, nex, pax,* cet. [4]

NB. 3. Nomina quorumdam festorum Romanorum in *alia,* quae pluraliter tantum declinantur, genitivum faciunt in *ium* vel *iorum,* ut *Bacchanalia, Bacchanalium* et *Bacchanaliorum;* item *Compitalia, Saturnalia, Sponsalia:* adde *ancile, ancilium* et *anciliorum,* escudo (caído del cielo).]

40 Dativus et ablativus pluralis in *ibus* exeunt. *Bos* tamen *bōbus* et *būbus* facit, *boves* in nominativo, in genitivo *boum. Sus* facit *suibus,* quod contrahi potest in *sūbus.*

41 Nomina, sive substantiva sive adjectiva, quae genitivum habent in *ium,* quondam exibant in *īs* (aut *eis*) in accusativo, ut *classīs, omnīs (classeis, omneis)* pro *classēs, omnēs.*

VI. Tertia declinatio graeca

42 Nomina Graeca quae ad tertiam declinationem pertinent, ut Latina plerumque declinantur. Multas tamen positiones Graecorum proprias admittunt.

I. Numero singulari

Propria virorum quorum genitivus est in *ōnis* et *ŏnis* (ωνος et ονος) exeunt plerumque in *ŏ* in nominativo, aliquando in *ōn* (ων), ut apud Nepotem; v. g. *Plato, Zeno, Agamemno* et *Agamemnon, Dio* et *Dion.*

1 Cf. Forcellini-Corradini, *mus,* et Neue-Wagener, 1, 425.

2 Sc. *lancha, odre, vientre, animal macho, ratón, nieve, noche, cohorte,—libra, fauces, fuerzas, dote, lirón, pleito, aguacero, hueso.*

3 *Insubrium* rectius quam *Insŭbrum.* Sic *anatum* et *anatium, compedium* et *compedum, facium* et *facum, jus, jurum* et *jurium? laus, laudum* et *laudium?* et alia multa.

4 *Cordium* apud scriptores ecclesiasticos.

Nomina vero geographica fere *ōn* servant, ut *Babylon*, *Lacedaemon;* item ea quorum genitivus est in *ontis* (οντος et ωντος), ut *Xenophon.* [1]

43 I. Genitivus nominum propriorum in *es* Graecorum quae genitivo non crescunt, saepe apud Ciceronem et alios antiquos est in *i* pro *is*, ut *Achilli*, *Aristoteli* [*Isocrati*, *Neŏcli*, *Themistocli*, *Ulixi:* cf. n. **27**, III, *NB.* 1, **49**, IV]. [2]

II. Graeco genitivo in *os* interdum utuntur Latini, maximeque poëtae:

[1.° Cum nominibus in *ĭs* et *ăs*, cujus genitivus Graece est in *ĭdos* et *ădos*, ut *Thetis Thetidos*, *Pallăs Pallădos.*

2.° Cum nominibus in *ys*, *yos*, ut *Tēthys Tēthyos.* [3]

3.° Cum propriis in *e͡us ĕŏs*, ut *Orphe͡us Orphĕŏs* (Latine *Orphĕī*, n. **27**, III).]

NB. At genitivus in *os* vocali praecedente rarus est; genitivus in *seos* v. g. *poëseos*, *metamorphoseos*, non reperitur apud idoneos scriptores.

III. Mulierum nomina in *ō*, ut *Sapphō*, desinunt in *ūs* (ους) in genitivo, in ceteris casibus servant *ō*: v. g. *Sapphō*, *Sapphūs*, *Sapphō*.

[Sic: *Alecthō*, *Calypsō*, *Clīo*, *Clothō*, *Echō*, *Iō*, *Manthō*, *Xanthō*, cet. Latina positio *ōnis*, *ōnī*, *ōnem*, *ōne* rara est. [4]]

44 Graecus accusativus in *a:*

1.° Frequens est apud poëtas, ut *herōa*, *thorāca*, *Hectora.*

2.° Rarus est apud alios et fere in nominibus propriis reperitur, ut *Agamemnona*, *Babylōna*, *Periclea* a *Pericles*, *Troezēna.*

NB. *Aëra* et *aethera* multo sunt usitatiora quam *aërem*, *aetherem*, etiam extra poësim.

45 [Accusativum Latinum *im*, Graecum *in*, faciunt:

1.° Nomina in *is* Latine parisyllaba, hoc est, quorum

1 Apud Plautum et Terentium reperitur aliquando v. g. *Antipho Antiphonis* pro *Antiphon Antiphontis;* veteres enim Graecas positiones vehementer reformidabant, malebantque Latina forma uti Cf. ALVAR. n. 182, p. 167.[1]

2 Genitivi «*Achillī* et *Ulyssī* saepe apud poëtas leguntur». ALVAR. 186.

3 Quantitatem syllabae *ys*, v. n. **535**, III, in ima pag.

4 Cf. QUINTIL. 1, 5, 63. SERVIUS tamen in commentariis Aeneidis semper *Didonis*, *Didoni*, *Didonem*, *Didone*, v. g. 1, 6; 1, 37; 1, 223; 1, 235; 1, 314; 1, 343; 1, 356; 1, 446; 1, 507; 1, 514; 1, 539; 1, 544; 1, 561; 1, 571; 1, 583; 1, 632; 1, 642; 1, 663; 1, 670; 1, 675; 1, 741, cum accusativos adhibeat *Callistō (Calistō)*, *Herō*, *Iō* in Georg. 1, 138; 1, 207; 3, 152; 3, 258, et genitivum *Calypsūs*, Aen. 3, 171.

genitivus apud Graecos in *os* exit praecedente vocali, ut *poësim* et *poësin*, *Charybdim* et *Charybdin*.

2.° Plerumque, raro in *ĭdem*, *ĭda*, nomina in *ĭs ĭdos* ea quae Graece exeunt in *ĭn*, *ĭda* (ιν, ιδα),[1] ut *Parim* et *Parĭn*, raro *Parĭdem* et *Parĭda*.

3.° Nomina in *tis*, ut *Phthiotim* et *Phthiotin;* quae etiam habent *ĭdem* et *ĭda: Phthiotĭdem* et *Phthiotĭda*.

46 I. Accusativum Latinum in *ĭdem*, Graecum in *ĭda*, faciunt nomina in *ĭs* quorum accusativus Graece exit solum in *ĭda* (ιδα),[2] ut *tyrannidem* et *tyrannida* a *tyrannis*, *Aenēĭdem*, *Aenēĭda*, *Amaryllida*.

II. Accusativum Latinum *ym*, saepius Graecum *yn*, faciunt nomina in *ys* cum genitivo *yis*, ut *Othrym* et *Othryn* ab *Othrys*.

III. Habent accusativum Latinum in *em*, nonnunquam Graecum *ēn:*

1.° Propria in *ēs* cum genitivo *is* quae Graece declinantur per primam (ης, ου), ut *Alcibiadem* et *Alcibiadēn*, *Tigranem* et *Tigranēn*. Cf. n. **24**, *NB*. 3.

2.° Item aliquando propria in *ēs* quae Graece flectuntur per tertiam, ut *Xĕnocratem* et aliquando *Xenocratēn*. Cf. n. **50**, III.

IV. Accusativum Latinum habent in *ētem* atque in *em*, Graecum in *ēn*, nomina propria in *ēs ētis*, ut *Thalēs*, *Thalētis*, *Thalēti*, *Thalētem*, *Thalem*, *Thalēn*, ablat. *Thale* (et *Thalēte)*.

47 Abjiciunt *s* in vocativo:

1.° Quae desinunt in *is*, *ys*, *eus*, *ūs* (ους), ut *Parĭ*, *Cotў*, *Pēleū*, *Melampū*. Quae tamen genitivum faciunt in *ĭdos* (ab *is*), aliquando servant more Latinorum, ut *Thāis*.

2.° Nomina virorum in *ās antis*, ut *Calchās*.

3.° Aliquando propria in *ēs*, ut *Carneadē* et *Carneadēs*.]

II. Numero plurali

48 [I. Nominativus pluralis exit frequenter in *ĕs* breve apud poëtas, ut *Trōĕs*, *Arcadĕs*.[3]]

1 Sunt autem quae accentum non habent in ultima, ut Πάρις.

2 Sunt autem quae accentum habent in ultima, ut Ἀμαρυλλίς, Τιτανίς.

3 *Sardīs*, *Sardium* fit a Σάρδεις.

II. Genitivus Graecus tertiae exit in *ōn* solum in titulis librorum: *Metamorphoseōn liber primus, M. Valerii Martialis Epigrammatōn libri XIV.* Extra hunc casum dicitur v. g. *poëmatum.* [1]

III. Dativus et ablativus pluralis neutrorum in *ma* saepius exeunt in *īs*, ut *poëmatis:* cf. n. **50**, I.

[IV. Poëtae dativum et ablativum pluralis rarissime efferunt per *si* vel *sin* in nominibus femininis *as* aut *is* terminatis, ut *Troasĭn, Pierisĭn, Charisĭ*, a *Troades, Pierides, Charites.*]

V. Accusativus pluralis, maxime apud poëtas, desinit in *ăs* aliquando in nominibus Graecis, ut *herōăs, Aethiopăs*, et in peregrinis, ut *Allobrogăs, Lingonăs.*

[VI. Pauca quaedam nomina in *os* et *es* nominativo et accusativo plurali desinunt in *ē*, sine aliis casibus, ut *melē, cetē*, fere apud poëtas.]

III. Exempla declinationis tertiae

Themata vocalia

49

	I. in *o*	II. in *i*	III. in *y*
	SING.	SING.	
N.	*hērō-s.*	*dioecēsi-s.*	*Capy-s.*
G.	*herō-is.*	*dioecēs-is.*	*Capy-ĭs, ŏs.*
D.	*herō-ī.*	*dioecēs-ī.*	*Capy-ĭ (Ilў).*
A.	*herō-em, ă.*	*dioecēsi-m, n.*	*Capy-n. (Othry-m, Tēthy-ă).*
V.	*herō-s.*	*dioecēsi-s.*	*Capў.*
A.	*herō-ĕ.*	*dioecēs-ī.*	*Capȳ, Capў-ĕ.*
	PLUR.	PLUR.	IV. in *ē-s* (ευ-ς)
N.	*herō-ĕs.*	*dioeces-es.*	*Achillē-s.*
G.	*herō-um.*	*dioecesi-um.*	*Achill-ĭs, ĕī, e͡ī, ī.*
D.	*herō-ibus.*	*dioecesi-bus.*	*Achill ī.*
A.	*herō-ēs, ăs.*	*dioeces-es.*	*Achill-em, ēn, ĕă.*
V.	*herō-ĕs.*	*dioeces-es.*	*Achillē-s* vel *Achillē.*
A.	*herō-ibus.*	*dioecesi-bus.*	*Achill-ĕ.*

[1] Alii genitivi in *ōn:* *Malieon* aut *Maleon* (Μαλιέων), Curt. 4, 13, 29; *Chalybon* (?), Catull. 66, 48, cet. apud Neue-Wag. 1, 485.

[Sic declinantur: I. *Mīnos, Thos, Tros.* II. *basis, Charybdis, haeresis, metamorphosis, Neapolis, poësis, Syrtis,* cet. III. *Athys, Halys, Othrys, Tēthys, Tiphys,* cet. IV. *Ulyxes (Ulysses).*]

Themata consonantia

50 I. in *t*

SING.	N. *poēma.*	PLUR.	*poēmat-a.*
	G. *poēmat-is.* *		*poēmat um.*
	D. *poēmat-ī.*		*poēmat-is,* raro *ibus.*
	A. *poēma.*		*poēmat-a.*
	V. *poēma.*		*poēmat-a.*
	A. *poēmat-e.*		*poēmat-is,* raro *ibus.*

II. in *d*	III. in *s* [1]
N. *Parĭ-s.*	*Dēmosthenēs.*
G. *Parid-ĭs, ŏs.*	*Demosthen-ĭs, ī.*
D. *Parid-ĭ.*	*Demosthen-ī.*
A. *Pari-m, n; dem, dă.*	*Demosthen-em, ēn.*
V. *Parĭ.*	*Demosthenĕs, ē.*
A. *Parid-ĕ.*	*Demosthen-ĕ.*

[Super genitivo plurali *ōn* cf. n. **48**, II. Declinantur ut *poëma: diploma, dogma, emblema, peripetasma, peristrōma,* cet. [2]

Ut *Paris* declinantur nomina de quibus in n. **45**, 2.°, ut *Adonis, Alexis, Būsīris, Daphnis, Iris, Isis, Maeotis, Moeris, Osīris, Phalaris, Serāpis, Thĕtis, Thyrsis.*

Cf. n. **46**, I, ad cujus normam flectuntur *aegis,* égida, *cassis,* casco, celada, *Erymanthis, Lāis, Pīēris, pyramis, Thāis, Tyndaris,* cet.

Ut *Dēmosthenes: Aristoteles, Sōcrates, Xenocrates.* Item quae habent thema in *ē* (η), Graeceque per primam flectuntur, ut *Aeschines, Alcibiades, Apelles, Aristīdes, Eurīpides, Mithridātes, Phraātes, Tigrānes, Timarchĭdes, Xerxes. (Orestes,* gen. *Orestis* et *-ae, Pylades,* cet. n. **24**, *NB.* 3. *Neŏcles, Perĭcles, Sophŏcles:* n. **44**).]

1 *S* servatur solum in nominat. et vocat. *Demosthen-is* est pro **Demosthen(es)-is*: cf. CURTIUS, § 466.

2 Priscis temporibus horum genitivus etiam in *ōrum* desiit, ut *poëmatorum, parapegmatorum.* Qua positione etiam Vitruvius et Gellius usi sunt.

VII. Declinatio quarta

Sensus, sentido, masc.; **rad.** *sens*, **thema** *sensu*.
Genu, rodilla, neutr.; **rad.** *gen*, **th.** *genu*.

51 Quarta declinatio continet nomina masculina et feminina in *ŭs*, neutra in *ū*, cum genitivo in *ūs*.

	SING.	PLUR.	SING.	PLUR.
N.	*sens-ŭs*.	*sens-ūs*.	*gen-ū*.	*gen-ŭă*.
G.	*sens-ūs*.	*sens-ŭum*.	*gen-ūs*.	*gen-ŭum*.
D.	*sens-ŭī*.	*sens-ĭ*-bus.	*gen-ŭī*.	*gen-ĭ*-bus.
A.	*sens-um*.	*sens-ūs*.	*gen-ū*.	*gen-ŭă*.
V.	*sens-ŭs*.	*sens-ūs*.	*gen-ū*.	*gen-ŭă*.
A.	*sens-ū*.	*sens-ĭ*-bus.	*gen-ū*.	*gen-ĭ*-bus.

[Quorum ad normam flectuntur masculina: *mōtus (sempiternus), fluctus (marinus), fructus (laetior et uberrimus), (domesticus) luctus, lapsus et cursus (suus), (extremus) spiritus,* [1] *(varius) actus mutatioque, casus (alienus)*, desgracia, *census (amplior et immensus)*, renta, hacienda; *currŭs, currūs et arma.*—Feminina: *(dextra) manus, porticus (alta), anus (annosa)*, vieja (de muchos años), *nurus et socrus, manūs dextra et laeva.*—Neutrum: *cornu* (*bubulum et cervīnum*, de buey y de venado). [2]]

I. Genitivus singularis declinationis quartae interdum littera *i* terminatur praesertim apud antiquos et antiquitatis amatores, ut *ornati, senati, tumulti* pro *ornatus, senatus, tumultus*. [3]

II. Dativus saepe contrahitur in *ū* praesertim apud poëtas et priscos, ut *metū* pro *metui, equitatū* pro *equitatui*. [4]

III. *Artus, partus, tribus* et disyllaba in *cus* exeuntia [*acus, arcus*,

1 In plurali *impetus* et *spiritus* solum in nominat. et acc. reperiuntur.

2 Etiam aevo sequiore tanquam unum verbum sunt declinata: *cornububulum*, genit. *cornububŭli, cornucervini*.

3 V. g. apud Terentium et Sallustium. Fuit etiam in *ŭ-ĭs: anuis*, Ter. *Haut.* 287 [2, 3, 46]. Apud vetustissimos invenitur etiam *uos*.

4 Cf. Gellium, 4, 16. In aevo sequiore genit. et dat. neutrorum exeunt in *ū*.

lacus, *quercus*, *specus* et neutrum *pecu*] faciunt dativum et ablativum in *ubus*, ut *artubus*, *partubus*, cet.

NB. A nomine *portus* promiscue fit *portibus* et *portubus*, a *veru* saepius *veribus* quam *verubus*.

IV. Nonnullarum arborum nomina syllaba *us* exeuntia [praecipue *cupressus*, ciprés, *ficus*, higuera, *laurus*, laurel, *pīnus*, pino] modo per secundam declinationem flectuntur omnino, modo casus in *us* et *u* declinationis quartae assumunt, ut *laurus*, genitivus *lauri* vel *laurus*, abl. *lauro* vel *lauru;* nom. et acc. plur. *lauri* et *lauros* sive *laurus*. [Idem intellege de nomine *colus*, rueca.[1]

NB. Pecu, ganado, non flectitur in singulari; in plurali facit *pecua*, *pecubus*. *Gelu* fere ablativus est; pro ceteris casibus usurpatur, sed raro, *gelum*, *geli*.]

52 *Domus*, casa, et per quartam et per secundam ita declinatur:

	SING.	PLUR.
N.	*domus*.	*domūs*.
G.	*domūs*, de casa (*domī*, en casa) [2]	*domuum* et *domorum*.
D.	*domui*, raro *domo*.	*domibus*.
A.	*domum*.	*domōs*, raro *domūs*.
V.	*domus*.	*domūs*.
A.	*domō*, raro *domū*.	*domibus*.

VIII. Declinatio quinta

Dies, día, masc., plazo (de tiempo), femin.; **rad.** *di*, **th.** *die*.

53 Continet nomina feminina et masculina in *ēs* cum genitivo in *ei*.

1 *Quercus* solum per quartam declinatur.
2 Cf. n. 252, II. *Quid ais, bone vir? est frater domi?* Ter. *Ad.* 556 [4, 2, 17].

SING.	N. *di-ēs.*	PLUR.	*di-ēs.*
	G. *di-ēī.*		*di-ērum.*
	D. *di-ēī.*		*di-ēbus.*
	A. *di-em.*		*di-ēs.*
	V. *di-ēs.*		*di-ēs.*
	A. *di-ē.*		*di-ēbus.*

I. *Fides*, fe, *spes*, esperanza, *res*, cosa, habent *ĕī* pro *ēī* in genitivo et dativo, ut *fidĕi*.

II. Genitivus et dativus singularis declinationis quintae aliquando exeunt in *ē* apud poëtas et antiquos: *diē somnique horas*, Verg. *G.* 1, 208, pro *diei somnique; commissă fidē*, Hor. *S.* 1, 3, 95, i. e. *credita fidei suae*, cosas encargadas a su fidelidad, confiadas a él. [1]

III. Genitivus, dativus et ablativus multitudinis praeter *rerum* et *rebūs*, *dierum* et *diebus* inusitati sunt. [2] Nominativum et accusativum pluralem habent, praeter *res* et *dies*, *acies*, *effigies*, *facies*, *species*, *spes* et apud Vergilium *glacies*, hielo. Cetera plurali carent. Cf. n. **77**, 3.°

[Per quintam flectuntur: *res (obscurior)*, *dies (laetissimus)*; *(prisca) fides*, *pernicies (metuenda*, destrucción pavorosa).]

IX. Declinatio nominis compositi

54 In nominibus compositis ex substantivo et adjectivo si utrumque in nominativo est, utrumque declinabitur, ut *jusjurandum jurisjurandi*, *respublica reipublicae*. [3] Cf. *cornu (bubulum)*, n. **51**.

1 Etiam in *ī* antiquitus exierunt, ut *pernicīī* pro *pernicīēi*, qua positione Vergilius usus videtur in *Aen.* 1, 636: *Munera laetitiamque dii.* V. Gell. 9, 14 et generatim recentiores Maronis interpretes. *Rabies*, cet., in genit. apud priscos.

2 Cicero, *Top.* 7, non est ausus *specierum* aut *speciebus* dicere; non tamen negat posse Latine dici.

3 Sunt haec per juxtapositionem sive improprie composita; quare etiam separata scribuntur: *res publica*, *jus jurandum*.

X. Tabula litterarum mobilium in declinatione

(Cf. nn. **16**, **23**, **25**, **28**, **51**, **53**, **473** seqq.)

SINGULARI

55	1.ª decl.	2.ª decl.		3.ª decl.	
	f. m.	m. f.	n.	m. f.	n.
N.	*ă*,	*ŭ*-s,	*ŭ*-m,	s (*ēs*) *aut deest*,	*ĕ aut deest*,
V.	*ă*,	*ĕ*,	*ŭ*-m		
G.	*ae*,	*ī*,	*ī*,	*ĭs*,	*ĭs*,
D.	*ae*,	*ō*,	*ō*,	*ī*,	*ī*,
A.	*ă*-m,	*ŭ*-m,	*ŭ*-m,	*ĕ*-m, *ĭ* m, *ĕm*,	*ĕ aut deest*,
A.	*ā*.	*ō*.	*ō*.	*ĕ*, *ī*.	*ĕ*, *ī*.

PLURALI

N.	*ae*,	*ī*,	*ă*,	*ēs*,	*ă*, *i*-*ă*,
V.	*ae*,	*ī*,	*ă*,	*ēs*,	*ă*, *i*-*ă*,
G.	*ā*-*rŭm*,	*ō*-*rŭm*,	*ō*-*rŭm*,	*ŭm*, *i*-*ŭm*,	*ŭm*, *i*-*ŭm*,
D.	*īs*,	*īs*,	*īs*,	*ĭbŭs*, *ĭ*-*bus*,	*ĭbŭs*, *ĭ*-*bŭs*
A.	*ās*,	*ōs*,	*ă*,	*ēs*,	*ă*, *i*-*ă*,
A.	*īs*.	*īs*.	*īs*.	*ĭbŭs*, *ĭ*-*bŭs*.	*ĭbŭs*, *ĭ*-*bŭs*.

SINGULARI

	4.ª decl.		5.ª decl.
	m. f.	n.	f. m.
N.	*ŭ*-s,	*ū*,	*ē*-s,
V.	*ŭ*-s,	*ū*,	*ē*-s,
G.	*ūs*,	*ūs*,	*e*-*ī*,
D.	*u*-*ī*,	*ū*,	*e*-*ī*,
A.	*ŭ*-m,	*ū*,	*ĕ*-m,
A.	*ū*.	*ū*.	*ē*.

PLURALI

N.	*ūs*,	*u*-*ă*,	*ēs*,
V.	*ūs*,	*u*-*ă*,	*ēs*,
G.	*u*-*ŭm*,	*u*-*ŭm*,	*ē*-*rŭm*,
D.	*ĭ*-*bŭs*, *ŭ*-*bŭs*,	*ĭ*-*bus*, *ŭ*-*bŭs*,	*ē*-*bŭs*,
A.	*ūs*,	*u*-*ă*,	*ēs*,
A.	*ī*-*bŭs*, *ŭ*-*bŭs*.	*ĭ*-*bŭs*, *ŭ*-*bús*.	*ē*-*bŭs*.

CAPUT II. DE NOMINUM GENERE

56 Substantivum est illud nomen quod per se, sive solum, in oratione esse potest; sc. quod res (los objetos) significat, ut *dux;* v. g. DUX *imperat.* [1]

Dividitur in proprium et appellativum:

Proprium est, quod rem definitam et singularem significat, ut *Romulus, Hispania.*

Appellativum est, quod aliquam speciem, sive rem communem atque incertam significat, ut *rex, oppidum.*

[*NB.* Appellativum dicitur collectivum, cum numero singulari significat multitudinem, ut *populus*, *exercitus;* dicitur abstractum, quod actionem qualitatemve significat; v. g. *iter*, viaje, *prudentia;* secus concretum nominatur.

Nominum genera partim ex significatione, partim ex positione cognoscuntur.]

I. De generibus nominum quae ex significatione cognoscuntur

1. Nomina masculina

57 Quae maribus solum tribuuntur, mascula sunto. His ventos fluviosque super cum mensibus adde.

Masculini generis sunt quavis terminatione:

1.° Nomina, sive propria, sive appellativa, solum viros aut deos significantia; ut *Rōmulus*, *consul*, cónsul; *Genius*, el dios Genio; item nomina animalium quae marem significant; ut *leo*, león. [2]

1 Nomen autem ab ALVARO definitur in Rudimentis *pars orationis quae casus habet neque tempora adsignificat.*

2 Apud scriptores ecclesiasticos etiam nomina angelorum et daemonum.

[Sic appellativa quae solum viris tribuuntur: *bibliopōla*, librero, *caupo*, mesonero, *frater*, hermano, *haruspex*, arúspice, *lanista*, maestro de esgrima (de los gladiadores), *latro*, ladrón, *nauta* sive poët. *navita*, marinero, *pater*, padre, *pirāta*, corsario (cosario), *poëta*, *pugil*, *rēmex*, remero, *scriba*, notario, escribano, *scurra*, bufón, *tubĭcen*, trompetero, [1] *transfuga*, *vir*, varón, cet.

NB. Nomina quae proprie sumpta rem significant, cum virum feminamve sensu translato designant, genus desumunt a terminatione, v. g. feminina *copiae*, ejércitos (abundancia de soldados), *custodiae*, guardas, *operae*, trabajadores, obreros, *vigiliae*, centinelas; neutra *mancipium*, «propiedad, cosa propia», unde esclavo, *auxilia*, tropas auxiliares, proprie «socorros».]

2.° Nomina ventorum, fluviorum et mensium, ut *Etēsiae*, los vientos Etesios (=anuales, de Agosto), *Sequăna (lentus)*, el Sena, *Sicŏris (ultimus)*, el Segre, *Januarius* sive *mensis Januarius*.

NB. Ex fluminum nominibus excipiuntur pauca quaedam in *a* exeuntia, v. g. *Albula*, el Tíber, *Allia*, *Matrŏna*, el Marne, item *Lethe* et *Styx*, quae sunt feminina. [Etiam excipiuntur aliqua peregrina nomina *r* finita, ut *Elāver*, *Iāder*, quae neutra sunt. [2]]

II. Nomina feminina

58 Femineum dices, quod femina sola reposcit.
Insula feminea est, arbor, cum nave poësis.

Feminini generis sunt quavis terminatione:

1.° Nomina, sive propria sive appellativa, mulieres aut deas significantia; ut *Glycerium*, *uxor*, esposa, *Juno;* item nomina animalium quae feminam significant; ut *leaena* (poët. *lea*), leona.

[Sic apellativa feminarum: *mulier*, mujer, *mater*, madre, *soror*, hermana, *nutrix*, nodriza, *anus*, vieja, *socrus*, suegra, cet.]

2.° Nomina insularum et arborum, ut *Rhodus*, Rodas, *abiēs*, abeto, *pirus*, peral [*fagus*, haya, *ficus*, higuera (higo, *ficus*, úlcera, masc.), *mālus*, manzano; *fraxinus*, fresno, *juniperus*, enebro, *pinus*, pino, *pinaster*, pino silvestre, *ilex*, encina, cet.]

1 *Tibĭcen*, flautista, cf. Neue-Wag. 1, 914. Et cf. Alvar., n. 139.

2 Veteres *Istrum*, *Rhenum*, *Metaurum*, *Rhodanum*, *Iberum* nominandi casu pro *Ister*, *Rhenus*, *Metaurus*, *Rhodanus*, *Iberus* dicebant, dummodo adderetur nomen *flumen;* unde est illud Horatii *C.* 4, 4, 38: *Testis Metaurum flumen et Hasdrubal;* et in Arte poëtica, 18: *Aut flumen Rhenum.* Cf. Alvar., n. 144.

Excipe a) haec neutra tertiae: *acer (durum)*, arce, acebo, *robur (grave)*, roble, *siler (molle)*, mimbrera, *suber (silvestre)*, alcornoque, cum terminatis in *um*, n. 64; — b) hoc masculinum secundae *oleaster (amarus)*, acebuche.

3.° Nomina propria navium et fabularum dramaticarum, quae per synesim feminina sunt, quia sc. intellegitur *navis*, *fabula*, pieza dramática; ut *Centaurus magna*, Verg.: *Eunuchus acta est*, se representó el E. (de Terencio).

III. Neutra

Trade notas neutri et vocem pro nomine sumptam,
Et verbum quodvis nuda pro voce repostum,
Et quorum, ceu *fas*, immobilis ultima perstat.

59 Neutrius generis sunt quacumque terminatione:

1.° Elementorum sive litterarum nomina: *u longum*, (una, la) *u* larga; quae aliquando feminina fiunt, subaudita voce *littera*.

2.° Verba et ceterae orationis partes positae loco substantivi, ut *vivere ipsum* pro *ipsa vita; cras dicis*; CRAS ISTUD *quando venit?* mañana dices; ¿este mañana cuándo llega?

3.° Dictiones, cum excluso omni sensu pro semetipsis ponuntur, ut *lux est monosyllabum*.

4.° Substantiva quae in casus non declinantur, ut *fas*, lo justo, *gummi*, goma. [1]

IV. De communibus

Est commune duum, sexum quod claudit utrumque
Articulo gemino, veluti *bos*, *hostis* et *obses*.

60 Nomina personarum appellativa generatim adhibentur solum tanquam masculina, ut *hostis*, enemigo, *nauta*, marinero; aliquando etiam tanquam feminina pro sexus diversitate, ut *civis Romanus*, ciudadano romano, *civis Romana*, ciudadana romana. Haec autem dicuntur communia duorum generum.

1 Sic Hebraeum *manna*, maná.

[En praecipua nomina communia personarum: *adulescens*, adolescente, *affinis*, afín, *agricola* (raro f.) campesino-a, *antistes*, presidente (de cosas sagradas, pro feminino saepius dicitur *antistita)*, *artifex*, artífice, *comes*, compañero-a, *conjux* (fere f.), cónyuge, *dux*, guía, *dynastes*, *heres*, heredero-a, *hostis*, enemigo-a, *infans*, infante, *interpres*, intérprete, *municeps*, munícipe, *obses*, rehén, *parens*, padre (madre), *patruelis*, primo hermano, prima h., *praeses*, presidente-a, *sacerdos*, sacerdote, sacerdotisa, *satelles*, satélite, *vates*, adivino-a, poeta, poetisa.

NB. Apud poëtas inveniuntur etiam communia duorum praecipue: *auctor*, *augur*, *custos*, *hospes* (in femin. rectius *hospita)*, *incola*, *judex*, *juvenis*, *miles*, *par*, *testis*. — Sunt aliqua verba quae substantivis femininis junguntur, sed sola minime adhiberi solent tanquam substantiva feminina, ut *index*, *vindex*, v. g. *vox index stultitiae*. [1]

En praecipua communia animalium: *bōs*, buey (vaca, etiam *vacca)*, aliquando *anser*, ganso, *elephantus* (etiam *elephas)*, *lepus*, liebre, *mus*, ratón, cet.]

V. De epicoenis

61 Articulo sexum quae complectuntur utrumque
Uno, epicoena vocant Graji, promiscua nostri.
Corvus hic, haec vulpes seu mas seu femina poscunt.

[Epicoenum sive promiscuum est quod sub uno genere utrumque sexum complectitur, ut *corvus niger*, mas et femina, *vulpes callida*, mas et femina. — Ad sexum indicandum additur *mas*, *femina*: *vulpes mas* (etiam *vulpes mascula)*, *vulpes femina*.]

VI. De genere incerto sive dubio

Quae modo femineis, maribus modo juncta videbis
Significatorum nullo discrimine facto,
Sunt generis dubii, velut *horridus horrida tigris*.

62 [Nomina incerti generis sive dubia sunt quae modo hoc, modo illo genere apud probatos auctores reperiuntur, sine ullo discrimine, ut *tigris ferus* sive *fera*, sine ulla sexus differentia.

1 Cf. Alvar., n. 141.

Si tamen de maribus singillatim agitur, usurpatur genus masculinum, si de feminis fem.

NB. Dicuntur mobilia nomina quae pro genere diverso, diversa terminatione praedita sunt, ut *dominus* et *domina*, *agnus* et *agna*, cordero y cordera. Sed *columba* et *columbus* nihil aliquando differunt.]

II. De generibus quae ex terminatione cognoscuntur

I. In prima declinatione

ē et **ă** femineum est; **ās, ēs** sunt mascula primae.

63 I. Nomina primae declinationis *ā, ē* litteris finita sunt feminina, nisi obstat significatio: n. **57**, ut *Roma, Aetna, panthera, musica* et *musice* [*manna, ae,* grano de incienso[1]].

Excipe *Hadria*, el Adriático, masculinum, *talpa*, topo, fere masc., *dama*, gamo, masc. et fem.

II. Nomina primae declinationis in *ās* et *ēs* sunt *masculina*, ut *tiaras*, *cometes* (et *cometa*).[2] [Cum autem forma omnino latina flectuntur, sunt aliquando feminina, ut *tiara*.]

II. In secunda declinatione

Um, on neutris, maribus da cetera saepe secundae.

64 [Nomina in **um** et **on** secundae declinationis **neutra** sunt, exceptis nominibus propriis virorum et feminarum, ut *caelum, mancipium,* n. **57**, 1.° *NB.*, *Ilium* sive *Ilion, Saguntum,* Sagunto (Murviedro), *Pelion,* el monte Pelio, *Illyricum* (regio).

1 *Pascha, ae (-ătis* tertiae non est apud Neue-Wag.) Hebraeum neutrum est. Nomina vero montium in *a* et *e* sunt feminina: *Ida, Mycale, Ossa, Hȳbla, Cyllēne, Oeta* et *Oete, Rhodope,* cet.; montes enim genere positionis praediti esse solent.

2 Sic *mammōnas* et *mammona,* riquezas, apud scriptores ecclesiasticos.

65 Nomina in **us** (**os**) et **r** declinationis secundae **masculina** sunt, ut *Gajus* sive *Caunus,* el Moncayo, *gladius,* espada, *acanthus (acanthos),* acanto, *liber,* libro.]

I. Excipiuntur **feminina** in secunda declinatione haec in **us** et **os:**

1.° *Alvus,* vientre, *carbăsus,* tela de lino, vela de navío, *humus,* tierra [*vannus,* criba, *ficus,* n. **58**, 2.°].

2.° Urbium nomina, ut *Saguntus,* n. **64**, *Corinthus,*[1] *Ilios,* et haec regionum: *Aegyptus, Chersonesus* seu *Cherronesus, Epirus, Peloponnesus.* [*Canōpus* tamen est masc.]

3.° Nunnulla fruticum seu arbuscularum (arbustos), ut *buxus,* boj, *nardus,* nardo, *papyrus,* papiro, papel (etiam *papyrum).* Cf. n. **58**, 2.°

[*NB.* Reliqua stirpium seu virgultorum et florum nomina masculinis adduntur, ut *asparăgus,* espárrago, *carduus,* cardo, *dumus,* espino, maleza, *hyacinthus,* jacinto, *pampĭnus,* parra (perraro fem.); *rubus,* zarza, cet.]

II. Ex finitis in **us** excipiuntur **neutra:** *virus,* jugo fétido (venenoso), ponzoña, *vulgus,* vulgo (raro masc.), et poët. *pelagus,* piélago, mar, quae carent plurali.

66 Quae autem a nominibus Graecis in **os** facta sunt Latina, partim **masculina,** partim **feminina** sunt, servato fere genere Graeco, ut *dialogus, prōlogus,* masculina, *Arctos,* la Osa, femininum.

[**Feminina** praecipue sunt:

1.° Plantarum aliqua nomina, plerumque in *os* exeuntia, ut *buglossos,* lengua de buey; adde *balănus,* bellota.

2.° Substantiva ex *odos* (ὁδός) composita, ut *methodus, periodus;* item *atŏmus, antidŏtus* (etiam dicitur *antidŏtum);* praeterea *dialectus, diamĕtrus* sive *diamĕtros, diphtongus, paragraphus.*[2]

3.° Pleraque nomina margaritarum, ut *amethystus,* amatista.[3] *Barbitos,* laúd, masculinum est et fem.]

1 Labitur Commelerán cum in Vocabulario masc. facit *Corinthum;* labuntur saepe vocabularia in genere designando.

2 Et alia nonnulla, quae fere vel cadentis vel omnino lapsae Latinitatis sunt, ut *abyssus, biblus, bissus* seu *byssus, crystallus, erēmus, perimetros, pharus.*

3 E quibus sunt masc. *smaragdus,* esmeralda, *bēryllus,* berilo, *opălus.*

III. In tertia declinatione

§ I. *Masculina*

Os, or, er, o, simul **es** quod crescit mascula sunto.

67 [Nomina *o, ēr, ĕr, or, os* finita, item imparisyllaba in *ēs, ĕs,* masculina sunt, ut *Sulmo Sulmonis, aēr, vomĕr vomeris,* reja del arado (aliquando *vomis), color coloris, flos floris, lebēs lebētis,* caldera, *pariēs pariĕtis, fomĕs fomitis,* yesca.]

I. Ex finitis in **o** excipiuntur **feminina**:

1.° Substantiva in **io** orta a verbis et nominibus adjectivis, ut *legio, oratio,* discurso, *talio,* talión, *communio,* participación, a *legere,* escoger, *oratum, talis, communis;* sed *pugio,* puñal, a *pu-n-gere,* masculinum est: [item masculina sunt ea quae a distributivis oriuntur, ut *senio,* el seis (de la cara de los dados). Igitur *dicio* a *dicere, regio* a *regere, portio,* cf. *partiri,* feminina sunt.]

2.° *Do* et *go* finita quorum genitivus exit in *inis* breve, ut *hirundo,* golondrina, *imago,* imagen, *Carthago;* at sunt masculina *cardo,* quicio, *ordo,* orden; fere *margo,* orilla, aliquando apud poëtas *cupīdo,* deseo.

3.° Excipiuntur **feminina**: *caro,* carne, et nonnullae urbes Hispanae, ut *Barcino, Tarraco.*

[Sunt igitur **masculina**: *scipio,* bastón, *titio,* tizón, *unio,* perla,[1] *papilio,* mariposa, *ligo,* azadón, *harpago,* garfio, cloque, rezón, anclote, *turbo,* remolino, cet.]

II. Ex nominibus **er** finitis excipiuntur 1.° **neutra**: *cadaver,* cadáver, *iter,* camino, *tuber,* protuberancia, *uber,* ubre, *ver,* primavera [*verber,* azote, n. **75**, 2.°, et plantarum herbarumve nomina, ut *piper,* pimienta. *Tuber,* acerola, est masc. Cf. n. **58**, 2.° **a**).]

2.° **femininum** *linter lintris,* canoa.

III. Ex nominibus **or** finitis excipiuntur 1.° **neutra**: *ador,* trigo espelta, *aequor,* la superficie del mar, *cor,* corazón, *marmor,* mármol.

2.° **femininum** *arbor,* vel *arbos,* árbol.

1 Unio, *id est,* concordia *non est cur doceantur pueri femininum esse, cum apud veteres minime reperiatur.* Alvar., 153.

IV. Ex nominibus **os** finitis excipiuntur 1.° **feminina** (praeter *arbos*): *cos*, aguzadera, et *dos (tua)*, dote.

2.° **neutra**: *ōs ōris*, boca, *ŏs ossis*, hueso [et Graeca in **os** ea quae tantum nominativum et accusativum habent, v. g. *melos*, canto].

V. Ex imparisyllabis **es** finitis excipiuntur 1.° **feminina**: *merces*, paga, *(haec) seges*, sembrado, *quies*, descanso [cum compositis *requies*, *inquies*; item *teges*, estera, *compes*, grillete, fere plur. *compedes:* n. **75**, 5.°]

2.° **neutrum** *aes*, cobre.

[3.° *Ales*, ave, masculinum est aut femininum; *quadrupēs*, cuadrúpedo, femininum vel neutrum; *quadrupes*, caballo, est generis masculini.]

§ II. *Feminina*

X da femineis, **aus**, **as**, **is**, **ys**, **es** nisi crescit
In patrio; **s** etiam si consona ponitur ante.

68 [*Ās, ăs, ēs, īs, ĭs, ўs, aus, x,* et consonante praecedente, *s* finita, feminina sunt, ut *aetās aetatis,* edad, *anăs anătis,* ánade, *caedēs caedis,* matanza, *Salamīs Salamīnis,* Salamina, *vallĭs vallis,* valle, *cassĭs cassidis,* capacete, *chlamўs chlamydis,* clámide, *laus laudis,* alabanza, loa, *pax pacis,* paz, *nex necis,* muerte violenta, *nix nivis,* nieve, *nox noctis,* noche, *nux nucis,* nuez, *trabs trabis,* viga, madero, *glans glandis,* bellota.

Huc spectant, exceptis nonnullis, v. **68**, III, pluralia *Alpes, Gades*, cet., n. **39**, 1.°]

I. Excipiuntur in **as**: 1.° **masculina**: *as assis*, as, et nomina Graeca cum genitivo in *antis*, v. g. *adamās*, diamante. [*Vas vadis, mas maris*, n. **57**, 1.°]

2.° **neutra**: *vās vāsis*, vaso [item Graeca in **ăs** cum genitivo brevi *ănis* et *ătis*, v. g. *melas*, una enfermedad, *erysipĕlas*, erisipela].

II. Excipe in **ēs** *parisyllabis: palumbes*, paloma torcaz, masculinum aut femininum, *vepres*, espino, zarzal, masculinum [et Graeca in *ĕs*; quae solum habent nominativum et accusativum, et neutra sunt, ut *cacoēthes*, úlcera maligna].

III. Excipe haec **masculina** in *ĭs*: 1.° finita in *cis*, *guis*, *mis*, *nis*, *alis* et *ollis*, ut *piscis*, pez, pescado, *sanguis*, sangre, *cucumis cucumeris*, cohombro, *cinis cineris*, ceniza, *canalis*, caño, *follis*, fuelle.

[Sic: *fascis*, *anguis*, culebra aliquando fem., *unguis*, *vermis*, *crinis*, *panis*, *funis*, *amnis*, *finis*, rarissime femininum, *canis*, perro, can nonnunquam fem., *clunis*, nalga etiam fem., plurale *manes*, almas de los muertos, n. **39**, 1.°; *annalis*, *aqualis*, *natalis*; *collis*.]

2.° **Mascula** sunt etiam [1] *Lucretilis*, [2] *ensis* et [3] *orbis*,
[4] *Glis*, [5] *mensis*, [6] *cassis cassis*, cum [7] *pulvere* [8] *fustis*,
Tum [9] *lapis* et [10] *caulis*, tum [11] *postis*, [12] *sentis* et [13] *axis*,
Et [14] *torris*, [15] *vectis*, ex [16] *as* composta, [17] *molaris*.
[Adde [18] *pugillares*, [19] *lemures*, pluralia, [20] et *antes*. [1]

3.° *Corbis*, cesto, masculinum est aut fem.; *scrobis (scrobs)*, cueva, *torquis* aut *torques*, collar, perraro feminina; *tigris* raro masc.

IV. Excipe in **ys** masculinum *Othrys* (un monte).]

V. Ex nominibus in **x masculina** sunt:

1.° Nomina Graeca in **ax**, v. g. *thorax thorācis*, coraza.

2.° Nomina in *ex*, *ĕgis*, *e* brevi, v. g. *grex*, *grĕgis*, rebaño. [Sed *lex lēgis* fem., *rex* et *remex* n. **57**, 1.°]

3.° Nomina in **ex**, **icis**, ut *frutex fruticis*, arbusto, tallo [exceptis **femininis** *carex*, carrizo, *forfex*, tijeras, *vitex*, agnocasto, *ilex*, n. **58**, 2.°, et aliquando *imbrex*, teja, *obex* (sine nominat.), cerrojo, *rumex*, romaza, etiam aliquando apud poëtas *cortex*, corteza, et *silex*, pedernal. — Sed *atriplex*, armuelle, neutrum est].

4.° Haec: *calix (argenteus)*, copa, *fornix (inflexus)*, bóveda [*phoenix phoenīcis*, fénix, *tradux tradŭcis*, mugrón de la vid. *Varix*, várice, est masc. et fem.; *calx*, calcañar, et *lynx*, lince, sunt raro masculina.

5.° Verba in *unx*, ut *deunx*, once duodécimas partes del as.

6.° *Sandyx sandȳcis*, color encarnado, nonnunquam *bombyx*, gusano de seda, et *sardonyx sardonychis*, sardónice.]

VI. Ex nominibus in **s**, consonante praecedente, **masculina** sunt: 1.° nomina in **ns** cum genitivo in **ntis**, ut *dens* [*quadrans*, la cuarta parte de una cantidad, v. g. tres onzas de la libra (que valía doce), *fons*, *mons*, *pons*], exceptis **femininis** *bidens*, oveja de dos

1 1 monte de Italia, 2 espada, 3 círculo, 4 lirón, 5 mes, 6 red de cazador, 7 polvo, 8 varapalo, 9 piedra, 10 tallo, 11 jamba, 12 espino, 13 eje, 14 tizón, 15 palanca, 16 ut *semis*, medio as, 17 (diente, piedra) molar, 18 tablitas de escribir, 19 espectros, 20 filas, hileras.

años,[1] *frons*, frente, *gens*, pueblo, *lens*, lenteja, *mens*, pensamiento, et fere *serpens*, serpiente. [*Animans*, ser vivo, est femininum, in plurali etiam neutrum; ser dotado de razón, est masculinum. *Continens*, tierra firme, continente, est fere femininum, raro neutrum.[2]]

2.° Nomina Graeca in **ps**, ut *hydrops*, *hydrōpis*, hidropesía [et *chalybs*, acero. —Latina *adeps*, gordura, et *forceps*, tenaza, tenazas, masc. et fem. sunt. *Stirps*, tronco, perraro masc. est.]

§ III. *Neutra*

Neutrum **ar**, **a**, **e**, neutrum **ur**, neutrum **c-l-i-n-y-t-us**que sequuntur.

69 [*Ă, ē, ĕ, ī, ĭ, ȳ, ăr, ŭr, ŭs, ūs, c, l, n, t* finita, neutra sunt, ut *poëmă poëmatis*, poema, *Tempē* (valle en Tesalia), *marĕ*, mar, *sinapī sinapis* (et *sinapī* indeclinabile), mostaza, *oxymeli*, bebida agridulce, *misў misўis*, vitriolo, *calcar calcāris*, espuela, *Tibur*, Tíbur, *corpŭs*, cuerpo, *jūs*, derecho, *lac lactis*, leche, *mel mellis*, miel, *lumen*, lumbre, *caput capitis*, cabeza.]

Excipiuntur **masculina**: a) Ex nominibus in **ur**: *furfur (hordeaceus)*, salvado, *turtur (raucus)*, tórtola, *vultur (praedator)*, buitre. [*Vultur Apulus. Fur*, n. **57**, 1.°]

b) Ex nominibus in **us**: 1.° *lepus leporis (timidus)*, liebre, *mus*, ratón; 2.° nomina Graeca in *ūs ŏdis*, v. g. *tripūs*, trípode. [3.° nomina urbium in *us untis*, quae tamen ab Ovidio per synesim feminina fiunt, ut *Amathus*.]

Sunt autem in **us feminina**: 1.° quae habent genitivum in *ūdis* et *ūtis*, v. g. *palus*, laguna, *virtus*, virtud; 2.° *pecus pecŭdis*, cabeza de ganado menor, *tellus telluris*, la tierra [et fere *grus*, grulla, *sus*, cerdo, raro masculina.]

c) Ex finitis in **l masculina** sunt: *sol*, *sal* (in singulari etiam neutrum nonnunquam) [*mugil* (etiam in nominativo *mugilis*), mújol].

d) Ex finitis in **n** excipiuntur **masculina**, quae non faciunt ge-

1 *Bidens*, azadón (de dos dientes), masc. est.

2 Haec philosophiae verba rara *accidens*, accidente, *consequens*, consecuente, consecuencia, *ens*, ente, neutra sunt.

nitivum in **inis**, ut *attagēn attagēnis*, francolín, et ex iis quae faciunt *pecten pectĭnis*, peine.

[At **feminina** sunt: *alcyon alciŏnys*, alción, martín pescador, *aēdon*, ruiseñor, *icon*, imagen, *sindon*, lilaila, muselina, et nomina urbium in *īn* atque *ōn*, ut *Eleusin Eleusīnis*, *Babylon Babylōnis*, quibus additur *Troezēn Troezēnis*.]

IV. In quarta et quinta declinatione

U semper neutris, **us** saepe virilibus adde.

70 Nomina quartae declinationis *us* terminata masculina sunt, ut *sensus*.

Excipiuntur **feminina**: *acus*, aguja, *colus*, rueca, n. **51**, IV, raro masc., *domus*, *manus*, *penus*, provisión de boca, *porticus*, pórtico, *tribus*, tribu, plurale *idus* [et *quinquatrus*, fiestas en honor de Marte; apud priscos etiam *specus*, cueva, quod in nominat. et accus. est etiam generis neutr., sed raro. *Anus*, vieja, cet., *quercus*, n. **58**, 1.° et 2.°].

[Femineum **es** quintae; verum inter mascula cense
Saepe *diem*, quibus usque *meri* vocem adde *diei*.]

71 Nomina quintae declinationis sunt feminina, ut *spes*, esperanza.

NB. *Dies*, un día determinado (ayer, hoy, mañana) masculinum est, ut *dies vicesimus*, *hesternus*, *hodiernus*, *crastinus*, sed apud poëtas etiam femininum; día indeterminado, época de tiempo, plazo, fere femininum est; ut *longa dies*. *Diem dicunt*, qua *die ad ripam Rhodani omnes conveniant*. Is *dies erat a. d. V. Kal. Apriles*. Caes. *B. C.* 1, 6, 4; señalan el día en el cual todos se han de juntar a orillas del R. Ese día era el 28 de marzo. Cf. Cic. *R. Am.* 44, 128. *Dies* in plurali et *meridies*, mediodía, sunt semper masculini generis.

III. De genere adjectivorum cum substantiva fiunt

(Cf. n. **373**)

72 I. Adjectiva substantive posita ejusdem sunt generis cujus est substantivum quod subauditur, v. g. *consonans, vocalis (littera),* fem.

[Sic **masculina** sunt: *molaris (lapis)*, n. **68**, III, 2.°; *natalis (dies)*, natalicio, **68**, III, 1.°; *Oriens, Occidens (sol)*, el oriente, el occidente, levante, poniente, *torrens (fluvius)*, torrente, *confluens*, confluencia (de dos ríos), n. **68**, VI; *Quintilis, Sextilis*, cet. n. **57**, 2.°; *sonipēs*, poët. = *equus:* cf. n. **67**, et **67**, V, 3.°

Sunt **feminina**: *bidens (ovis)*, oveja de dos años, n. **68**, VI; *bipennis (securis)*, hacha de dos filos, n. **68**; *triremis (navis)*, nave de tres órdenes de remos, *ib.;* cet. *(Continens*, sc. *terra*, n. **68**, VI).

Sunt **neutra**: *praesens, praeteritum, futurum (tempus)*, cet.]

II. Quod si nullum nomen substantivum subauditur, adjectivum abstracte sumptum neutrius generis est, ut *honestum, incertă fortunae,* inconstancia, inseguridad de la fortuna, *singulare, plurale.*

IV. De genere nominum pluralium deque nominibus genere inaequalibus

73 I. Nomina **omnia**, quae numero multitudinis dumtaxat declinantur, si **a** littera finiuntur, neutra sunt, ut *arma, Bactra, orum* (urbs), *Cythera, orum* (insula); sin autem **i** terminantur, masculina, ut *fasti, Philippi,* Filipos, *Puteoli,* Puzol,[1] *Veji,* cet., urbium nomina.

1 Litt. *Pozuelos* (Ciempozuelos), *Pocitos.*

II. Ae diphthongo finita feminina sunt, ut *Athenae, deliciae, excubiae,* centinelas (fuera del campamento), cf. n. **57**, 1.°, *NB.*, nisi obstat significatio, ut in *Etesiae*, n. **57**, 2.°

74 I. Heterogenea dicuntur quae in plurali recedunt a genere singularis. In quibus haec maxime animadvertenda:

SINGULARI		PLURALI
[*ostrea, ae*, ostra,	fem.	*ostreae* et *ostrea, orum*, fem. et n.]
carbasus, i, tela de lino,	»	*carbasa, orum*, velas (del navío), n.
jocus, i, chanza,	m.	*joci* et *joca, orum*, m. et n.
locus, i, lugar, sitio,	»	*loci*, pasajes (de un autor), asuntos, materias, et *loca, orum*, sitios, regiones. [1]
sibilus, i, silbo,	»	*sibili*, poët. *sibila*.
caelum, i, cielo,	n.	*caeli, orum*, m.
delicium, i, delicia,	»	*delicia* et *deliciae*.
[*Elysium, i*, el Elíseo,	»	*Elysii, orum*, los campos E., m.
frenum, i, freno,	»	*frena* et *freni*.
rastrum, i, rastro, rastrillo,	»	*rastra* et *rastri*.
Argos, i, Argos,	»	*Argi, orum*, m.]

II. In his notanda sunt aliqua nomina montium declinationis secundae, in plurali neutro pro singulari masculino a poëtis usurpata.

SINGULARI		PLURALI	
[*Avernus, i*, el Averno, masc.		*Averna, orum*,	neutr. poët.
Ismarus, el Ísmaro,	»	*Ismara, orum*,	» »
Massicus, el Másico,	»	*Massica, orum*,	» »
Maenalus, el Ménalo,	»	*Maenala, orum*,	» »
Pangaeus, el Pangeo,	»	*Pangaea, orum*,	» »
Taenarus, el Ténaro,	» [2]	*Taenara, orum*,	» »
Tartarus, el Tártaro,	» poët.	*Tartara, orum*,	» »
Taygetus, el Taigeto o Táigeto,		*Taygeta, orum*,	» »]

1 Apud Sallust. et Vergil. *loci* est etiam idem ac *loca*.
2 Etiam *Taenarum*, neutr.

CAPUT III. DE ANOMALIS NUMERO, SIGNIFICATIONE, DECLINATIONE ET CASU

I. ANOMALA SIVE INAEQUALIA NUMERO

75 Anomala sive inaequalia vocantur, quae aut numero aut declinatione aut casu aut aliquo alio attributo deficiunt.

I. **Singulari** tantum numero declinantur:

1.° Nomina propria, ut *Aeneas;* nisi appellativi formam induant, ut *Caesares, Maecenates.*

2.° Nomina abstracta, ut *bonitas, juventus.*

3.° Pleraque eorum quae materiam significant, sive quae metimur et ponderamus, ut grana, liquores, metalla: *triticum, oleum, ferrum, ebur,* marfil, cet.

[Nonnulla tamen nomina herbarum, frumentorum, metallorum, lignorum, cet., recipiunt pluralem numerum, cum sc. tribuuntur rebus individuis sive singularibus a poëtis praesertim, ut *vina,* vinos, diversas clases de vino, *aera,* instrumentos de cobre, estatuas de bronce.]

4.° Nonnulla collectiva, ut *plebs, supellex.*

[5.° Quae sequuntur, et alia:

gelu, us, hielo, **51**, IV, *NB.*	*quies, ētis,* descanso.
humus, i, tierra, suelo.	*sanguis, ĭnis,* sangre.
indŏles, is, índole.	*specimen, ĭnis,* muestra.
jubar, ăris, resplandor.	*suboles, is,* descendencia.
lues, is, peste, epidemia.	*tellus,* tierra, fere poët.
meridies, ei, mediodía.	*tussis, is,* tos.
pontus, i, mar, poët.	*ver, is,* primavera.
pulvis, ĕris, polvo.	*vulgus, i,* vulgo: cf. n. **65**, II.]

II. Quaedam **plurali** tantum declinantur (pluralia):

1.° Multa nomina urbium aliorumque locorum, ut *Athēnae* [*Veji, Leuctra Leuctrorum, Gades Gadium, Alpes Alpium, Esquiliae, Tempe.*]

2.° Aliqua quae pluralitatem significant, ut *Charites* sive *Gratiae*, las (tres) Gracias, *majores*, antepasados.

[*caelites*, habitantes del cielo, bienaventurados.
Dirae, las Furias, imprecaciones.
excubiae, cuerpo de guardia.
inferi, habitantes del mundo inferior.
liberi, hijos.
manes, almas de los muertos.
munia (in nom. et acc.), cargos.
Penātes et *Lares*, dioses domésticos, númenes tutelares de la familia (lar, hogar).
proceres et *primores*, los grandes.
superi, habitantes del mundo superior.
utensilia, utensilios.
verbera, azotes, in singul. poëtico *verberis* et fere poëtico *verbere*.]

3.° Nonnullae corporis partes, ut *cani* (sc. *capilli*), canas.

[*artus*, miembros.
cervices (apud sequiores *cervix*), cerviz.
exta, entrañas.
fauces, in sing. solum *fauce* apud poëtas, fauces.
ilia, *ilium* et *iliorum*, *ilibus*, ijares, ijada.
intestina, intestinos.
nares, fosas (ventanas) nasales, in sing. hac significat. rarum est.
praecordia, diafragma.
renes, riñones.
viscera (raro *viscus*), vísceras.]

4.° Aliqua nomina dierum et festorum, ut *Kalendae*, *Bacchanālia*, fiestas de Baco.

[*Iduālia*, sacrificios hechos en los idus.
Idus.
feriae, días de descanso, ferias.
Lupercālia.
Nonae.
nundinae, mercado, feria.
Saturnālia, cet.]

5.° Res compositae aut quae tales habentur, ut *cancelli*, verja, celosía, *altaria*, altar.

[*arma*, armas, armadura.
armamenta, instrumentos, herramientas.
balneae, casa de baños.
clathri, barras (de una verja).
clitellae, albarda.
compedes, et apud poëtas in ablat. sing. *compede*, grillete.
cunae, *cunabula*, *incunabula*, } cuna.
exuviae, despojos.

fori, celdillas (del panal).
manubiae, dinero sacado de la venta del botín.
moenia, murallas.
obices, abl. singul. poët. *obice*, cerrojo, barreras.
phalerae, bolitas pendientes del cuello (como adorno).
salinae, salinas.
scalae, escala, escalas.
tcopae, escoba.
spolia, despojos.
shermae, caldas, termas.
valvae, hojas de las puertas.
Et plerumque: *bigae*, carro de dos caballos, *quadrigae*, carro tirado por cuatro caballos, et participia *sata*, campo sembrado, los sembrados, et *serta*, guirnalda, n. **151**, 198.

6.° Haec et alia:

ambages, in singul. apud poëtas solum *ambage*, rodeos.
annales, anales.
argutiae, agudeza (de ingenio), argucias.
crepundia, juguetes (estrepitosos).
divitiae, riquezas.
fasti, fastos.
grates, in nominativo et accus. tantum, gracias.
indutiae, treguas.
ineptiae (raro in singulari), sandeces.
inferiae, sacrificios a los manes, exequias.
insidiae, asechanzas.
inimicitiae, enemistades.
minae, amenazas.
nugae, bagatelas.
nuptiae, bodas.
praestīgiae, prestidigitación, prestigios, trapacería.
preces, in sing. solum *prece*, ruego, ruegos.
primitiae, primicias.
reliquiae, reliquias, restos, relieves.
tenebrae, tinieblas.
vindiciae, adjudicación de una cosa puesta en litigio, cet.
Et generatim, *angustiae*, *blanditiae*, halago, *illecebrae*, atractivo.]

II. Significatione inaequalia

76 Sunt etiam substantiva quae praeter significationem quam in singulari habent, alteram in plurali assumunt, ut *carcer*, cárcel, *carceres*, espacio separado por una barrera; *littera*, letra, *litterae*, letras, carta, literatura.

[*aedes, is,* templo.
aqua, ae, agua.
auxilium, i, auxilio.
castrum, i, fortaleza.
copia, ae, abundancia.
fortuna, ae, fortuna.
impedimentum, i, obstáculo.

loculus, espacio reducido.

ludus, diversión, palestra.
natalis (diēs), cumpleaños.
(ops,) is, socorro, cf. n. **80**, V.
pars, tis, parte.

rostrum, i, pico de las aves, espolón de navío.
tabula, tabla.

aedes, ium, templos, casa.
aquae, aguas, aguas minerales.
auxilia, orum, tropas auxiliares.
castra, orum, campamento.
copiae, arum, provisiones, tropas.
fortunae, arum, bienes de fortuna.
impedimenta, orum, impedimentos, bagajes.
loculi, cajita (con divisiones compartimientos).
ludi, espectáculos públicos.
natales, nacimiento.
opes, um, riquezas, poder.
partes, ium, partes, papel (que se representa), partido.
rostra, orum, la tribuna (adornada con espolones de navíos).
tabulae, tablas, libro de cuentas, documento.]

III. Declinatione inaequalia sive heteroclita [1]

(Cf. n. **24**, *NB.* 1, et **51**, IV)

77 Dicuntur heteroclita substantiva quae per varias declinationes flectuntur. Praecipua sunt:

1.° Quae declinantur ut *dominus* et *templum*, v. g. *commentarius* et *commentarium*, comentario, memoria.

[*Callus* et *callum*, callo; *jugulus* et *jugulum*, garganta; *lupinus* et *lupinum*, altramuz; *cubitus*, codo, et *cubitum* (mensura), codo; *balteus*, tahalí, *clipeus*, escudo, et minus saepe *balteum, clipeum; baculus*, bastón, báculo, saepius *baculum*.]

2.° Quae ad primam et secundam declinationem pertinent, ut *menda* et *mendum*, defecto, error.

[*Vespera*, tarde, et nominat. *vesper*, accus. *vesperum*, ablat. *vespere* et *vesperi*. *(Vesper, vesperi*, cet., lucero de la tarde, estrella de Venus.) Cf. n. **62**, *NB.*]

1 Ab ἕτερος, diversus, et κλίσις, declinatio.

3.° Nomina in *ia* et *ies*, ut *materia* et *materies*.

[*Barbaria* et *barbaries*, *luxuria* et *luxuries*, *mollitia* et *mollities*, cet. In gen. dat. et abl. saepius declinantur per primam. Etiam invenitur *colluvio* et *colluvies*, lavadura = lavazas, mezcla confusa, turbulencia.]

4.° Aliqua nomina verbalia in *us* quartae et *um*, ut *eventus eventūs* et *eventum eventi*, acontecimiento, *suggestus* et *suggestum*, sitio alto, tribuna.

[Etiam non verbalia *angiportus* et *angiportum*, callejón, rúa, calleja, *tonitrus* et *tonitruum*, trueno, tronido.]

5.° *Jugerum jugeri*, yugada, quod in plurali per tertiam declinatur: *jugera, jugerum, jugeribus*, raro *jugeris*.

Vas vasis, vaso, in plurali *vasa, vasorum, vasis*.

[6.° Quae sequuntur:

contagio, contagio, epidemia, et *contagium* apud poëtas et recentiores.

plebs plebis, et *plebes plebēi*.

praesepe praesepis et *praesepes praesepis*, item *praesepium*, pesebre.

scorpio scorpionis, escorpión, et *scorpius scorpii*. [1]

tapes tapetis, tapete, et *tapete, is*, etiam *tapetum, i*.

requies requietis, cet., *reposo*, et *requiem requie*.

78 In nonnullis themata diversa sunt:

Femur, muslo, *femoris* et *feminis* (ab obsoleto *femen*), cet.

Jecur, hígado, *jecoris, jocinoris, jecinoris* et *jocineris*, cet.

Juppiter, Jovis, Jovi, cet.

Juventus, juventutis, mocedad, juventud, et apud poëtas *juventa, ae*, et *Juventas Juventatis*, la diosa de la juventud.

Senectus senectutis, vejez, ancianidad, et apud poëtas *senecta*.

Pecus pecudis, cabeza de ganado menor, et *pecus pecoris*, cabeza de ganado, fere ganado; cf. n. **51**, IV, *NB*

Penus penoris, provisión de boca, pl. *penora*, et sine plurali *penus penus* et *penum, i*.

NB. Ibis ibis, el ave ibis, et *tigris tigris* faciunt etiam in gen. *ibidis, tigridis*, in acc. *ibin, tigrim* et *tigrin*, abl. *tigri*, cet.]

1 *Gausape gausapis*, n., et *gausapes, is*, masc., *gausapum, i, gausapa, ae*, cierto manto de lana.

IV. Casu inaequalia sive defectiva [1]

79 I. Quaedam non declinantur in casus, ut nomina litterarum, v. g. *a*, *alpha*, et alia, ut *fas*, lo justo, *nefas*, lo injusto [*gummi*, goma, *caepe*, cebolla, *instar*, igualdad (en grandeza e importancia), *mane*, la mañana, *nihil*, nada, *Chaos* [2], *sēcus* [3] *virile* aut *muliĕbre*, sexo; sed tamen adhibentur tanquam nominativi et accusativi.

NB. 1. *Mane* usurpatur etiam ut ablativus: *summo mane*, muy de mañana; litterarum nomina etiam tanquam alii casus. [4]

NB. 2. Pro indeclinabilibus usurpantur aliquando declinabilia, ut *caepa* pro *caepe*, *gummis* pro *gummi*, *nihilum* pro *nihil*.

NB. 3. *Pondo*, peso, defectivum adhibetur ut ablativus in singulari, v. g. *coronă aurea*, *librā pondo*, del peso de una libra (litt. una libra en peso, *libra* = prope $^1/_3$ kilogram.), et ut quilibet casus in plurali, v. g. *argenti pondo quinque milia*, cinco mil libras romanas de plata, *corona aurea pondo ducentum*, de docientas l., cet.

II. Nomina peregrina, uti Hebraea apud Christianos scriptores, aliquando Latinitate donantur, ut *Jōsephus*, *i*, *Dāvid Dāvidis*, n. **536**, *Mōsēs Mōsis*, cet. [5]]

Jesus habet acc. **Jesum**, ceteros casus **Jesu**.

80 Aliqua flectuntur in nonnullis casibus tantummodo, dicunturque *monoptōta*, *diptota*, *triptota*, *tetraptota*, i. e. unius casus, duorum, trium, quattuor. Cf. n. **75**.

I. Adhibentur in solo ablativo singulari a poëtis, in toto plurali ab omnibus *ambage*, *compede*, *fauce*, *obice*. *Prece* et raro *verbere* etiam apud non poëtas inveniuntur.

II. Adhibentur in solo ablativo singulari, carent autem plurali: *sponte*, addito pronomine possessivo, ut *sponte sua*, por (de) su voluntad; verbalia in *u*, addito genitivo aut possessivo pronomine, ut *rogatu*

1 Multa singularia notantur suis locis.
2 Vergil. ablativo usus est *Chao*, G. 4, 347.
3 Cf. *Revue de Phil.* ann. 1907, vol. 31, p. 233.
4 Et, ut videtur, *sēcus*: Liv. 26, 47, 1.
5 In acc. etiam *Mosen*. Cfr. Alvar., n. 184.

matris, meo, n. **283** [et *natu,* in locutione *grandis (major, maximus, minor, minimus) natu,* entrado en años, de edad. [1]

III. Adhibentur in uno casu atque in certis locutionibus *dicis (causā),* por formalidad; *derisui (esse),* ser objeto de burla; *despicatui (esse),* ser objeto de desprecio; *ostentui (esse),* servir de muestra; *infitias (ire),* negar; *suppetias (ferre),* socorrer; *venum (dare)* vender, *(ire)* ser vendido. Cf. *nauci,* n. **282,** III.]

IV. Duos casus habent:

Fors, acaso, abl. *forte* [fere adverbialiter, sine plur.]

[*Impes,* obsoletum, ímpetu, masc.] gen. *impetis,* abl. *impete* [sine plur.; et rarum est pro *impetus* quartae declin.

(*Sordes,* inusitatum, inmundicia) raro acc. *sordem* et abl. *sorde* (fere plurale adhibetur).

(Vepres, insolens, espino) raro acc. *veprem,* abl. *vepre* (fere plurale usurpatur).]

V. Tres casus habent:

[(*Fides* vel *fidis,* inusit., cítara) *fidis, fidem, fide* solum apud poëtas; generatim plurale est.]

Lues, contagio, epidemia, *luem, lue,* sine plurali.

[*Ops,* inusit., socorro] *opis, opem, ope;* in plur. *opes, opum,* cet., poder, riquezas.

[*Vicis* aut *vix,* obsoletum, vicisitud] *vicis, vicem, vice;* in plur. *vices, vicibus,* sine gen.

Vis, fuerza, acc. *vim,* abl. *vi;* [2] in plur. *vires, virium, viribus.*

VI. Carent nominativo [*daps*] *dapis,* manjar, comida; [*dicio*] *dicionis,* dominio; [*frux*] *frugis,* frutos de la tierra; [*internecio*] *internecionis,* destrucción; [*pollis*] *pollinis,* flor de harina: n. **30,** 4.°

CAPUT IV. DE ADJECTIVORUM DECLINATIONE

81 I. Nomen adjectivum est quod substantivis jungitur sive *adjicitur,* ut ea donet qualitate aut definiat (para calificarlos o determinarlos), ut *dux pru-*

1 Et adverbiorum ritu: *in promptu,* a mano, *in procinctu,* haldas en cinta.

2 Gen. apud Tacit., *Dial.* 26, et sequiores; dativus perrarus est. *Vīs* = *vires* Lucretius 2, 586; 3, 265.

dens, general prudente, *miles strenuus,* soldado valeroso; *bubula caro,* carne de vaca (de buey).

[Igitur adjectivum vel est qualitativum vel definitivum; hoc autem esse potest possessivum, si rem possessam aut ad aliquem pertinentem significat, ut *domus mea, equus regius,* del rey, *miles Pompejanus,* de Pompeyo, del ejército de P.; patrium aut gentile, si patriam, gentem sive nationem indicat, ut *civis Romanus, homo Italus;* numerale, si numerum significat, ut *tres pueri,* cet. [1]

NB. Vox adjectivum late sumpta complectitur etiam varia genera pronominum, cum haec substantivis conjunguntur, ut *hic liber, illa mustela;* item participia, ut *porta clausa,* p. cerrada. Illa dicuntur adjectiva pronominalia, haec participialia.]

II. Ad declinationem quod attinet, adjectiva vel ad primam et secundam, vel ad tertiam declinationem pertinent substantivorum. Quae ad primam et secundam pertinent, tres formas habent in nominativo, cetera vel tres, vel duas, vel unam.

Cum nomina adjectiva tres habent formas, prima est generis masculini, altera feminini, tertia neutrius; si duas, prior est communis generis, id est masculini ac feminini, posterior neutrius; si unam, haec est omnis generis.

I. Adjectiva primae et secundae declinationis

82 Exeunt in

us, a, um, ut *bonus, bona, bonum,* bueno, -a, (-o),

er, era, erum, ut *liber, libera, liberum,* libre,

er, ra, rum, ut *niger, nigra, nigrum,* negro.

Unum exit in

ur, ura, urum, *satur, satura, saturum,* saciado, harto.[2]

1 Adjectivum stricte sumptum est vox quae substantivo adjungitur ad aliquam ejus qualitatem proprietatemve exprimendam. Aliae voces quae substantivo junguntur, ut numeralia et pronomina, vocantur a multis adjectiva definita (determinativos). At haec denominatio convenit adjectivo proprie dicto sive *qualitativo,* quippe quod determinet seu *definiat* substantivum ejus qualitatem significando.

2 Antiquitus *vivos, viva, vivom.* Cf. n. 25 in ima pag.

I. BONUS, BONA, BONUM declinatur ut *dominus, musa, templum.*

	SINGULARI				PLURALI	
N.	*bon-us*	*bon-ă*	*bon-um.*	*bon-ī*	*bon-ae*	*bon-ă.*
G.	*bon-ī*	*bon-ae*	*bon-ī.*	*bon-ōrum*	*bon-ārum*	*bon-orum.*
D.	*bon-ō*	*bon-ae*	*bon-ō.*		*bon-īs.*	
A.	*bon-um*	*bon-am*	*bon-um.*	*bon-ōs*	*bon-ās*	*bon-ă.*
V.	*bon-ĕ*	*bon-ă*	*bon-um.*	*bon-ī*	*bon-ae*	*bon-ă.*
A	*bon-ō*	*bon-ā*	*bon-ō.*		*bon-īs.*	

[Ita *justus, a, um, justissimus, a, um, funestus, odiosus, probus, purus, sanctus, vivus; amatus, a, um,* amado; *amaturus, a, um,* que amará; *amandus, a, um,* que debe ser amado, *cet.*]

II. LIBER, LIBERA, LIBERUM, libre, declinatur ut *puer, musa, templum.*

	SINGULARI				PLURALI	
N.	*liber*	*lĭbĕr-ă*	*lĭbĕr-um.*	*lĭbĕr-ī*	*lĭbĕr-ae*	*lĭbĕr-ă.*
G.	*lĭbĕr-ī*	*lĭbĕr-ae*	*lĭbĕr-ī.*	*liber-ōrum*	*liber-ārum*	*liber-ōrum.*
D.	*lĭbĕr-ō*	*lĭbĕr-ae*	*lĭbĕr-ō.*		*lĭbĕr-is.*	
A.	*lĭbĕr-um*	*lĭbĕr-am*	*lĭbĕr-um.*	*lĭbĕr-ōs*	*lĭbĕr-ās*	*lĭbĕr-ă.*
V.	*liber*	*lĭbĕr-ă*	*lĭbĕr-um.*	*lĭbĕr-ī*	*lĭbĕr-ae*	*lĭbĕr-ă.*
A.	*lĭbĕr-ō*	*lĭbĕr-ā*	*lĭbĕr-ō.*		*liber-īs.*	

Ut *liber* haec tantum adjectiva flectuntur: *asper,* [1] *gibber,* joroba-do, corcovado, *lacer,* desgarrado, *miser, prosper* rectius *prosperus, tener,* tierno; deinde quae in *fer* et *ger* exeunt, [2] ut *mortifer,* mortí-fero, *aliger,* alado. *Dexter,* derecho, facit saepius *dextra, dextrum* quam *dextera, dexterum.* Cetera in *er e* abjiciunt, ut *niger, nigra, ni-grum. Ceteri, ceterae, cetera* et *ludicri, ludicrae, ludicra* carent nomi-nativo singulari masculino [*cetera ceterum,* et *ludicra ludicrum,* gen. *ceteri, ceterae, ceteri, ludicri, ludicrae,* cet. Nominativus masc *posterus* rarus est.]

1 Apud Vergil. *Aen* 2, 379, *aspris* pro *asperis.*
2 A verbis *fero* et *gero.* Sunt plurima poëtarum.

[**Exercitationes**: *poëta Graecus, scriba idoneus*, secretario digno; *mālus bifera*, manzano que da manzanas dos veces (al año), *ormus antīqua*, quejigo añoso, *platanus umbrifera*, plátano umbroso, *amnis latissimus*, rio anchísimo, *amor sanctus*, a. casto, *color vērus*, c. natural, *comes jūcundus*, compañero apacible, *collis mūnītus*, altozano fortificado, *fūnis cannabīnus*, cordel de cáñamo, *homo inconsultus*, h. inconsiderado, *jūdex inīquus*, *mīles ignāvus*, soldado cobarde, *paries ruinosus*, pared ruinosa, *rex peregrīnus*, r. extranjero, *sector zōnārius*, cortador de bolsas (de dinero), *condicio aequa*, propuesta razonable, *consuetudo barbara*, *contio tumultuosa*, junta, asamblea, tumultuaria, *cupiditas effrēnāta*, apetito desenfrenado, *imāgo oblīqua*, retrato de perfil, *lanx argentea*, plato de plata, *merx proba*, mercadería buena, *navis oneraria*, navío de carga, *pellis pantherina*, piel de pantera, *vallis opāca*, valle sombrío, *exemplar mendosum*, copia llena de faltas, *foedus turpissimum*, tratado vergonzosísimo, *opus praeclarum*, obra magnífica, *risus magnus*, grande risada, *magistratus mutus*, autoridad muda, *annus delīra*, vieja demente, *porticus ampla*, pórtico espacioso, *dies festus*, día de fiesta, *res privata*, negocio particular.]

83 Subjecta pronomina et adjectiva ut *bonus, liber* aut *niger* declinantur, nisi quod genitivo *īus*, dativo *ī* finiuntur, et vocativo carere solent.

	G.	D.
alius, a, ud, [1] otro.	*alīus.*	*alii.*
solus, a, um, solo.	*solīus.*	*soli.*
totus, a, um, todo.	*totīus.*	*toti.*
ullus, a, um, alguno.	*ullīus.*	*ulli.*
nullus, a, um, ninguno.	*nullīus.*	*nulli.*
unus, a, um, uno.	*unīus.*	*uni.*
alter, a, um, el otro (de dos).	*alterīus.* [2]	*alteri.*
uter, utra, utrum, cuál de los dos.	*utrīus.*	*utri.*
neuter, neutra, neutrum, ninguno de los dos.	*neutrīus.*	*neutri*
uterque, utrăque, utrumque, uno y otro (de dos), los dos.	*utriusque.*	*utrīque.*

1 Pro *m* habet *d*.
2 Cf. n. **518**, exc. 3.°

utervis, utrăvis, utrumvis, cualquiera de los dos.	*utriusvis.*	*utrīvis.*
uterlibet, utralibet, utrumlibet, cualquiera de los dos.	*utriuslibet.*	*utrilibet.*
utercumque, utracumque, utrumcumque, cualquiera de los dos.	*utriuscumque*	*utricumque.*

alteruter, alterŭtra, vel *altera utra, alterŭtrum* vel *alterum utrum*, uno u otro (de dos). Gen. *alterutrīus* vel *alterīus-utrīus*. Dat. *alterutri* vel *alteri utri*, et ita in ceteris casibus.

Sic accus. *alium, aliam, aliud, utrumque, utramque, utrumque*, cet., ablat. *alio, alia, alio, utrōque, utrāque, utrōque.*

NB. Formae regulares genitivi et dativi valde rarae sunt nisi apud priscos, v. g. *altero, alterae*, pro *alteri. Mihi* SOLAE *ridiculo fuit.* Ter. *Eun.* 1004. [1]

[**Exercitationes**: *alter consulatus, unus libellus, nullus dolor, neutrum genus, utraque pars, utrumlibet dictum, alteruter exercitus.*]

II. ADJECTIVA TERTIAE DECLINATIONIS

84 Exeunt in

er, ris, re, ut *acer, acris, acre.*
is, e, ut *brevis, breve.*
or, us, ut *brevior, brevius.*
unam formam, ut *fēlix, prūdens*, cet.

Quorum autem nominativus est in *er, is, e*, aut *is, e*, declinantur ut *civis* et *mare*, eorum enim thema exit in *i;* sed ablativus semper est in *i.*

I. ACER, ACRIS, ACRIS, fuerte. BREVIS, BREVE, breve, corto.

[1] Cf. ALVAR. in horum declinatione. Saepe tamen a grammaticis dicitur *neutri (generis).*

SINGULARI

N.	*acer*	*acri*-s	*acre.*	*brevi*-s		*breve.*
G.		*acr-is.*			*brev*-is.	
D.		*acr-i.*			*brev-ī.*	
A.	*acr*-em		*acre.*	*brev*-em		*breve.*
V.	*acer*	*acri*-s	*acre.*	*brevi*-s		*breve.*
A.		*acr*-i.			*brev*-i.	

PLURALI

N.	*acr*-es		*acri*-a.	*brev*-es		*brevi*-a.
G.		*acri*-um.			*brevi*-um.	
D.		*acri*-bus.			*brevi*-bus.	
A.	*acr*-es		*acri*-a.	*brev*-es		*brevi*-a.
V.	*acr*-es		*acri*-a.	*brev*-es		*brevi*-a.
A.		*acri*-bus.			*brevi*-bus.	

Adnot. Genus neutrum a masculino et fem. solum differt in nominativo, acc. et voc.

a) Ut *acer* haec duodecim declinantur:

alacer, pronto.	*equester.*	*salūber*, saludable.
campester.	*paluster*, pantanoso.	*silvester.*
celeber.	*pedester.*	*terrester.*
celer, ligero.	*puter*, podrido.	*volucer*, volador, volátil;

[quibus addenda haec quattuor mensium nomina *September*, *October*, *November*, *December*.

Unum *celer* in flexione servat *e: celer*, *celeris*, *celere*, gen. *celeris*.

Exercitationes: *pastus saluber*, *musa silvestris*, *ordo equester*, *pālus puter*, estaca podrida, *turma* (escuadrón) *celeris*, *instrumentum campestre*.]

NB. Raro in prosa oratione, saepius in poëmatis nominativus masculinus horum adjectivorum exit in *ris* pro *er*, ut *annus salubris* apud Ciceronem, *collis silvestris* apud Caesarem, *montivagus atque silvestris cursus*.

[b) Ut *brevis* flectuntur: *admirabilis*, *amabilis*, *debilis*, *facilis*, *gravis*, *horribilis*, *irreparabilis*, *irrevocabilis*, *suavis*, *terribilis*, cet.

Exercitationes: *belua immanis*, bestia desmesurada o descomunal, *candela brevis*, vela corta, *sublimis columna*, *pugna navalis*, com-

bate naval, *rota figularis*, rueda de ollero o alfarero, *illustris et perlucida stella*, e. clara y luminosa, *conviva hilăris*, convidado o comensal alegre; — *ager immunis*, tierra exenta de impuestos, *amicus fidelis*, amigo leal, *animus virilis*, espíritu varonil, *cibus suavis*, comida sabrosa, *jocus illiberalis*, gracia grosera, *pullus quinquemestris*, potrico, pollino, de cinco meses, *puteus jugis*, pozo perenne, *ventus lenis*, viento blando, *bellum civile*, guerra civil, *domicilium illustre*, habitación iluminada, *praemium mediŏcre*, recompensa mediana, *grave testimonium*, *caelum tenue purumque*, cielo o atmósfera sin cargazón y despejada; — *auctor facilis*, *mirabilis pugnandi cupiditas*, admirable deseo de pelear, *utilis dimicatio*, útil combate, *homo humilis*, h. de baja suerte, *talis honos*, honra tal, *rudis indigéstaque moles*, mole (amontonamiento) tosca e informe, *omne divinum humanumque jus*, todo divino y h. derecho, *nobile nomen*, nombre famoso, *breve tempus*; — *omnis commeatus*, todo convoy (tránsito, provisión), *exitus notabilis*, fin notable, *suavis fructus*, *cornu lunare*, cuerno de la luna; — *res militaris*, arte m., milicia.]

c) Nonnulla adjectiva declinantur ut *bonus, a, um* simulque ut *brevis, e*, v. g. *hilarus* et *hilaris* gozoso [et aliquot composita, v. g.

inermus, a, um	et *inermis, is, e,*	desarmado.
exanimus,	et *exanimis,*	exámine, que pierde la vida.
bijugus	et *bijugis,*	de doble tiro (de caballos).]

II. BREVIOR, BREVIUS. Adjectiva in *or, us,* comparativa sunt, ut *brevior, brevius,* más breve, flectunturque ut *sermo* et *tempus*. Horum ablativus in *i* perraro desinit.

	SINGULARI		PLURALI	
N.	*brevior*	*brevius.*	*brevior*-es	*brevior*-a.
G.	*brevĭor*-is.		*brevior*-um.	
D.	*brevior*-i.		*brevior*-ibus.	
A.	*brevior*-em	*brevius.*	*brevior*-es	*brevior*-a.
V.	*brevior*	*brevius.*	*brevior*-es	*brevior*-a.
A.	*brevior*-ĕ (*brevior*-ī).		*brevior*-ibus.	

[**Exercitationes:** *annus superior, regnum spoliatius, verecundior praeco, minor fides, poëta bonus, melior, optimus; scurra* (bufón) *malus,*

pejor, pessimus; vir magnus, major, maximus; facilis, facilior, facillimus; difficilis, difficilior, difficillimus; humilis, humilior, humillimus; similis, similior, simillimus; dissimilis, dissimilior, dissimillimus. [1]]

III. FELIX. Adjectiva unius terminationis, ut *felix*, feliz, declinantur ut *civis* et *mare;* sed sunt imparisyllaba.

	SINGULARI		PLURALI	
N.	*felix.*		*felic*-es	*felici*-a.
G.	*felic*-is.		*felici*-um.	
D.	*felic*-i.		*felici*-bus.	
A.	*felic*-em.	*felix.*	*felic*-es	*felici*-a.
V.	*felix.*		*felic*-es	*felici*-a.
A.	*felic*-i vel *felic*-e.		*felici*-bus.	

[**Exercitationes:** *bestia cicur*, animal manso, *stella errans*, planeta; *campus ingens*, planicie inmensa, *gladius micans*, espada reluciente, *populus potens*, pueblo poderoso, *magnus vir ac sapiens*, *mendacium impŭdens*, mentira desvergonzada, *ingenium clemens*, índole pacífica, *praesens periculum*, peligro inminente, *grave saxum et ingens; homo iners ignavus*, hombre flojo, cobarde, *aspiratio gravis et pestilens*, respiración dificultosa y hedionda, *rex generosus ac potens, constans homo et gravis, collis urbi imminens,* que se levanta junto a la ciudad, *tempus iners*, tiempo que impide el trabajo, que causa inacción, *discors semen,* principio opuesto, *atrox facinus; domus ingens*, [2] *amicus constans, res inconstans.*]

85 I. Ut *felix* declinantur omnino, ac proinde habent plurale neutrum in **ia**, ea solum adjectiva et participia quae terminantur in **ans** et **ens**, in **as** (raro), **rs, ax, ix, ox**, et numeralia in **plex** [v. g. *elegantia, sapientia, Larinatia, sollertia, tenacia, pernicia, atrocia, simplicia* ab *elegans, sapiens, Larīnas, sollers, tenax, pernix, atrox, simplex.* Adde *anceps, praeceps, dis, locuples, par* cum compositis [3], et apud recentiores auctores *hebes, teres, quadrupes, versicolor*].

1 *Misceantur nonnumquam omnes gradus, ut* felix, felicior, felicissimus; *sic enim fit lingua celerior et exercitatior.* ALVAR., n. 10.

2 En casa grande, *in domo ingenti.* Cf. loc. *ubi.*

3 *Par*, masc. compañero, fem. compañera, neut. un par.

NB. Pauca ex his declinantur etiam ut *bonus, a, um*, v. g. *opulens* et *opulentus, violens* et *violentus.*

[II. Huc etiam pertinent, sed carent neutro plurali (cf. tamen **84 a**) adjectiva in

ĕr ĕris: degĕner, pauper, uber.

ĕs ĕtis, ut *indiges, praepes (dēses dēsĭdis, reses resĭdis, pūbes* (seu *puber) pūberis, impūbes impūberis* vel *impūbis impūbis;* at Vergilius dixit *puberibus foliis*, Aen. 12, 413;

ĕs ĭtis: ales, cocles, dives, sospes, superstes;

ex ĭcis, ut *supplex;* apud Ciceronem tamen reperitur *supplicibus verbis;*

ex **caput** composita: *biceps, triceps*, cet., exceptis *anceps* et *praeceps.*

Praeterea *caelebs caelibis, cicur cicuris, compos compotis* et *impos impotis, discolor discoloris,* [1] *intercus intercutis, memor memoris, oscen oscinis, trux trucis, vigil vigilis; — exsanguis exsanguis*, parisyllabum. Sunt etiam alia nonnulla a poëtis Graecorum more conficta, quae in uno alterove casu adhibentur, ut apud Ovidium *Ausonis ora*, de Ausonia, de Italia, *hasta Pelias*, del monte Pelio. [2]]

NB. Nonnulla neutro plurali carentia inveniuntur tamen in dativo et ablativo cum substantivis neutris copulata: cf. ex. n. II.

III. De nonnullis casibus adjectivorum tertiae declinationis

86 I. Adjectiva quorum neutrum **e** littera terminatur, **i** adsciscunt in ablativo singulari, ut *brevi, pingui.*

NB. Caeleste, perenne, bimestre, cet., pro *caelesti, perenni, bimestri* vel apud ipsos poëtas rara sunt. [3]

II. Reliqua adjectiva *i* vel *e* admittunt, ut *ingenti* vel *ingente;* sed *i* frequentius. At substantive sumpta, et comparativa fere in **e** terminantur; v. g. *illud a sapiente dictum.*

III. Participia praesentis, cum adhibentur ut vera participia, desinunt in **e**, ut: *vel aestate deficiente, vel autumno ineunte.* [4] Sed cum in

1 *Discoloribus signis.* Cic.
2 Cf. Legionensis in versione Vergil. *G.* 1, 281.
3 *Specie caeleste resumpta.* Ov. *M.* 15, 743. Cf. *Fast.* 3, 654; 6, 458.
4 *Vere tepenti*, Ov. *Art.* 3, 185; ut vitetur multiplex concursus litterae *e.*

nomina adjectiva transeunt, nimirum si qualitatem non vero tempus exprimunt, multo usitatius exeunt in *i* quam in *e*, ut *biduo continenti*, *providentia diligenti*.

[*NB.* Adjectiva *compos*, *impos*, *caelebs*, *deses*, *pauper*, *princeps*, *pubes*, *superstes* semper **e** contenta sunt; *ales*, *dives* fere semper; *vetus*, *uber* saepissime. At *memor* et *par* ablativum faciunt per **i**: *memori*, *pari*.[1]]

IV. Nominativus pluralis neuter adjectivorum tertiae declinationis exit in **ia**, ut *elegantia*, *inertia*.

Sed comparativa cum uno *vetus* in **a** finiuntur, ut *breviora*, *vetera*.

V. Faciunt genitivum in *ium* adjectiva et participia quae plurale neutrum habent in *ia*, ut *acrium*, *brevium*, *felicium* [*elegantium*, *inertium*, *locupletium*, exceptis *quadrupes* et *versicolor*. *Locuples* habet duplicem genitivum *locupletum* et *locupletium*; *anceps* et *praeceps* potius in *um*].

VI. Verum quae plurali neutro carent genitivum faciunt in *um*, ut *inopum*, *divitum*. [*Celer*, *hebes*, *teres* in genitivo plurali non invenies; at *Celeres*, soldados de a caballo (para guarda de los reyes – de Roma –) facit *Celerum*.]

NB. Adjectiva in *ns* faciunt aliquando genitivum in *um*, ut *sapientum*, maxime apud poëtas ut *bellantum*; item raro et apud solos poëtas adjectiva in *is*, ut *caelestum* pro *caelestium*. Sic apud Ov. *M.* 1, 150: *Ultima* CAELESTUM *terras Astraea reliquit*.

[IV. De casu inaequalibus seu defectivis

87 Sunt adjectiva quibus scriptores in certis casibus non utuntur. Sic nominativi *primor*, *seminex*, *sons* (*ceterus*, *ludicrus*, n. 82, II.) sunt insolentes. *Bicorpor*, poët., facit tantum *bicorporis*. *Exlex* et *exspes* solum in nominativo et accus. inveniuntur, *pernox* in nominat. et ablat., *trilīcem* in solo accusat.

Pauci caret singulari et fere *plerique*, quod in genit. non usurpatur. Reperitur tamen *pleraque nobilitas*, *juventus*, la mayor parte de la nobleza, de la juventud, los más de los nobles, de los jóvenes; *plerumque exercitum*, et *plerumque* (neutr.), la mayor parte.

1 Apud Verg. *B.* 8, 75: *numero impare*. *Par* subst. facit *pare* et *pari*.

Non declinantur in casus *frugi* et *nequam (homo frugi, hominem frugi, homines frugi*, cet.). Neque declinantur *opus* et *necesse*, quae junguntur cum verbo *sum*, es necesario, es fuerza.

Plus in singulari substantive sumitur, et solum habet nominativum et accusativum neutrum et genitivum *pluris (pretii);* in plurali *plures, a, plurium, pluribus.* — *Pluria* pro *plura, plurum* pro *plurium* perrara sunt.

Exteri caret singulari: *exterae nationes, extera regna,* naciones extranjeras; *exteri,* los extranjeros.

Inferum fere jungitur cum *mare: mare inferum,* el mar inferior, de abajo (el Tirreno). *Inferi,* los habitantes del mundo subterráneo; *inferae partes,* el mundo subterráneo; *infera flumina.*

Postera, posterum, siguiente, inmediato, caret nominativo masculino. *Posteri,* los venideros.

Superum fere cum *mare* invenies: *mare superum,* el mar superior, de arriba (el Adriático), *limen superum inferumque,* dintel y umbral. *Superi,* los habitantes del mundo superior (los del cielo y de la tierra); *supera,* el mundo superior, el cielo. Adjective sumptum rarum est.

Cujus, a, um, cuyo, de quien, cum interrogatione aut sine ea, adhibetur solum in nominat. et accus. singularis, in ablat. fem. ejusdem numeri, atque in nominat. et accus. plur. fem.]

V. De comparativo ac superlativo

88 I. Nomen positivum est quod alicujus rei proprietatem sive qualitatem absolute simpliciterque significat, ut *justus, injustus.*

II. Comparativum est quod significat qualitatem cum qualitate collatam, ita ut haec uni rei majore gradu tribuatur quam alteri, ut *justior, injustior,* más justo (que otro, que él mismo en otro tiempo).

III. Superlativum est quod qualitatem in summo gradu collocatam significat, ut *justissimus, injustissimus,* muy justo, justísimo, aut el más justo.

Adn. 1. In prima significatione superlativum dicitur absolutum, in altera relativum.

Adn. 2. Etiam participia praesentis praeteritique temporis, cum fiunt adjectiva, [1] item adverbia comparantur. Cf. n. **159.**

IV. Comparativum fit addita radicali positivi terminatione *ior* pro masculino et feminino, *ius* pro neutro, ut *just-us, justior, justius; brev-is, brevior, brevius; sapiens sapient-is, sapientior, sapientius.*

V. Superlativum fit addita radicali positivi terminatione *issimus, issima, issimum;* ut *justissimus, a, um; brevissimus, a, um; sapientissimus, a, um.* Cf. n. **5**, *obs.* 2. [2]

Sic a *potis,* que puede, capaz, fere poëticum, fiunt *potior,* preferible, et *potissimus,* principal, quae trita sunt.

NB. A comparativo aliquorum adjectivorum oritur forma deminutiva in *culus, a, um,* ut *duriusculus, grandiusculus, majusculus, plusculum,* ut emolliatur positivi aut comparativi significatio, ut: *duriusculum est,* es un tanto duro. *Thais, quam ego sum, grandiuscula est,* i. e. aliquanto *grandior,* T. es un poco mayor (en edad) que yo.

Excipiuntur: 1.° adjectiva in **er** finita, quorum superlativa fiunt adjecta nominativo terminatione **rimus, rima, rimum,** [3] ut *pulcher, pulcherrimus, a, um; acer, acerrimus, a, um.*

Etiam *prosperus* (sive *prosper)* facit *prosperrimus. Maturus* facit *maturissimus* et *maturrimus.*

2.° *Făcilis, grăcilis,* delgado, *hŭmilis, sĭmilis* et composita, in quibus mutatur syllaba **is** in **limus, lima, limum,** ita: *facillimus, difficillimus, simillimus, a, um,* cet. [4]

3.° Adjectiva in *dicus, ficus, volus* ex verbis *dico, facio, volo* profecta, quae sic comparantur:

1 V. g. apud Cic. *abundans, acceptus, amans, appetens, consideratus, contemptus, desperatus, oboediens, optatus, patiens, perspectus, spoliatus.*

2 *-is-simus* sive *-is-sumus* est pro *is-timus* seu *is-tumus,* facta assimilatione. Cf. LAURAND, VI, n. 160.

3 Pro *timus* cum assimilatione secundae litterae in primam.

4 Sc. adjectiva in *ĭlis,* brevi syllaba praeeunte, exeunt in *illimus;* longa praecedente, in *ilissimus,* v. g. *nōbil-issimus, ūtil-issimus.* Ab *imbēcillis* videtur esse *imbecillimus; imbecillissimus* est ab *imbecillus.* Cf. NEUE-WAG. 2, 200.

maledicus, maledicentior, maledicentissimus; [1]
magnificus, magnificentior, magnificentissimus;
benevolus, benevolentior, benevolentissimus.

[Sic *beneficus, munificus, honorificus.* [2] *Egenus* et *providus* non comparantur; pro illis comparantur participia *egens* et *providens: egentior, providentior, egentissimus, providentissimus.*]

4.° Sequentia:

bonus, bueno,	*melior*, mejor,	*optimus*, óptimo.
malus, malo,	*pejor*, peor,	*pessimus*, pésimo.
magnus, grande,	*major*, mayor,	*maximus*, máximo.
parvus, pequeño,	*minor*, menor,	*minimus*, mínimo.
multus, mucho,	*plures*, más, [3]	*plurimus*, muchísimo.
frugi, bueno,	*frugalior*,	*frugalissimus.* [4]
nequam, malo,	*nequior*,	*nequissimus.*

89 I. Nonnulla adjectiva tempus aut locum exprimentia carent positivo, cui respondet praepositio vel adverbium:

citra, a esta parte, *citerior*, *citĭmus.*
extra, fuera, *exterior*, *extrēmus*, raro *extĭmus.*
infra, abajo, *inferior*, *infimus* et *īmus.*
intra, dentro, *interior*, *intĭmus.*
post, después, *posterior*, *postrēmus. Postumus*, nacido después de la muerte del padre, póstumo.
prae, delante, *prior*, primero de dos, *prīmus.* [5]
prope, cerca, *propior*, *proxĭmus.* Pro positivo usurpatur *propinquus:* v. **89**, IV, 3.°
supra, encima, *superior*, *suprēmus*, et *summus* el más elevado, el último (en el tiempo).
ultra, a la otra parte, *ulterior*, *ultĭmus.*

[*NB.* *Anterior* ab *ante* solum apud scriptores recentiores reperitur.]

1 A participio praes. *maledīcens.*
2 *Malevolus* facit solum *malevolentissimus* sine comparativo; *mirificus mirificissimus*, apud Terentium. *Mirificentissimus* est infimae Latinitatis.
3 Cf. n. **87** et **159**, I. *In mari multo plures sunt pisces quam in fluminibus.*
4 Cf. Vocabul. Gulielmi FREUND, v. *frugalis.*
5 Cf. NONELL, *Cant. Pros.*, n. 24.

II. Carent etiam positivo comparativa et superlativa:

deterior, peor, *deterrimus; ocior*, más rápido, *ocissimus*.

[*NB. Sequius*,[1] menos bueno, etiam superlativo caret, estque perrarum.]

III. Nonnulla comparativo carent, sed suum superlativum habent; v. c.

bellus, donoso, *bellisimus*.
diversus, diverso, *diversissimus*.
falsus, falso, *falsissimus*.
[*inclitus*,[2] ínclito, *inclitissimus*.
invictus, invicto, *invictissimus*.
invitus, descontento, *invitissimus*,
meritus, que merece bien, *meritissimus*.
novus, nuevo, *novissimus*, el último.
sacer, sagrado, *sacerrimus*.
vetus, antiguo, *veterrimus*, cet.]

IV. Superlativo carent, at gaudent comparativo:

1.° *adulescens* fere subst., adolescente, *adulescentior*.
juvenis subst., joven, *junior*.
senex » anciano, *senior*.

2.° Multa adjectiva in *ilis* et *bilis*, a verbis deducta, ut *agilis*, *credibilis* [*docilis*, *flebilis*, *probabilis*. Sed *amabilis*, *fertilis*, *fragilis*, *ignobilis*, *mobilis*, *nobilis*, *utilis*, cet., comparativum et superlativum habent.

3.° Carent superlativo: *ater*, *caecus*, *jejunus*, *longinquus*, *proclivis*, *propinquus*, *surdus*, *teres* et alia, ut *infinitior*, *ingentior*, *mediocrius*].

V. Comparativo et superlativo carent:

1.° Quae ante syllabam *us* vocalem habent, ut *idoneus*, *dubius*, *arduus;* at *tenuis* facit *tenuior*, *tenuissimus*.[3]

NB. Adjectiva tamen in *uus* nonnunquam superlativa gignunt, ut *assiduus assiduissimus*, *strenuus strenuissimus*, raro comparativa, ut *assiduior*. [Ex finitis in *ius* pauca omnino comparativa reperiuntur,

1 *Sequior* inusitatum aut dubium est.
2 Seu *inclutus*, a *clueo*, soy nombrado, conocido.
3 *Aequus*, *antiquus* et cetera in *quus* huc minime spectant, quia sc. non praecedit vocalis: *aequior*, cet. Cf. n. 8, 4.°, *adn.* in ima pag.

ut *egregior* ab *egregius*, et superlativa *egregiissimus* ac *piissimus*, non tamen apud auctores probatissimos.[1]]

2.° Ea adjectiva quibus *prae* anteponitur, uno excepto *praeclarus*. At *praecellentior*, *praecellentissimus*, *praestantior*, *praestantissimus*, cet., participia.

[3.° Quae materiam significant ex qua aliquid fit, ut *cedrĭnus*, de cedro.

4.° Pleraque ex verbis aut substantivis composita, ut finita in *fer* et *ger* (a *fero* et *gero*), *ignivomus (vomo)*, *inops (ops)*, *magnanimus*. At cf. 88, 3.°

5.° Pleraque derivata cum his positionibus *ĭcus*, *alis* vel *aris*, *īlis*, *ulus*, *timus*, *īnus*, *ivus*, *orus*, ut *civĭcus*, *naturalis*, *hostīlis*, *querulus*, *legitimus*, *peregrīnus*, *furtivus*, *decōrus*.

6.° E substantivis deducta cum terminatione *atus* et *ītus*, ut *barbatus*, *crinītus*.

Sed cum comparativo et superlativo inveniuntur plura adjectiva in *alis*, *aris*, *osus*, *lentus*, *stus*: *hospitalis*, *liberalis*, *ingeniosus*, *turbulentus*, *modestus*, *divinus*, cet., vel cum solo comparativo: *rusticus*, *aequalis* *capitalis*, *popularis*, *regalis*, *salutaris*, *civilis*, *tempestivus*, cet.

7.° Nonnulla alia quae nequeunt certis legibus definiri, ut *hesternus* et alia temporis; *ferus*, *gnarus*, *mirus*, *navus*, *rudis*, *trux*, *vivus*. *Serus* raro compar. et sup. habet.]

90 I. Adjectivis quae non comparantur, cum tamen est exprimenda comparatio, praeponitur *magis*, más, pro comparativo, *maxime*, *admodum*, *summe*, cet., el más, el mayor, muy, pro superlativo; ut *magis mirus*, más admirable, *maxime mirus*, el más a. Cf. n. **400**, III. Quae circuitio aliquando etiam adhibetur cum iis quae gradus comparationis admittunt, v. g. *id maxime utile est*, Ter. *And.* 835 [5, 1, 16].

II. Pluribus adjectivis vim superlativam addit praepositio *per*, ut *percommodus*, muy cómodo, *perutilis*. Nonnullis praeponitur *prae* fere a poëtis et junioribus, ut *praegelidus*, extremadamente frío.

[III. Interdum risus gratia comici praesertim gradus comparationis fingunt, ut *Poenior* a *Poenus*, *patruissumus* a *patruus*, *parissimus*, cet.]

1 *Tu porro ne pios quidem, sed* piissimos *quaeris et, quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis.* Cic. *Phil.* 13, 19, 43.

CAPUT V. DE NUMERALIBUS

(Cf. n. **401-402**)

91 Nomen numerale est quod numerum significat.

Cardinale est quod numerum absolute et sine ordine significat, ut *unus, duo*. Respondet interrogationi *quot?* ¿cuántos?

Ordinale est quod numerum ordine digestum significat, ut *primus*, *secundus*. Respondet interrogationi *quotus* ¿cuál en orden de número? ut *hora quota est?*. — *Tertia*.

Distributivum est quo utimur, cum idem pariter in plura dividimus, ut *singuli, bini:* cf. n. **401**. Respondet interrogationi *quoteni,* ¿de cuántos en cuántos? ¿cuántos

INDEX NOMINUM

	Cardinalia	Ordinalia
I.	*unus, a, um.*	*primus, a, um*, primero (entre muchos), *prior*. **89**, I.
II.	*duo, duae, duo.*	*secundus* vel *alter*.
III.	*tres, tria.*	*tertius*.
IV, IIII.	*quattuor*.	*quartus*.
V.	*quinque*.	*quintus*.
VI.	*sex*	*sextus*.
VII.	*septem*.	*septimus*.
VIII.	*octo*.	*octavus*.
IX, VIIII.	*novem*.	*nonus*.
X.	*decem*.	*decimus*.
XI.	*undecim*.	*undecimus*. [1]
XII.	*duodecim*.	*duodecimus*. [1]

[1] Nunquam *decimus primus, decimus secundus.*

para cada uno o para cada vez? v. g. *pueri, ite domum bini aut terni.*

[*Unus*, *duo*, *tres* declinantur; v. n. **83**; [1] cetera cardinalia usque ad *centum* non declinantur. *Ducenti*, *trecenti*, cet., ordinalia et distributiva regulariter flectuntur.]

Praeter nomina numeralia sunt etiam adverbia numeralia, quibus respondetur interrogationi *quoties* sive *quotiens*, ¿cuántas veces?

Duo, duae, duo. Tres, tria

N. *duo*	*duae*	*duo.*	*tres*	*tria.*
G. *duorum*	*duarum*	*duorum.*	*trium.*	
D. *duobus*	*duabus*	*duobus.*	*tribus.*	
A. *duos* vel *duo*	*duas*	*duo.*	*tres*	*tria.*
A. *duobus*	*duabus*	*duobus.*	*tribus.*	

Ut *duo* declinatur *ambo;* ut *tria*, *milia*, millares, miles. *Duo* in genitivo etiam habet *duum*, *tres* in acc. m. et f. *tris.*

NUMERALIUM

Distributiva	Adverbia
1. *singuli, ae, a*, de uno en uno, cada uno, uno para cada objeto.	*semel*, una vez.
2. *bini, ae, a*, de dos en dos, etc.	*bis*, dos veces, etc.
3. *terni (trini).*	*ter.*
4 *quaterni.*	*quater.*
5. *quini.*	*quinquies* seu *quinquiens.*
6. *seni.*	*sexies*, *sexiens*, cet.
7. *septeni.*	*septies.*
8. *octoni.*	*octies.*
9. *noveni.*	*novies.*
10. *deni.*	*decies.*
11. *undeni.*	*undecies.*
12. *duodeni.*	*duodecies.*

[1] Voc. tamen vix usurpatur.

XIII.	*tredecim* vel *decem et tres (tres et decem).*	*tertius decimus*, raro *decimus tertius, decimus et tertius*, atque ita in sequentibus.
XIV, XIIII.	*quattuordecim.*	*quartus decimus.*
XV.	*quindecim.*	*quintus decimus.*
XVI.	*sedecim (sexdecim, decem et sex).*	*sextus decimus.*
XVII.	*septendecim, decem et septem (septem et decem).*	*septimus decimus.*
XVIII.	*duodeviginti*, raro *decem et octo.*	*duodevicesimus*, minus saepe *octavus decimus.*
XIX, XVIIII.	*undeviginti*, raro *decem et novem.*	*undevicesimus*, minus saepe *nonus decimus.*
XX.	*viginti.*	*vicesimus* [1] *(vigesimus).*
XXI.	*unus, a, um et viginti* vel *viginti unus, a, um.*	*unus et vicesimus, una et vicesima, unum et vicesimum*, minus saepe *primus et vicesimus, vicesimus primus.* [2]
XXII.	*duo, duae et viginti* vel *viginti duo, duae*, et ita porro *(viginti et unus, viginti et duo*, cet.).	*alter* (raro *secundus) et vicesimus, vicesimus alter, duo et vicesimus.*
XXIII.	*tres et viginti*, cet.	*tertius et vicesimus* vel *vicesimus tertius*, cet.
XXVIII.	*duodetriginta*, raro *octo et viginti, viginti octo.*	*duodetricesimus*, minus saepe *octavus et vicesimus, vicesimus octavus.*
XXIX.	*undetriginta*, raro *novem et viginti, viginti novem.*	*undetricesimus*, minus saepe *nonus et vicesimus, vicesimus nonus.*
XXX.	*triginta*, et ita porro, ut in *viginti.*	*tricesimus (trigesimus)*, et ita porro, ut in *vicesimus.*
XXXVIII.	*duodequadraginta (octo et triginta, triginta octo):* sic *duodequinquaginta*, cet.	*duodequadragesimus*, minus saepe *octavus et tricesimus, tricesimus octavus.*

1 Pro *-esimus* invenitur aliquando *-ensimus (ensumus): undevicensimus, septuagensimus*, cet.

2 Raro *primus vicesimus, vicesimus et primus*, et ita in sequentibus.

13. *terni deni, ternae denae, terna dena.*	*terdecies* vel *tredecies.*
14. *quaterni deni, quaternae*, cet.	*quaterdecies* vel *quattuor decies.*
15. *quini deni.*	*quinquies decies* vel *quindecies.*
16. *seni deni.*	*sexies decies* vel *sedecies.*
17. *septeni deni.*	*septies decies.*
18. *octoni deni* vel *duodeviceni.*	*duodevicies* vel *octies decies.*
19. *noveni deni* vel *undeviceni.*	*undevicies* vel *novies decies.*
20. *viceni.*	*vicies.*
21. *viceni singuli.*	*semel et vicies* vel *vicies semel (vicies et semel).*
22. *viceni bini.*	*bis et vicies* vel *vicies bis (vicies et bis).*
23. *viceni terni*, cet.	*ter et vicies*, cet.
28. *duodetriceni.*	*duodetricies.*
29. *undetriceni.*	*undetricies.*
30. *triceni.*	*tricies.*
31. *triceni singuli*, cet.	*semel et tricies* vel *tricies semel.*
38. *duodequadrageni.*	*duodequadragies.*

XXXVIIII.	*undequadraginta (novem et triginta, triginta novem):* sic *undequinquaginta*, cet.	*undequadragesimus (nonus et tricesimus, tricesimus nonus).*
XL, XXXX.	*quadraginta.*	*quadragesimus.*
L	*quinquaginta.*	*quinquagesimus.*
LX.	*sexaginta.*	*sexagesimus.*
LXX.	*septuaginta.*	*septuagesimus.*
LXXX.	*octoginta.*	*octogesimus.*
XC.	*nonaginta.*	*nonagesimus.*
XCVIII.	*nonaginta octo, octo et nonaginta.*	*nonagesimus octavus.*
XCIX, IC.	*nonaginta novem, novem et nonaginta, undecentum.*	*nonagesimus nonus, undecentesimus.*
C.	*centum.*	*centesimus.*
CI.	*centum unus* vel *centum et unus*, cet.	*centesimus primus*, cet., v. c. *centesimus decimus.*
CC.	*ducenti, ae, a.*	*ducentesimus*
CCC.	*trecenti, ae, a.*	*trecentesimus.*
CCCC.	*quadringenti, ae, a.*	*quadringentesimus.*
D, IↃ.	*quingenti*, cet.	*quingentesimus.*
DC.	*sexcenti* vel *sescenti.* [1]	*sexcentesimus.*
DCC.	*septingenti.*	*septingentesimus.*
DCCC.	*octingenti.*	*octingentesimus.*
DCCCC.	*nongenti.*	*nongentesimus.*
M, CIↃ.	*mille.*	*millesimus.*
MM, IIM, CIↃCIↃ.	*duo milia* vel *milia duo.*	*bis millesimus*, cet. cum adverbiis.
IↃↃ.	*quinque milia* vel *milia quinque*, cet.	*quinquies millesimus.*
CCIↃↃ.	*decem milia.*	*decies millesimus.*
CCCIↃↃↃ.	*centum milia.*	*centies millesimus.*
$\overline{\text{X}}$\|, CCCCIↃↃↃↃ.	*decies centum milia* vel *decies centena milia.*	*millies millesimus.*

[1] Dicitur etiam de numero magno indefinito.

39. *undequadrageni.*	*undequadragies.*
40. *quadrageni.*	*quadragies.*
50. *quinquageni.*	*quinquagies.*
60. *sexageni.*	*sexagies.*
70. *septuageni.*	*septuagies.*
80. *octogeni.*	*octogies.*
90. *nonageni.*	*nonagies.*
98. *duodecenteni.*	*duodecenties.*
99. *undecenteni.*	*undecenties.*
100. *centeni.*	*centies.*
101. *centeni singuli*, cet.	*centies semel*, cet.
200. *duceni.*	*ducenties.*
300. *treceni.*	*trecenties.*
400. *quadringeni.*	*quadringenties.*
500. *quingeni.*	*quingenties.*
600. *sexceni* vel *sesceni.*	*sexcenties* vel *sescenties.*
700. *septingeni.*	*septingenties.*
800. *octingeni.*	*octingenties.*
900. *nongeni.*	*nongenties.*
1,000. *singula milia* vel solum *milia.* [1]	*millies.*
2,000. *bina milia.*	*bis millies.*
5,000. *quina milia.*	*quinquies millies.*
10,000. *decena milia.*	*decies millies.*
100,000. *centena milia.*	*centies millies.*
1.000,000. *decies centena milia.*	*decies centies milies.*

1 Non *milleni*. Cf. KÜHNER, 1, 417.

[Et ita: *undecies centum* (vel *centena*) *milia* = 1.100,000, *duodecies centum (centena) milia* = 1.200,000, *vicies centum milia* = 2.000,000, *tricies centena milia* = 3.000,000, *vicies quinquies centum milia* = 2.500,000, *decies centena milia quadraginta quinque milia centum nonaginta septem* = 1.045,197.]

NB. 1. Ut fit illustre ex hoc indice, saepe minor numerus majori praeponitur. *(Plato)* UNO ET OCTOGESIMO *anno scribens est mortuus.* Cic. *C. M.* 5. *Cujus a morte* TERTIUS *hic* ET TRICESIMUS *annus est. Ib.* 6.

NB. 2. *Tertius quisque, quartus quisque* est cada tercero, uno de cada tres, cada cuarto, uno de cada cuatro. [«Uno sí, otro no» exprimi solet per adjectivum *alternus* cum substantivo in plurali, ut *alternis mensibus*, un mes sí, otro no, en meses alternos.

NB. 3. Tempus **quando** per numeros ordinales significatur: *Scribebam anno millesimo nongentesimo duodevicesimo.*

Adn. Ad numeros Latinos quod attinet, signum I sequente signo C converso sive Ↄ (IↃ) valet 500, novum vero Ↄ respondet nostrae arithmeticae notae orbiculatae quam 0 dicimus: ita IↃↃ = 5,000, IↃↃↃ = 50,000. Numerus autem duplicatur, cum toties C praeit signo I, quoties Ↄ versum subsequitur. Igitur 1,000 significatur ita CIↃ (quod etiam per M indicatur), CCIↃↃ valet 10,000.[1] Aliquando notio numeri *mille* indicatur lineola notae numerali superimposita, v. g. $\overline{\text{X}}$ DC = *decem milia sescenta.*

Exercitationes: Recita numeros ad *decem* usque, — ad *viginti*, — a *duodevicesimo* ad *tricesimum*, — a *quadragenis* ad *quinquagenos*, — a *bis* ad *vicies*, cet. Scribe numeris Romanis *duodeviginti* et *undetriginta*. — Nota more Romano *centum quattuor et octoginta*. — Redde notis Latinis *mille nongentos (et) tredecim*. — Exscribe signis item Latinis *quinque milia quingentos quinquaginta quinque*. — Exprime numeris Romanis hos Arabicos seu Gobaricos 1319. — Effer verbis hos numeros Romanos MMDCLXVII.

Scribe more Latinorum *sex milia, decem milia, quinquaginta milia, centum milia*. — Quomodo scribitur *ducenta milia, quingenta milia*?

Effer verbis hos numeros cardinales, ordinales, distributivos: 33; 333; 3,333; 33,333; 333,333; 3,456,789; cet.]

1 Vide alia apud GARRUCC. pag. 13.

92 I. Ex nonnullis numeralibus oriuntur multiplicativa in **plex**, a *plico*, doblo, quae respondent interrogativo *quotuplex*, de cuántas partes, de cuántas clases. Item exeunt proportionalia in *plus*, quae indicant magnitudinem alteri aequalem semel aut pluries, et fere in neutra terminatione usurpantur.

[Usitatiora sunt:

simplex,	simple	*simplus*,	una vez tanto cuanto
duplex,	de 2 partes o clases	*duplus*,	2 veces »
triplex,	de 3 »	*triplus*,	3 »
quadruplex,	de 4 »	*quadruplus*,	4 »
quintuplex,	de 5 »		
septemplex,	de 7 »	*(septuplus)*,	7 »
decemplex,	de 10 »	*octuplus*,	8 »
centuplex,	de 100 »		

Sic *duplex acies* doble línea de batalla, *duplex lex*, ley que tiene dos partes; at *dupla pecunia*, doble dinero, el doble de dinero, dos veces otro tanto dinero. Cf. n. **594**.]

II. Nota adverbia numeralia:

primum, por primera vez.	*primum (primo)*, primeramente.
iterum, por segunda vez.	*deinde (secundo)*, luego, en segundo lugar.
tertium, por tercera vez.	*tum (tertio)*, después, en tercer lugar.
ultimum, postremum.	*denique, postremo*, finalmente.

NB. *Primo* potius est *initio*, al principio, cui respondet *postea* sive *post*, cet.

Marius ITERUM *consul;* SEPTIMUM *consul mortuus est; septies consul factus* est. PRIMUM *mihi videtur de genere belli,* DEINDE *de magnitudine,* TUM *de imperatore deligendo esse dicendum.* Cic. *Man.* 2.

CAPUT VI. DE PRONOMINE

93 Prōnomen est quod loco nominis positum personam vel rem adsignificat.

Pronomina in sex genera dividuntur: personalia, demonstrativa, reflexum, relativa, interrogativa, indefinita.

[Dicuntur etiam pronomina possessiva adjectiva a pronominibus orta: *meus, tuus, suus*, suyo (de él), suyo (de ellos), *noster, vester* (seu *voster)*; sunt autem proprie adjectiva pronominalia.]

Personale pronomen est quod loco personae ponitur, ut *ego*.

Demonstrativum est quod rem definitam signat seu indicat, ut *hic*.

Reflexum *sui* refertur ad subjectum tertiae personae: *Quisque se diligit*.

Relativum est quod refertur ad nomen antecedens sive diversae orationis, ejusque loco ponitur, ut *qui, quae, quod;* v. g. *Qui (Dionysius) erat tyrannus Syracusanorum.*

Interrogativum est quo de re aliqua quaerimus: *Quis hic loquitur?*

Indefinitum est quod rem vage significat, ut *aliquis*, alguien.

Pronomina fiunt adjectiva cum junguntur substantivis, v. g. Hoc *pallium tuum est, non* ILLUD; ésta es tu capa, (y) no aquélla.

I. Pronomen personale reflexum et possessivum

94 **Ego**, yo, **tu**, tú, **sui**, de sí

	SINGULARI		PLURALI		S. ET P.	
N.	*egŏ.*	*tū.*	*nōs.*	*vōs.*		
G.	*meī.*	*tuī.*	*nostrum.* *nostrī.*	*vestrum.* *vestrī.*	*suī.*	
D.	*mihĭ.*	*tibĭ.*	*nōbīs.*	*vōbīs.*	*sibĭ.*	
A.	*mē.*	*tē.*	*nōs.*	*vōs.*	*sē,*	*sēsē.*
V.		*tū.*		*vōs.*		
A.	*mē.*	*tē.*	*nōbīs.*	*vōbīs.*	*sē,*	*sēsē.*

[*Adn. Mei, tui, sui, nostri, vestri*, v. n. **358**, II, in ima pag. et n. **253**.

Exercitationes: *Ego demens et miser, tu dux invictus, nos viri fortes, vos lux nostra, ego et suavissimus Cicero.*]

NB. 1. Pronominibus personalibus additur syllaba *met*, mismo, ut *egomet*, yo mismo, saepe cum *ipse*, v. c. *temetipsum* [*temet ipsum*, *semetipso*, exceptis genitivis pluralis et *sui*. Neque *tumet* dicitur, sed *tute*, *tutemet*, tú mismo].

NB. 2. Poëtae crebro *mihi* contrahunt in *mī*. [*Sese* frequens est: *meme*, *tete* rara.]

95 Ex pronomine personali et reflexo oriuntur adjectiva possessiva, quae flectuntur ut adjectiva primae et secundae declinationis. Sed *meus* facit in vocativo *mī;* [1] cetera carent.

Meus, mea, meum, mío

SINGULARI

N.	*meus*	*meă*	*meum.*
G.	*meī*, cet.		
V.	*mī*	*meă*	*meum*, cet.

[**Exercitationes:** *Tu sanguis* (sine plur.) *meus*, *continens* (no interrumpido) *tuum scriptum*, *ficta imago sua*, *exercitus noster victor*, *frequens conspectus vester*, vuestra frecuente vista (el ser vosotros frecuentemente vistos).]

NB. 1. Ablativo singulari possessivorum, maxime *suo* adjungitur aliquando *pte* (propio), ut *suopte pondere*, por su propio peso.

NB. 2. Pronomini *suus (mea* raro) additur *met*, sequente fere pronomine *ipse*, ut *suamet scelera*, sus propios crímenes, *suismet ipsis corporibus*, con sus propios cuerpos [*meāmet culpā.*

NB. 3. Ex *noster*, *vester* oriuntur adjectiva *nostras nostratis*, de nuestro país, de n. familia, *vestras*, de vuestro país, de v. f. Eodem pacto ex *cujus*, *a*, *um cujas*, de qué país, de qué patria.]

II. Pronomina demonstrativa

96 Sunt sex: *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*, *idem*. Vocativo carent; item carent relativum, interrogativum, indefinitum.

1 A *mius*, *a*, *um*, secundum grammaticos Latinos; at multo aliter recentiores.

1. **Hic, haec, hoc,** este

	SINGULARI			PLURALI		
N.	*hĭc*	*haec*	*hōc.*	*hī*	*hae*	*haec.*
G.	*hujus.*			*hōrum*	*hārum*	*hōrum.*
D.	*huĭc.*			*hīs.*		
A.	*hunc*	*hanc*	*hōc.*	*hōs*	*hās*	*haec.*
A.	*hōc*	*hāc*	*hōc.*	*hīs.*		

NB. Casibus in *m* et maxime *s* exeuntibus jungitur particula *ce* ad rem veluti oculis subjiciendam, v. g. *hosce, horunce;* [1] [finitis vero littera *c* a priscis addebatur *e*, ut *hice, hunce*, quibus, *e* mutato in *i*, apponitur *ne* in interrogando, ut *hicine, huncine, hocine.* [2]]

2. **Iste, ista, istud,** ese, **ille, illa, illud,** aquél

eodem pacto declinantur:

N.		*ĕ*	*ă*	*ud.*
G.	*ist-*	*īus.*		
D.		*ī.*		
A.	*ill-*	*um*	*am*	*ud.*
A.		*ō*	*ā*	*ō.*

Adn. In plur. ut *boni, bonae, bona.*

NB. 1. Pro *iste, ille* occurrunt raro *istĭc, istaec, istōc* (frequentius *istūc), illĭc, illaec, illōc* seu *illūc*, quae in nomin., acc. et abl. declinantur ut *hic, haec, hoc.* In plurali usurpantur solum *istaec* et *illaec.*

NB. 2. Apud priscos et Vergilium reperitur *olli* pro *illi.* [3]

3. **Ipse, ipsa, ipsum,** él mismo

flectitur ut *iste*, nisi quod in neutra terminatione habet *m*, non *d.*

1 Pro *horumce*, n. 166, VII.

2 Rectius quam *hiccine*, cet., ut patet ex vocis compositione, n. 479, 3. Eodem pacto *sīcine. Hocine credibile est? Sicine agis?* ¿Así te portas? *Hoic = huic* archaicum est.

3 *Illasce*, cet., apud antiquiores, atque etiam *illi, illae* pro *illius; illae* pro *illi* fem.; *ollus, olla.*

N. *ipsĕ ipsă ipsum.* G. *ipsīus*, cet. [1]

4. **Is, ea, id**, él, aquél

sic flectitur:

	SINGULARI			PLURALI		
N.	*is*	*eă*	*id.*	*ii*	*eae*	*eă.*
G.	*ejus.*			*eōrum*	*eārum*	*eōrum.*
D.	*eī.*			*iis.*		
A.	*eum*	*eam*	*id.*	*eōs*	*eās*	*eă.*
A.	*eō*	*eā*	*eō.*	*iis.*		

NB. Invenitur nonnunquam *ei* pro *ii* et *eis* pro *iis*.

5. **Idem, eadem, idem**, él mismo [2]

declinatur ut *is*, addito *dem*.

	SINGULARI			PLURALI		
N.	*īdem*	*eădem*	*ĭdem.*	*iidem*	*eaedem*	*eădem.*
G.	*ejusdem.*			*eorundem*	*earundem*	*eorundem.* [3]
D.	*eīdem.*			*iisdem.*		
A.	*eundem*	*eandem* [3]	*ĭdem.*	*eosdem*	*easdem*	*eădem.*
A.	*eōdem*	*eādem*	*eōdem.*	*iisdem.*		

NB. Inveniuntur etiam *eīdem* et *eisdem* pro *i͡idem* et *i͡isdem*.

[Exercitationes: *haec tabula picta, haec omnis oratio*, todo este discurso, *haec plāga* (llaga) *mediŏcris illa pestifera, ipsa plăga* (playa) *longinqua, iste accusator tuus, ille artifex, Appius ille major, ordo ipse, illud ipsum spectaculum, is rex laudandus, id genus, idem lepus, eadem vulpes, sapiens illa virginalis modestia.*]

1 *Ipse* = *is-pse*. Apud comicos reperitur *ipsus;* item *ea-pse, eam-pse, eo-pse* pro *ipsa, ipsam, ipso;* unde *reapse* pro *re capse*, de hecho, en verdad. *Ipsissumus* per jocum apud Plautum.

2 Pro *is-dem*.

3 Cf. n. **166**, VII. *Ii* et *iis* ut monosyllaba pronuntiata esse videntur; *iidem* enim et *iisdem* sunt semper apud poëtas disyllaba: cf. n. 5, obs. 1. Apud Plaut. et Ter. *eccum, eccam, eccos, eccas* pro *ecce eum*, cet.; *ellum, ellam, ellos, ellas* pro *en illum*, cet. *Eccillum, eccistam* = *ecce illum*, cet. Cf. *¿dolo? ¿dola?* etc. = *¿do ello? ¿do ella? Luis Barahona de Soto...* por Rodríguez Marín, Madrid, 1903, p. 813, adn. 4

III. Pronomina relativa

97 1. **Qui, quae, quod,** el que, la que, lo que, el cual, la cual, lo cual

relativum definitum sic declinatur:

	SINGULARI			PLURALI		
N.	*quī*	*quae*	*quod.*	*quī*	*quae*	*quae.*
G.	*cujus.*			*quōrum*	*quārum*	*quōrum.*
D.	*cuĭ.*			*quĭbus.*		
A.	*quem*	*quam*	*quod.*	*quōs*	*quās*	*quae.*
A.	*quō*	*quā*	*quō.*	*quĭbus.*		

NB. 1. Genitivus apud priscos est *quojus*, dativus *quoi*. Ablativus *quī* invenitur tanquam neutra terminatio, subintellecto antecedente *aliquid*, v. g. *Aristides in tanta paupertate decessit, ut* QUI *efferretur vix reliquerit.* Nep. *Ar.* 3; Aristides murió en tanta pobreza, que apenas dejó con que ser enterrado (=«costear su entierro», Oviedo). [Item reperitur, addita praepositione *cum*, *quicum*, i. e. *quocum* seu *cum quo* masculinum et neutrum. [1]]

NB. 2. *Quīs* (vel *queĭs)* pro *quibus* est maxime poëtarum.

2. **Quicumque** et **quisquis,** cualquiera que

relativa indefinita sic declinantur:

N. *Quicumque, quaecumque, quodcumque.* G. *cujuscumque*, cet., ut simplex.

N. *Quisquis, quidquid* seu *quicquid.* Acc. *quidquid (quicquid).* Ab. *quoquo*, masc. et neut. [2]

1 *Quicum* pro *quacum* priscum est, servatum tamen a poëtis: v. Verg. *Aen.* 11, 822.

2 Rarissime *quaequae*, raro *quemquem* et *quibusquibus; quiqui* priscum. Genitivus correptus *cuicui* solum invenitur in locutione *cuicuimodi.*

[Huc spectat *utercumque*, aliquando *uter*, n. 83, cualquiera de los dos que.]

IV. Pronomina interrogativa

98 Pronomina interrogativa sunt *quis* seu *qui*, et *quisnam* seu *quinam*, quién? cuál? substant., qué? adject.; et cum vi majore *ecquis*, *ecquisnam; quotusquisque*, *quotaquaeque*, *quotumquodque*, cf. n. **99**, 2, cuán pocos, en cuán corto número, *uter*, cuál de los dos?

Quis? *vel* qui? quae? quod? *vel* quid?

SINGULARI

N.	*quĭs?* vel *quī?*	*quae?*	*quod?* vel *quid?*
G.	*cujus?*		
D.	*cui?*		
A.	*quem?*	*quam?*	*quod?* vel *quid?*
A.	*quō?*	*quā?*	*quō?* vel *quī?*

In plurali flectitur ut relativum.

Quisnam vel *quinam*, *quaenam*, *quodnam* vel *quidnam?* declinatur ut simplex. G. *cujusnam?* cet.

Item *ecquis*, *ecqui*, cum duplici positione feminina *ecqua* vel *ecquae*, *ecquod* vel *ecquid?* ¿por ventura alguno? Et composita:

Ecquisnam et *numquisnam* seu *nunquisnam*.

NB. 1. *Quid* et *quidnam* substantiva sunt: ¿qué? ¿qué cosa? v. g. Quid *dicis?; quod* et *quodnam* sunt adjectiva, ut Quod *tibi nomen est?* ¿cuál es tu nombre? ¿qué n. es el tuyo? [*Quis* et substantivum et adjectivum est; v. n. **421**, I.]

NB. 2. Ablativus *qui* solum adhibetur hac significatione *quomodo*, cómo? v. g. Qui *possum facere quod quereris, lupe?* Et *cum* sequente: Quicum *locutus es?* ¿con quién hablaste? Cf. n. **97**, *NB.* 1.

V. Pronomina indefinita

(Cf. 422, I)

99 1. **Quis** vel **qui, quae** vel **qua, quod** vel **quid,** alguno, alguna, alguna cosa; alguien, algo

SINGULARI

N.	*quĭs* vel *quī*	*quae* vel *quă*	*quod* vel *quid.*
A.	*quem*	*quam*	*quod* vel *quid.*

PLURALI

N.	*quī*	*quae*	*quae,* saepius *quă.*
A.	*quōs*	*quās*	*quae,* saepius *quă.*

In reliquis casibus flectitur ut relativum *qui.*

NB. *Quis* adhibetur sive substantive sive adjective, *qui* fere adjective, et dumtaxat post particulas *si, nisi, nē, num,* ut *ne quis* et *ne qui,* [1] in quibus feminina terminatio singularis et neutra pluralis fere admittunt *a,* ut *siquis, siqua, siquod; siqui, siquae, siqua.* [1]

2. Indefinita composita ex *quis*

N. *Aliquis, aliqua, aliquod* vel *aliquid,* alguno, alguna, algo. G. *alicujus.* D. *alicui,* cet., ut simplex; sed plurale neutrum solum est *aliqua.* Nom. sing. masc. etiam *aliqui* adjectivum. [2]

N. *Quispiam, quaepiam, quodpiam* vel *quidpiam* sive *quippiam,* alguno. G. *cujuspiam,* cet.; sed in plurali flectitur ut relativum: *quipiam, quaepiam, quaepiam.*

N. *Quisque, quaeque, quodque* vel *quidque* sive *quicque,* cada cual. G. *cujusque,* cet., ut *quispiam.*

N. *Unusquisque, unaquaeque, unumquodque* vel *unumquidque,* cada uno. G. *uniuscujusque,* cet., ut *unus* et *quisque.*

N. *Quisquam,* sine fem., *quidquam* sive *quicquam,* alguno. G. *cujusquam,* cet., sine plurali.

1 Etiam *nēquis, nēqui,* cet. et contra *si quis.*

2 Ab *alius* et *quis.* Dativus plur. *aliquīs* perrarus est; singularis trisyllabus: *álicui. Hic erat aut alicui color ille simillimus horum.* Ov. *Am.* 2, 5, 41.

3. Indefinita composita ex *qui*

N. *Quidam*, *quaedam*, *quoddam* vel *quiddam*, alguno. G. *cujusdam*, cet. (acc. *quendam*, *quandam* et *quemdam*, *quamdam*). [1]

N. *Quilibet*, *quaelibet*, *quodlibet* vel *quidlibet*, cualquiera. G. *cujuslibet*, cet.

N. *Quivis*, *quaevis*, *quodvis* vel *quidvis*, cualquiera. G. *cujusvis*, cet. [2]

Huc etiam pertinent *nemo*, pro cujus genitivo et ablat. dicitur *nullius*, *nullo*, [3] et *nihil* in nominat. et accus. *(nullius rei*, *nulli rei*, *nulla re)*, *nihilum*, gen. *nihili*, abl. *nihilo*. [Item *ullus*, *alteruter*, *uterque*, *utervis*, *uterlibet*, *nullus*, *neuter*, cet.

Adn. Haec pronomina non eodem modo indefinita sunt; alia enim res significant magis vage, alia minus; immo aliqua uno sensu indefinita sunt, alio finita, v. g. *alter*, uno de los dos, infinitum est; el otro (de los dos), el segundo, finitum.]

[VI. Correlativa]

100 Correlativa dicuntur pronomina quae sibi mutuo et forma et significatione respondent.

Interrogativis *quis? qualis? quantus? quot?* respondent demonstrativa, relativa et indefinita hoc ordine:

Interrog.	Demonst.	Relativa		Indefinita	
		Definita	Indefinita	Particularia	Generalia
quis? *quinam?* ¿quién?	*hic*, *is*, cet. *ille*, cet.	*qui*, el que	*quicumque*, *quisquis*, cualquiera que	*aliquis*, alguno *alius*, otro	*quivis* *quilibet*, el que queráis, cualquiera
qualis? ¿cuál? ¿de qué calidad?	*talis*, tal	*qualis*, (tal) cual	*qualiscumque*, *qualisqualis*, cualquiera, de cualquier calid.		*qualislibet*, cualquiera, de la calidad que queráis

1 Eodem pacto *quorundam* et *quorumdam*, cet.

2 *Libet*, es del agrado, et *vīs*, quieres; unde *quivis*, litt. el que quieras, *quilibet*, el que sea de tu gusto. Etiam adjectiva *quantuslibet*, *quantusvis*, cet.

3 *Neminis* apud Plaut., *nemine* apud recentiores.

Interrog.	Demonst.	Relativa		Indefinita	
		Definita	Indefinita	Particularia	Generalia
quantus? ¿cuánto? ¿cuán grande?	*tantus*, tanto, tan grande	*quantus*, cuanto, cuan grande	*quantuscumque*, *quantusquantus*, cuan grande sea, por mayor que sea	*aliquantus*, bastante grande, de cierta grandeza	*quantusvis*, *quantuslibet*, de la grandeza que se quiera
quantulus? ¿cuán pequeño?	*tantulus*, tan pequeño	*quantulus*, cuan pequeño	*quantuluscumque*, cuan pequeño sea, por p. que sea	*aliquantulus*, algo pequeño	*quantuluslibet*, cuan pequeño se quiera.
quot? ¿cuántos?	*tot*, tantos *totidem*, otros tantos.	*quot*, cuantos	*quotcumque*, *quotquot*, cuantos sean, cuantosquiera que sean.	*aliquot*, algunos.	

MORPHOLOGIAE PARS ALTERA

DE FLEXIONE VERBORUM

CAPUT VII. DE VERBI NOTIONE ET VERBI *SUM* DECLINATIONE

I. Verbi notio

101 I. Verbum est pars orationis qua actio vel status ut alicujus proprius significatur, v. g. *puer currit*, *puer valet*.[1]

II. Verbum dividitur in transitivum et intransitivum secundum ejus significationem, in activum et passivum secundum vocem.

III. Verbum transitivum illud est quod natura sua habere potest accusativum rei in quam actio verbi transit directe, ut *amo Deum;*[2] secus intransitivum est, ut *curro*, *faveo tibi*, te favorezco.

IV. Vox duplex est, activa et passiva; illa exprimit

1 Actio et status per se ipsa exprimuntur substantivis, ut *cursus*, *valetudo*.

2 Sic etiam *amor a Deo* oratio transitiva est, nam ejus verbum illum accusativum habere potest, sc. *Deus me amat*. Verbum igitur transitivum est quod significat actionem tanquam ab una re in aliam directe transeuntem; intransitivum autem exprimit statum, vel actionem quae aut nullo modo aut solum indirecto transit in aliud.

Verbum natura sua transitivum adhibetur aliquando intransitive, v. g. *bibo aquam*, trans.; *bibo*, intrans. Verbum vero natura sua intrans. fit transit. aliquando, v. g. *egredior*, salgo, *egredior fines*, salgo de los límites.

actionem a subjecto exercitam, ut *amo;* haec actionem in subjecto receptam, ut *amor*, nisi verbum intransitivum est, v. g. *curritur*, aut deponens, v. g. *hortor*, exhorto.

[V. Igitur intransitivum potest usurpari in forma passiva, sed tantum impersonaliter. Verbum autem deponens illud est quod terminatione passiva active significat, ut *hortor*, exhorto, *morior*, muero: transitivum est et intransitivum. Et dicitur deponens quia formam activam exuit sive *deponit*.

NB. Sunt pauca omnino verba, quae terminationes activas habent cum significatione passiva, ut *fio*, soy hecho, *vapulo*, soy azotado, *veneo*, estoy puesto en venta. Dicuntur ab aliquibus deponentia passiva.]

102 I. Modi verborum triti et communes sunt quattuor: indicativus, subjunctivus seu conjunctivus, imperativus et infinitus sive infinitivus.

II. Tempora sunt sex: praesens, praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum, futurum imperfectum seu simplex et futurum perfectum sive exactum.[1]

[*Praesens*, *praeteritum perf.* et *futurum simplex* dicuntur tempora primaria seu principalia; exprimunt autem actionem habita ratione ad tempus praesens, i. e. quo loquimur. Alia dicuntur secundaria; exprimunt autem actionem habita ratione ad aliam sive praeteritam sive futuram.

Hinc tempora dividuntur etiam in tempora actionis imperfectae et actionis perfectae: illa sunt praesens, imperfectum et futurum simplex; haec perfectum, plusquamp. et fut. exactum.]

Ad temporum formationem quod attinet, alia dicuntur primitiva, alia derivata. Primitiva sunt praesens et perfectum indicativi cum supino; derivata cetera.

III. Numeri sunt duo: singularis et pluralis.

Personae sunt tres: prima, secunda et tertia: sc. *ego*, *tu*, *ille* (*Terentius*, *Terentia*, cet.)

[Sunt praeterea nomina verbalia seu formae verborum nominales, sc.

1 Modorum temporumque significatio in *Syntaxi* exponitur.

Supinum in *um* et in *ū*, quorum alterum accusativus est, alterum ablativus: [1]

Participium praesens, praeteritum et futurum, ut *amans, amatus, amaturus:*

Gerundium, v. g. *ad amandum*, et gerundivum, ut *amandus, a, um.* [2]

NB. Etiam infinitivus est nonnunquam forma nominalis, sive ut substantivum adhibetur in nominativo praesertim aut accusativo, v. g. *turpe est mentiri, cupio discere.*]

103 Conjugationes verborum sunt quattuor: prima, cujus secunda persona singularis praesentis indicativi exit in *ās* et praesens infinitivi in *āre*, ut *amo, amās, amāre.* Secunda, cujus secunda persona praesentis indicativi exit in *ēs* et infinitum in *ēre*, paenultima producta, ut *moneo, monēs, monēre.* Tertia, cujus secunda persona praesentis indicativi exit in *ĭs* breve et infinitum in *ĕre*, paenultima correpta, ut *lego, legĭs, legĕre.* Quarta, cujus secunda persona praesentis indicativi exit in *īs* longum et infinitum in *īre*, ut *audio, audīs, audīre.*

Igitur littera thematica sive characteristica primae conjugationis est *a*, ut *amo* pro *amao;* secundae est *e*, ut *mone-o;* tertiae est consonans vel *u*, ut *leg-o, minu-o;* quartae est *i*, ut *audi-o.* Prima, secunda et quarta conjugatio contractae sunt, tertia simplex. [3]

NB. Sunt in tertia conjugatione nonnulla verba quae habent interjectum *i* conexivum, ut *cap-i-o:* n. **17.** [4]

1 Pro supino in *u* invenitur, apud Plaut. v. g. *Bacch.* 60, supinum in *ui.* Quare a nonnullis dubitatur utrum supinum in *u* sit aliquando ablativus an dativus. Cf. RIEMANN-GOELZER, Synt. n. 587.

2 Minus recte dictum est aliquando *participium futuri passivi;* non enim temporis notionem solet exprimere, sed potius officium, debitum, necessitatem, frequenter etiam meram actionem. Cf. Syntax. n. **357**, II.

3 Attamen si vera verbi positio attenditur, una dicendâ est Latina conjugatio,

4 Cf. tamen MENDIZÁBAL, p. 86, et LAURAND, VI, n. 199.

II. De verbo **sum**, soy, estoy (**est**, **sunt**, hay) [1]

104 Ceteris conjugationibus praemittenda est conjugatio verbi *sum*, cujus cognitio utilissima est ad alia verba flectenda.

	INDICATIVUS		SUBJUNCTIVUS	
		PRAESENS		
S.	*sum*,	soy, estoy.	*sim*,	sea, etc.
	es,	eres.	*sīs*,	
	est,	es, está, hay.	*sit*.	
P.	*sumus*,	somos.	*sīmus*,	
	estis,	sois.	*sītis*,	
	sunt,	son, están, hay.	*sint*.	
		PRAETERITUM IMPERFECTUM		
S.	*eram*,	era, estaba.	*essem*,	fuera, sería, fuese.
	erās,	eras.	*essēs*,	
	erat,	era, estaba, había.	*esset*,	
P.	*erāmus*,	éramos.	*essēmus*,	
	erātis,	erais.	*essētis*,	
	erant,	eran, estaban, había.	*essent*.	
		PRAETERITUM PERFECTUM		
S.	*fŭ-ī*,	fuí *o* he sido, estuve *o* he estado.	*fu-ĕrim*,	haya sido, etc.
	fu-isti,	fuiste *o* has sido.	*fu-ĕris*,	
	fu-it,	fué o ha sido, estuvo..., hubo.	*fu-ĕrit*,	
P.	*fu-ĭmus*,	fuimos *o* hemos sido.	*fu-erĭmus*,	
	fu-istis,	fuisteis *o* habéis sido.	*fu-erĭtis*, [2]	
	fu-ērunt vel *fu-ēre*,	fueron *o* han sido..., hubo.	*fu-ĕrint*.	

1 In conjugatione, ut in declinatione, exitus quos desinentias appellant rotundis formis indicantur.

2 Communis in soluta oratione pronuntiatio est *fuerĭmus, fuerĭtis:* cf. n. 546, 3.º

PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM

S. *fu-ĕram*,	había sido, había estado.	*fu-issem*,	hubiera, habría, hubiese sido.
fu-ĕrās,	habías sido.	*fu-issēs*,	
fu-ĕrat,	había sido .., había habido.	*fu-isset*,	
P. *fu-erāmus*,	habíamos sido.	*fu-issēmus*,	
fu-erātis,	habíais sido.	*fu-issētis*,	
fu-ĕrant,	habían sido..., había habido.	*fu-issent*.	

FUTURUM IMPERFECTUM

S. *ero*,	seré, estaré, etc.	*futurus,a,um*	*sim*
eris,	serás.	»	*sis*
erit,	será..., habrá.	»	*sit*
P. *erĭmus*,	seremos.	*futuri, ae, a*	*simus*
erĭtis,	seréis.	»	*sitis*
erunt,	serán.	»	*sint*. [1]

FUTURUM PERFECTUM

S. *fu-ĕro*,	habré sido.	*fu-ĕrim*,	
fu-ĕris,	habrás sido.	*fu-ĕris*, cet., ut in praet. perf. [1]	
fu-ĕrit,	habrá sido.		
P. *fu-erĭmus*,	habremos sido.		
fu-erĭtis,	habréis sido.		
fu-ĕrint,	habrán sido.		

[1] Horum temporum versio ad Syntaxim spectat. *Fuere, hubiere sido* saepe Latine transferenda per *ero, fuero*. Cf. n. **305**, *NB.*, cet. Idem intellege de ceteris verbis. E contrario *futurus sim, f. fuerim* saepe vertenda sunt per indicat. *seré, habré sido;* habent enim meram futuri significationem, ut infinitivus *futurus esse, amaturus esse*, cet. Hac certe circuitione utuntur Latini ad futurum infectum in subjunctivo significandum, ut apud Cic. *Div.* 1, 57, 130: *Ceos accepimus ortum Caniculae diligenter quotannis solere servare, conjecturamque capere salubrisne an pestilens annus* FUTURUS SIT,... y conjeturar si el año *será* saludable o pestilencial. Exemplum est obliquae interrogationis, quae si mutatur in rectam, ita efferendum: *Salubrisne an pestilens annus* ERIT? Eodem pacto Nep. *Hann.* 2, 5: *Id ego jusjurandum patri datum usque ad hanc aetatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente* SIM FUTURUS; ubi Hannibal si indicativum usurpare deberet, ita diceret: *Reliquo tempore eadem mente* ERO. Ita si dicitur in indicativo *faciam operae pretium*, in subjunctivo dicendum cum Livio: FACTURUSNE SIM *operae pretium... nec satis scio;* in princip. praefationis (no sé si *haré*).

IMPERATIVUS

PRAESENS

S. *ĕs* (tu),	sé (tú).	*es*te (vos),	sed (vosotros).

FUTURUM

estō (tu),	sé.	*estōte* (vos),	sed.
estō (ille),	sea.	*suntō* (illi),	sean.

INFINITUS

PRAESENS		PRAET. PERFECTUM	
es-se,	ser.	*fu*-isse,	haber sido.

FUTURUM (IMPERFECTUM)

fore, haber de ser, vel

S. N. *futurus, a, um esse.*		P. N. *futuri, ae, a esse.*	
Acc. *futurum, am, um esse.*		Acc. *futuros, as, a esse.* [1]	

PARTICIPIUM FUTURUM

fut-urus, a, um, (el) que será *o* ha de ser, (la) que será *o* ha de ser, (lo) que será *o* ha de ser. [2]

NB. 1. Pro imperfecto subjunctivi *essem* dicitur etiam *forem, fores, foret, forent* praesertim in orationibus condicionalibus «sería» et finalibus.

[*NB.* 2. Prisci pro *sim* dicebant *siem, sies, siet, sient;* etiam *fuam, fuas, fuat, fuant*, et, vocali praecedente aut *m, e* demebant in *est*, ut *nata st factumst*. Apud comicos reperitur etiam *factust, opust* cum aliis finitis in *us* pro *factus est, opus est*, et *meritu's*, cet. pro *meritus es* (sequente *es*). *Tros Rutulusne* FUAT *nullo discrimine habebo.* Verg. *Aen.* 10, 108. *Cave tu mi iratus* FUAS. Plaut. *Capt.* 431 [2, 3, 71]. Cf. n. **561**, I, *NB.* [3]]

1 *Futurum fuisse, amaturum fuisse*, cet., que habría sido, que habría amado, etc., neque ab Alvaro neque a recentioribus grammaticis ponitur in paradigmate. V. n. **354**, I et II. «Creo *que habrás sido* prudente» Latine dicitur: *Credo fore ut prudenter egeris:* n. **350**, I.

2 *Ens, entis*, n. **68**. 1.°, adn. in ima pag.

3 *Nos sumŭ (s) Romani, qui fŭvimus ante Rudini.* Ennius apud Cic. *Or.* 3, 42, 168. *Ast quando duellum gravius, discordiae civium* ESCUNT (sunt), *oenus* (= unus) *idem juris quod duo consules, teneto.* Apud Cic. *Leg.* 3, 3, 9.

Duplex est radix verbi *sum: es*, unde *esum* (postea *sum*) omnesque formae quae littera *e* incipiunt, et *fu*, unde *(fuo), fui*, cet., Graece εἰμί (pro *ἐσ-μί) et φύω.

III. De compositis verbi **sum**

105 Composita *absum*, estoy ausente, *adsum*, estoy presente, *desum*, falto, *intersum*, estoy entre, *obsum*, me opongo, *praesum*, presido, estoy al frente, *subsum*, estoy debajo, *supersum*, quedo, simplicis *sum* normam sequuntur; ut *absum, abes, afui (abfui), abero; adsum* vel *assum, ades, adfui* vel *affui, adero; desum, dees, defui, deero:* sic alia.

Eodem modo *insum*, estoy en, et *prosum*, aprovecho. Verum ab *insum* praeteritum *infui* ac derivata vix sunt in usu.

Prosum vero, cum simplex ab *e* incipit, litteram *d* interjicit, ut *pro-d-es, pro-d-ero, pro-d-essem.* [1]

Duo tantum composita *praesum* et *absum* participium habent *praesens*, estando presente, et *absens*, estando ausente. *Potens* enim rectius dixeris nomen, quam participium a *possum:* n. **127**.

[**Exercitationes** (latinae et vernaculae): *Homo sum (eram, ero..), fuisti (fueras, fueris ..) crudelis; homines sunt... tu eras... ille... Deus est, semper fuit, erit semper; ¿quot sunt di?; virtus invicta est, virtutes...; pugna fuit horrenda* (horrorosa), *omnes pugnae...; pugna ne* (no, que no) *sit atrox, pugnae ne...; utinam* (ojalá) *studium fuerit jucundum* (gustoso, deleitable)! *utinam studia...!; utinam adesset pater tuus...! Cum* (como) *sis vir nobilis, cum sis* (siendo tú) *puer ingenuus* (bien nacido), *cum simus..., cum essetis* (siendo vosotros)..., *cum fuerint* (habiendo sido ellos)..., *cum fuisset* (habiendo sido él)... *Fama est pervulgata* (divulgada) *notitia rei factae. Firma amicitia nunquam fuit sine bonis moribus* (costumbres). *Aderant unguenta; amici affuerunt alii laeti, alii tristes.*

Hay un solo *(unum)* camino, había dos c., hubo tres c., había habido cuatro c.... ¡Ojalá haya una fuente de agua dulce, llenísima de peces! Como hubiese muchísimas y fresquísimas *(laetus)* flores. ¡Cuán grande *(quanta)* es la hermosura del mar! ¡cuál *(quae)* la belleza *(species)* de todo él *(universus)!* ¡qué muchedumbre y variedad la de sus islas! ¡qué amenidades las de sus costas *(ora)* y playas *(litus)!* ¡cuántos géneros y cuán diversos *(dispar)* los de sus animales *(belua)* en parte sumergidos *(submersus)*, en parte flotando *(fluitans)* y nadando *(natans)!*]

1 *Pro* est a *prod*, cujus *d* ante vocalem permanet; cf. n. **472**.

IV. Quo pacto infinitivi tempora nobis reddenda

(Cf. n. **349 - 354**)

106 I. Praesens infinitum redditur per praesens atque praeteritum imperfectum tam indicativi quam subjunctivi: v. g.

a) *Video te hic* ESSE; veo que (tú) *estás* aquí.
Videbam te hic ESSE; veía que *estabas* aquí.
[*Vidi (videram) te hic* ESSE; vi (había visto) que ESTABAS aquí.
Dicunt vos ESSE *sapientes;* dicen que (vosotros) *sois* unos sabios.
Dicebant, dicent, cet., *illos* ESSE *sapientes;* decían, dirán, etc., que aquellos *eran* sabios.
Dixerunt se ESSE *rudes;* dijeron que (ellos mismos) *eran* unos ignorantes; dijeron de sí que *eran* unos...]

b) *Cupio vos hic* ESSE; deseo que *estéis* aquí.
Cupiebam vos hic ESSE; deseaba que *estuvierais* o *estuvieseis* aquí.
[*Cupivi vos* ESSE *omnibus virtutibus ornatos;* deseé que *estuvierais* o *estuvieseis* adornados de todas las virtudes.

c) Et per infinitivum: *Cupio* ESSE *probus;* deseo *ser* virtuoso.
Cupimus ESSE *probi*; deseamos *ser* virtuosos.]

II. Praeteritum infinitum redditur per praeteritum perfectum et plusquamp. indicat. aut subj.; exempli causa:

a) *Scio te hic* FUISSE; sé que *estuviste* o *has estado* aquí.
Intellexi te hic FUISSE; supe que *habías estado* aquí.

b) *Cupio vos hic* FUISSE; deseo que hayáis *estado* aquí.
Vellem vos hic FUISSE; quisiera que *hubierais* o *hubieseis estado* a.
[*Malo illos doctos* FUISSE *quam opulentos;* antes quiero que ellos *hayan sido* doctos que opulentos.

c) *Cupio* FUISSE *clemens;* deseo *haber sido* clemente.]

III. Futurum (primum seu imperfectum) redditur per futurum imperfectum indicativi et per praeteritum imperfectum in *-ría:*

a) *Scio te hic* FUTURUM ESSE, vel *te hic* FUTURUM, vel *te hic* FORE; sé que *estarás* aquí.
[*Spero vos* FUTUROS (ESSE) vel FORE *viros doctos;* espero que *seréis* varones doctos.

Id tibi affirmo: te in istis molestiis in quibus es hoc tempore, non diutius FUTURUM; *in iis autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper* FORE. Cic. *Fam.* 4, 13, 4.]

b) *Intellexi te hic* FUTURUM; entendí que *estarías* a. (que *estarás* a.). [1]

c) [*Locus quietis et tranquillitatis plenissimus* FORE *videbatur*. Cic. *de Or.* 1, 1, 2; el lugar parecía *haber de estar* llenísimo de sosiego y tranquilidad.

d) *Speratis vos* FUTUROS ESSE *viros doctos;* esperáis que *seréis*, vel esperáis *ser*, varones doctos: n. **349**, III, *NB.* 1.]

IV. Que él *habría sido* dicitur *illum* FUTURUM FUISSE [v. g. *Quo animo hunc* FUTURUM FUISSE *censetis in nos, quos oderat, cum in eos quos nunquam viderat tam crudelis fuisset?* Cic. *Phil.* 5, 8, 22; ¿con qué ánimo creéis que nos *habría tratado* a nosotros, a quienes aborrecía, habiendo sido tan cruel con aquellos a quienes jamás había visto? *litt.* ¿de qué ánimo creéis *habría sido* para con nosotros? n. **354**, I, II].

V. De usu verbi **sum** cum participio praeteriti

107 *Sum* jungitur frequenter cum participio praeterito ad statum qui actionem consequitur exprimendum.

PRAES.	*Classis armata est*, la flota está aprestada, se halla aprestada, queda aprestada.
PRAET. IMP	*Classis armata erat*, la flota estaba aprestada, se hallaba a., quedaba a.
PRAET. PERF.	*Classis armata fuit*, la armada estuvo aprestada, se halló a., quedó a.
P. PLUSQUAMP.	*Classis armata fuerat*, la armada había estado a. *cet.*
FUT. IMP.	*Classis armata erit*, la armada estará aprestada, *cet.*
FUT. PERF.	*Classis armata fuerit*, la armada habrá estado a. *cet.*

Sic *templum* CLAUSUM FUIT, *templa* CLAUSA FUERUNT, cet. *Omnia fere quae* SUNT CONCLUSA *nunc artibus*, DISPERSA *et* DISSIPATA *quon-*

1 *Estarías* est pro *estar hías*, id est, *habías de estar*, sicut *estarás* pro prisco *estar has*, id est, *has de estar*.

dam FUERE. Cic. *de Or.* 1, 42, 187; casi todo lo que ahora está (se halla) reducido a algún arte (a reglas) estuvo un tiempo disperso y diseminado. Eodem pacto in subjunctivo et infinitivo.

CAPUT VIII. DE CONJUGATIONE VERBORUM REGULARI [1]

108 Conjugatio regularis comprehendit verba activa, passiva, deponentia.

I. VOX ACTIVA

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
		INDICATIVUS		
		PRAESENS		
S.	*am o* [2] amo	*mon ĕ-o* aviso	*lĕg-o* leo	*aud i-o* oigo
	am a-s	*mon ē*-s	*leg-i*s	*aud ī*-s
	am a-t	*mon e*-t	*leg-i*t	*aud i*-t
P.	*am ā*-mus	*mon ē*-mus	*leg-ĭ*mus	*aud ī*-mus
	am ā-tis	*mon ē*-tis	*leg-ĭ*tis	*aud ī*-tis
	am a-nt	*mon e*-nt	*leg-u*nt [3]	*aud i-u*nt [3]
		PRAETERITUM IMPERFECTUM		
	ā - bam	**ē - bam**	**- ēbam**	**i - ēbam**
S.	*am ā-ba*m amaba	*mon ē-ba*m avisaba	*leg-ēba*m leía	*aud i-ēba*m oía
	*am a-bā*s	*mon e-bā*s	*leg-ebā*s	*aud i-ebā*s
	*am a-ba*t	*mon e-ba*t	*leg-eba*t	*aud i-eba*t
P.	*am a-bā*mus	*mon e-bā*mus	*leg-ebā*mus	*aud i-ebā*mus
	*am a-bā*tis	*mon e-bā*tis	*leg-ebā*tis	*aud i-ebā*tis
	*am a-ba*nt	*mon e-ba*nt	*leg-eba*nt	*aud i-eba*nt

1 Characteristica sejungitur a radicali, sed nullo signo; terminatio temporalis sejungitur a themate hoc signo —; *desinentia* vel litterae *desinentes* sive positiones temporibus communes rotunda forma notantur.

2 *Verbum* amo *in schemate declinationis jam adhibet* VARRO *L. L.* 8, 58; 9, 97 sqq. 101; 10, 48. DIOM. *gramm.* I, 351, 29 sqq. *passim.* THESAUR. L. L. *amo.*

3 Apud priscos *legont, audiont.*

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
		PRAETERITUM PERFECTUM		
	a – vi	**-ui,** *e* rejecto	**-i,** producto rad.	**i – vi**
S.	*am āv-ī* amé, he am., hube a.	*mon u-ī* avisé, he av., hube a.	*lēg-ī* leí, he leído, hube l.	*aud īv-ī* oí, he oído, hube o.
	am av-istī	*mon u-istī*	*leg-istī*	*aud iv-istī*
	am av-it	*mon u-it*	*leg-it*	*aud iv-it*
P.	*am av-ĭmus*	*mon u-ĭmus*	*leg-ĭmus*	*aud iv-ĭmus*
	am av-istis	*mon u-istis*	*leg-istis*	*aud iv-istis*
	am av-ērunt vel *am av-ēre* [1]	*mon u-ērunt* vel *mon u-ēre* [1]	*leg-ērunt* vel *leg-ēre* [1]	*aud iv-ērunt* vel *aud iv-ēre* [1]
		PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM		
	ĕram pro **i** praeteriti perfecti in omni conjugatione [2]			
S.	*am āv-ĕram* había amado	*mon u-ĕram* había avisado	*lēg-ĕram* había leído	*aud īv-ĕram* había oído
	am av-ĕrās	*mon u-ĕrās*	*leg-ĕrās*	*aud iv-ĕrās*
	am av-ĕrat	*mon u-ĕrat*	*leg-ĕrat*	*aud iv-ĕrat*
P.	*am av-erāmus*	*mon u-erāmus*	*leg-erāmus*	*aud iv-erāmus*
	am av-erātis	*mon u-erātis*	*leg-erātis*	*aud iv-erātis*
	am av-ĕrant	*mon u-ĕrant*	*leg-ĕrant*	*aud iv-ĕrant*
		FUTURUM IMPERFECTUM		
	ā – bō	**ē – bō**	**– am**	**i – am**
S.	*am ā-bō* amaré	*mon ē-bo* avisaré	*leg-am* leeré	*aud i am* oiré
	am a-bis	*mon e-bis*	*leg-ēs*	*aud i-ēs*
	am a-bit	*mon e-bit*	*leg-et*	*aud i-et*
P.	*am a-bĭmus*	*mon e-bĭmus*	*leg-ēmus*	*aud i-ēmus*
	am a-bĭtis	*mon e-bĭtis*	*leg-ētis*	*aud i-ētis*
	am a-bunt	*mon e-bunt*	*leg-ent*	*aud i-ent*

1 Apud poëtas etiam *ĕrunt*, v. g. *dedĕrunt*.

2 Cf. *fu-i*, *fu-*ĔRAM.

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.

FUTURUM PERFECTUM

ĕrō pro **i** praeteriti perfecti in omni conjugatione [1]

S.	*am āv-ĕrō*	*mon u-ĕro*	*lēg-ĕro*	*aud īv-ĕro*
	hâbré amado	habré avisado	habré leído	habré oído
	am av-ĕris	*mon u-ĕris*	*leg-ĕris*	*aud iv-ĕris*
	am av-ĕrit	*mon u-ĕrit*	*leg-ĕrit*	*aud iv-ĕrit*
P.	*am av-erĭmus*	*mon u-erĭmus*	*leg-erĭmus*	*aud iv-erĭmus*
	am av-erĭtis [2]	*mon u-erĭtis* [2]	*leg-erĭtis* [2]	*aud iv-erĭtis* [2]
	am av-ĕrint	*mon u-ĕrint*	*leg-ĕrint*	*aud iv-ĕrint*

SUBJUNCTIVUS

PRAESENS

	- em	e - am	- am	i - am
S.	*am-em* ame	*mon e-am* avise	*leg-am* lea	*aud i-am* oiga
	am-ēs	*mon e-ās*	*leg-ās*	*aud i-ās*
	am-et	*mon e-at*	*leg-at*	*aud i-at*
P.	*am-ēmus*	*mon e-āmus*	*leg-āmus*	*aud i-āmus*
	am-ētis	*mon e-ātis*	*leg-ātis*	*aud i-ātis*
	am-ent	*mon e-ant*	*leg-ant*	*aud i-ant*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

	ā - rem	ē - rem	- ĕrem	ī - rem
S.	*am ā-rem* amara, amaría, amase	*mon ē-rem* avisara, avisaría, avisase	*leg-ĕrem* leyera, leería, leyese	*aud ī-rem* oyera, oiría, oyese
	am a-rēs	*mon e-rēs*	*leg-erēs*	*aud i-rēs*
	am a-ret	*mon e-ret*	*leg-eret*	*aud i-ret*
P.	*am a-rēmus*	*mon e-rēmus*	*leg-erēmus*	*aud i-rēmus*
	am a-rētis	*mon e-rētis*	*leg-erētis*	*aud i-rētis*
	am a-rent	*mon e-rent*	*leg-erent*	*aud i-rent*

1 Cf. *fu - i*, *fu - ĕro*.

2 Pronuntiatio in soluta oratione communis est *amaverĭmus*, *monuerĭtis*, cet. Cf. n. 546, 3.°

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.

PRAETERITUM PERFECTUM

-ĕ̄rim pro **i** praeteriti perfecti indicativi in omni conjugatione [1]

S.	*am āv-ĕrim* haya amado	*mon u-ĕrim* haya avisado	*lēg-ĕrim* haya leído	*aud īv-ĕrim* haya oído
	am av-ĕris	*mon u-ĕris*	*leg-ĕris*	*aud iv-ĕris*
	am av-ĕrit	*mon u-ĕrit*	*leg-ĕrit*	*aud iv-ĕrit*
P.	*am av-erĭmus*	*mon u-erĭmus*	*leg-erĭmus*	*aud iv-erĭmus*
	am av-erĭtis [2]	*mon u-erĭtis* [2]	*leg-erĭtis* [2]	*aud iv-erĭtis* [2]
	am av-ĕrint	*mon u-ĕrint*	*leg-ĕrint*	*aud iv-ĕrint*

PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM

-issem pro **i** praeteriti perfecti indicativi in omni conjugatione [3]

S.	*am āv-issem* hubiera, habría, hubiese a.	*mon u-issem* hubiera, habría, hubiese a.	*leg-issem* hubiera, habría, hubiese l.	*aud iv-issem* hubiera, habría, hubiese o.
	am av-issēs	*mon u-issēs*	*leg-issēs*	*aud iv-issēs*
	am av-isset	*mon u-isset*	*leg-isset*	*aud iv-isset*
P.	*am av-issēmus*	*mon u-issēmus*	*leg-issēmus*	*aud iv-issēmus*
	am av-issētis	*mon u-issētis*	*leg-issētis*	*aud iv-issētis*
	am av-issent	*mon u-issent*	*leg-issent*	*aud iv-issent*

FUTURUM IMPERFECTUM

S.	*am a-turus, a, um sim*	*mon-iturus, a, um sim*	*lec-turus, a, um sim*	*aud i-turus, a, um sim*
	» *sis*	» *sis*	» *sis*	» *sis*
	» *sit*	» *sit*	» *sit*	» *sit*
P.	*am a-turi, ae, a, simus*	*mon-iturus, ae, a, simus*	*lec-turi, ae, a, simus*	*aud i-turi, ae, a, simus*
	» *sitis*	» *sitis*	» *sitis*	» *sitis*
	» *sint*	» *sint*	» *sint*	» *sint* [4]

1 Cf. *fu-i*, *fu-*ĔRIM.
2 Cf. fut. perf. indicat.
3 Cf. *fu-i*, *fu-*ISSEM.
4 Cf. n. **104**, *adnot.* futuri subjunct.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.

FUTURUM PERFECTUM

S. *am āv-ĕrim*	*mon u-ĕrim*	*lēg-ĕrim*	*aud īv-ĕrim*
am āv-ĕris, cet.	*mon u-ĕris*, cet.	*lēg-ĕris*, cet.	*aud īv-ĕris*, cet.
	ut in praeterito perf. [1]		

IMPERATIVUS

PRAESENS

S. *am ā* (tu)	*mon ē* (tu)	*leg-ĕ* (tu)	*aud ī* (tu)
ama (tú)	avisa (tú)	lee (tú)	oye (tú)
P. *am ā-tĕ* (vos)	*mon ē-tĕ* (vos)	*leg-ĭtĕ* (vos)	*aud ī-tĕ* (vos)
amad	avisad	leed	oíd

FUTURUM

a - to	e - to	- ĭto	ī - to
S. *am ā-tō (tu)*	*mon ē-tō*	*leg-ĭto*	*aud ī-to*
ama (tú)	avisa (tú)	lee (tú)	oye (tú)
P. *am a-tōte (vos)*	*mon e-tōte*	*leg-itōte*	*aud i-tōte*
amad	avisad	leed	oíd [2]

INFINITIVUS PRAESENS

a - re	ē - re	- ĕre	i - re
am ā-re amar [3]	*mon ē-re* avisar	*leg-ĕre* leer	*aud ī-re* oír

PRAETERITUM PERFECTUM

-isse pro **i** praeterit. perfect. indicativi in omni conjugatione [4]

am āv-isse	*mon u-isse*	*leg-isse*	*aud īv-isse*
haber amado	haber avisado	haber leído	haber oído

1 Cf. p. **103**, *adnot.* in ima pagina.

2 Tertias pers. sing. in *āto, ēto, ĭto, ĭto* et plur. in *anto, ento, unto, iunto* vix invenies nisi in paucissimis verbis, proptereaque a recentioribus grammaticis omittuntur.

3 *Amare, monere*, cet. vices fere agunt nominat. et accus., n. **102**, *NB.*; pro aliis casibus, v. g. *de amar, para a., a a., con, en... amar* adhiberi solet gerundium aut gerundivum.

4 Cf. *fu-i, fu-isse*.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
	FUTURUM (IMPERFECTUM)		
S. N. *am* ā-turus, a, um *esse*	*mon-ĭturus*, a, um *esse*	*lec*-turus a, um *esse*	*aud* ī-turus a, um *esse*
A. *am a*-turum, cet. *esse*	*mon-iturum*, cet. *esse*	*lec*-turum, cet. *esse*	*aud i*-turum, cet. *esse*
P. N. *am a*-turi ae, a *esse*	*mon* ituri ae, a *esse*	*lec*-turi ae, a *esse*	*aud i*-turi ae, a *esse*
A. *am a*-turos, cet. haber de amar	*mon*-*ituros*, cet. haber de avisar	*lec*-turos, cet. haber de leer	*aud i*-turos, cet. haber de oir [1]
	SUPINUM		
a - tum	**ĭ - tum**, *e* rejecto	**- tum**	**ī - tum**
Acc. *am* ā-tum a amar	*mon* ĭ-tum a avisar	*lec*-tum a leer	*aud* ī-tum a oir
Abl. *am* ā-tū de amar	*mon* ĭ-tū de avisar	*lec*-tū de leer	*aud* ī-tū de oir [2]
	GERUNDIUM		
a - ndi	**e - ndi**	**- endi**	**i - endi**
G. *am* ā-ndī de amar	*mon e*-ndī de avisar	*leg*-endī de leer	*aud i*-endī de oir
D. *am a*-ndō para amar, a a.	*mon e*-ndō para avisar, a a.	*leg*-endō para leer, a l.	*aud i*-endō para oir, a o.
A. *am a*-ndum a amar, para a.	*mon e*-ndum a avisar, para a.	*leg*-endum a leer, para l.	*aud i*-endum a oir, para o.
A. *ama*-ndō en amar, amando	*mon e*-ndō en avisar, avisando	*leg*-endō en leer, leyendo	*aud i*-endō en oir, oyendo
	PARTICIPIUM PRAESENS		
a-ns	**e-ns**	**-ens**	**i-ens**
am a-ns, tis (el) que ama, que amaba *o* amando	*mon e*-ns, tis (el) que avisa, que avisaba *o* avisando	*leg*-ens, tis (el) que lee, que leía *o* leyendo	*aud i*-ens, tis (el) que oye, que oía *u* oyendo

1 Cf. p. 104, *adnot.* 1 in ima pag. et n. 106 extrem.
2 Cum sensu passivo, n. 356, II.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
FUTURUM			
-um supini mutatur in -ūrus			
am a-turus a, um (el) que amará, que ha de amar (para amar)	*mon-i*turus, a, um (el) que avisará, que ha de avisar (para a.)	*lec*-turus, a, um, (el) que leerá, que ha de l. (para l.)	*aud i*-turus, a, um, (el) que oirá, que ha de o. (para o.)

[Sic flectuntur: I. Verba transitiva: a) *cruciare*, atormentar, *accūsare*, acusar, *collocare*, colocar, *damnare*, condenar, *invītare*, convidar, *laudare*, alabar, loar, *līberare*, librar, *honōrare*, honrar, *jūdicare*, juzgar, *multare*, castigar, *rogare*, pedir, *servare*, salvar, *vocare*, llamar.

b) *coërcēre*, reprimir, *dēbēre*, deber, *habēre*, tener, *praebēre*, suministrar, *terrēre*, aterrorizar, intimidar.

c) *colligere*, recoger, *ēligere*, elegir, *attribuere*, atribuir *(attribui, attribūtum)*, *cognoscere*, conocer *(cognōvi, cognitum)*, *dēfendere*, defender *(dēfendi, dēfensum, emere*, comprar *(ēmi, emptum)*, *rumpere*, romper *(rūpi, ruptum)*, *vincere*, vencer *(vīci, victum)*.

d) *custōdire*, guardar, *impedire*, impedir, *ērudire*, instruir, *lēnire*, ablandar, *mūnire*, fortificar, *pūnire*, castigar, *vestire*, vestir.

II. Intransitiva: a) *āvolare*, irse volando, *bellare*, guerrear, *errare*, equivocarse, engañarse, *pugnare*, combatir, pelear.

b) *carere*, carecer, *dolere*, dolerse, *nocere*, dañar, perjudicar, *pārere*, obedecer, *placere*, agradar, aplacer, *valere*, estar bueno.

c) *gemĕre*, gemir *(gemui, gemitum)* et *ingemĕre*, *irrumpĕre*, entrar precipitadamente *(irrūpi, irrŭptum)*, *invādĕre*, invadir *(invāsi, invāsum*, etiam transitivum), *vīvĕre*, vivir *(vixi, victum)*.

d) *dormire*, dormir, *servire*, servir, *inservire*.

Exercitationes a) modi finiti: *Amo modestiam tuam; amavi (amabamus...) modestiam tuam; librum tuum lĕgimus, lēgimus, legerimus...; si monemus, si monebatis, si monebitis*, si avisareis [1], *si moneres, si legeret, si legissent; quomodo haec audierunt, si surdi erant?*

Utinam audiat, audirem, audiveris, monuissetis (me, illum), amaverit... Utinam talis essem, qualem me esse existimas (piensas)! *quamvis* (por más que) *multa legam, legerim, legas...*

1 Cf. n. 305, *NB*.

Cum amem, como (yo) ame *o* amando yo; *cum ames*, como (tú) ames *o* amando tú; *cum amet,* como (él) ame *o* amando él; *cum amemus*, como (nosotros) amemos *o* amando nosotros; *cum ametis*, como (vosotros) améis *o* amando vosotros; *cum ament*, como (ellos) amen *o* amando ellos; *cum amarem*, como yo amase (amara) *o* amando yo; *cum amares*, como tú amases (amaras) *o* amando tú, cet.; *cum amaverim*, como yo haya amado *o* habiendo yo amado, cet.; *cum amavissem*, como yo hubiese *o* hubiera amado *o* habiendo yo amado, cet.

Offendis Deum, cum te amet? cum te amaverit? Deum offendebas, cum te amaret? cum te amavisset?; offendimus, offenditis...? quomodo audes ista dicere, cum sis vir nobilis? quomodo audebatis..., cum essetis viri nobiles?; cum erravisset, nullus eum monuit. — Puer qui legit vel *puer legens; pueri qui legebant* vel *pueri legentes, puero qui legebat* vel *puero legenti,* cet.

Lege, legite, legitote .. litteras; audi, audito amicum monentem, amantem, legentem, amicos monituros, lecturos, amaturos.

b) infiniti; cf. n. **106**:

1.ᵐ *Scio te* AMARE *litteras; sciebam illum* AMARE *litteras.*

Malo, antes quiero, *vos* AMARE *litteras; mallem*, antes querría, *illos* AMARE *litteras.*

VIDERE *te cupio*, deseo *ver*te; *cupiebam, cupiam*, cet.

2.° *Scio avum tuum* AMAVISSE *litteras, que tuvo* afición, *que había tenido* afición.

Opto, deseo, *avum tuum* AMAVISSE *litteras; optabam avum tuum*, cet.

Optabam VIDISSE, *haber visto.*

3.° *Credo magistros tuos* LAUDATUROS ESSE, *que alabarán, tuam in studendo diligentiam.*

Credebam magistros tuos LAUDATUROS, *que alabarían, tuam in studendo diligentiam.*

Videor tibi aliquando AMATURUS ESSE *litteras?* ¿parécete *que* alguna vez *tendré afición (he de tener a., llegaré a tener a.)* a la literatura?

4.° *(Credo magistros tuos* LAUDATUROS FUISSE, *que habrían alabado: n.* **354**, I, II. Creo *que habrán alabado:* n. **350**, I, II.)

c) gerundii et participii: cf. n. **126**, et Synt. cap. XI, XII.

Plurimae nobis sunt causae AMANDI *Deum. Sum cupidus fratres vestros* VIDENDI. *Defessus sum* AMBULANDO, estoy cansado *de andar. Es impiger in* SCRIBENDO, eres (es usted, sois vos) diligente *en escribir.*

Patrem vestrum vos AMANTEM *non amatis? non amabitis?* que os ama?

» » *non amavistis?* que os amaba?

Patrem vestrum vos AMATURUM *non amatis?* que os amará?
Non huc veni te ACCUSATURUS, no vine acá para acusarte.
» » *te* ACCUSATUM, no he venido a acusarte.]

II. VOX PASSIVA [1]

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
109	INDICATIVUS PRAESENS			
S.	*am-or*	*mon e-or*	*leg-or*	*aud i-or*
	soy amado	soy avisado	soy leído	soy oído
	am ā-ris	*mon ē-ris*	*leg-ĕris*	*aud ī-ris* [2]
	am ā-tur	*mon ē-tur*	*leg-ĭtur*	*aud ī-tur*
P.	*am ā-mur*	*mon ē-mur*	*leg-ĭmur*	*aud ī-mur*
	am ā-mĭnī	*mon ē-mĭnī*	*leg-ĭmĭnī*	*aud ī-mĭnī*
	am a-ntur	*mon e-ntur*	*leg-untur* [3]	*aud i-untur*
	PRAETERITUM IMPERFECTUM			
	a - bar	**e - bar**	**- ebar**	**i - ebar**
S.	*am ā-bar*	*mon ē-bar*	*leg-ēbar*	*aud i-ēbar*
	era amado	era avisado	era leído	era oído
	am a-bāris vel *am a-bāre*	*mon e-bāris* vel *-bāre*	*leg-ebāris* vel *-ebāre*	*aud i-ebāris* vel *-ebāre*
	am a-bātur	*mon e-bātur*	*leg-ebātur*	*aud i-ebātur*
P.	*am a-bāmur*	*mon e-bāmur*	*leg-ebāmur*	*aud i-ebāmur*
	am a-bamĭni	*mon e-bamĭni*	*leg-ebamĭni*	*aud i-ebamĭni*
	am a-bantur	*mon e-bantur*	*leg-ebantur*	*aud i-ebantur*
	PRAETERITUM PERFECTUM			
S.	*am ā-tus, a, um*	*mon-ĭtus, a, um*	*lec-tus, a, um*	*aud ī-tus, a, um*
	sum, es, est	*sum, es, est*	*sum, es, est*	*sum, es, est*
	fuí, he sido *o* hube s. amado	fuí, he sido *o* hube s. avisado	fuí, he sido *o* hube s. leído	fuí, he sido *o* hube s. oído

1 Tempora simplicia (i. e. quae non constant ex verbo *sum*) efficiuntur ex suis activis, litterae *o* addito *r*, aut mutato *m* in *r*.
2 Raro *am ā-*RE, *mon ē-*RE, *leg -ĕ*RE, rarissime *aud ī-*RE.
3 In aliquibus edd. *solvontur, volvontur*, cet.

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
P.	*am* ā-ti, ae, a	*mon-*ĭti, ae, a	*lec-*ti, ae, a	*aud* ī-ti, ae, a
		sumus, estis, sunt [1]		

PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM

S.	*am a-*tus, a, um	*mon-*itus, a, um	*lec-*tus, a, um	*aud i-*tus, a, um
		eram, eras, erat		
P.	*am a-*ti, ae, a	*mon-*iti, ae, a	*lec-*ti, ae, a	*aud i-*ti, ae, a
		eramus, eratis, erant [2]		
	había sido amado	había s. avisado	había s. leído	había sido oído

FUTURUM IMPERFECTUM

	a-bor	e-bor	-ar	i-ar
S.	*am ā-bor*	*mon ē bor*	*leg-ar*	*aud i-ar*
	seré amado	seré avisado	seré leído	seré oído
	*am a-*bĕris vel -bĕre	*mon e-*bĕris vel -bĕre	*leg-*ēris vel -ēre	*aud i-*ēris vel -ēre
	*am a-*bĭtur	*mon e-*bitur	*leg-*ētur	*aud i-*ētur
P.	*am a-*bĭmur	*mon e-*bĭmur	*leg-*ēmur	*aud i-*ēmur
	*am a-*bimĭni	*mon e-*bimĭni	*le-*gēmini	*aud i-*ēmĭni
	*am a-*buntur	*mon e-*buntur	*le-*gentur	*aud i* entur

1 Non vero *amatus fui, monitus fui, lectus fui, auditus fui*, nisi apud seriores scriptores. *Templum clausum fuit* significat: el templo estuvo cerrado; *templum clausum est*, el templo se cerró, fué cerrado, *aut* está cerrado: *Haec duo*, inquit MADVIG, *Opusc. Academ. alt. opusc.* V, § II, *apud antiquos et natura et usu adeo sunt discreta, ut nunquam ante cadentem orationis veteris castitatem commutentur, nisi mendo scripturae aut interpretandi inscitia. Quum enim Latine dicimus, verbi causa,* FIXUM EST, *utrumque significari potest, et* FIXISSE *aliquem, participio et verbo substantivo in unam notionem perfecti passivi coalescentibus, et nunc illud* FIXUM MANERE, *ut participium statum aliquem rei significet; verbum, eum statum nunc esse. Nec enim Latinus sermpraeteritum tempus rei gestae et praesens rei agendo effectae et manentis, nota ulla diso tinguit. Quum autem* FIXUM FUIT *dicitur, unum significatur, praeteritum tempus rei effectae et in statu aliquo manentis, ut participio status; verbo, eum fuisse declaretur. Itaque Cicero pro Sestio* 25, 55, *quum dicit: «Leges quum quae latae sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt», alias narrat latas esse, alias aliquamdiu promulgatas pependisse*, cet. Variis locis auctorum quae contraria videantur, alia recte putat mendose exscripta esse, v. g. apud Nepotem in *Epamin.* c. 8,5, *ausus fuit* factum esse ex *ausust;* in aliis «in antiquo sermone interdum participia quaedam deponentium et passivorum sic potuisse poni, ut magis absolute condicionem et statum significarent, paene in adjectivi notionem transeuntia; deinde verbum adjungeretur per se praeteriti forma». Quare his centum fere postremis annis optimae grammaticae ab *amatus fui* abstinent. Cf. n. 107.

2 Etiam aliquando pro *amatus, monitus... eram, eras*, cet. dicitur *amatus, monitus... fueram, fueras*, cet.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.

FUTURUM PERFECTUM

S. *am a*-tus, a, um	*mon*-itus, a, um *ero, eris, erit*	*lec*-tus, a, um	*aud i*-tus, a, um
P. *am a*-ti, ae, a	*mon*-iti, ae, a *erimus, eritis, erunt* [1]	*lec*-ti, ae, a	*aud i*-ti, ae, a
habré sido amado	habré s. avisado	habré s. leído	habré sido oído

SUBJUNCTIVUS PRAESENS

-er	e-ar	-ar	i-ar
S. *am er* sea a.	*mon ĕ-ar* sea a.	*leg-ar* sea l.	*aud ĭ-ar* sea o.
am ēris vel *-ēre*	*mon e-āris* vel *-āre*	*leg-āris* vel *-āre*	*aud i-āris* vel *-āre*
am ētur	*mon e-ātur*	*leg-ātur*	*aud i-ātur*
P. *am ēmur*	*mon e-āmur*	*leg-āmur*	*aud i-āmur*
am ēmĭni	*mon e-āmĭni*	*leg-āmĭni*	*aud i-āmĭni*
am entur	*mon e-antur*	*leg-antur*	*aud i-antur*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

a-rer	ē-rer	-erer	i-rer
S. *am ā-rer*	*mon ē-rer*	*leg-ĕrer*	*aud ī rer*
am a-rēris vel *-rēre*	*mon e-rēris* vel *-rēre*	*leg-erēris* vel *-erēre*	*aud i-rēris* vel *-rēre*
am a-rētur	*mon e-rētur*	*leg-erētur*	*aud i-rētur*
P. *am a-rēmur*	*mon e-rēmur*	*leg-erēmur*	*aud i-rēmur*
am a-rēmĭni	*mon e-rēmĭni*	*leg-erēmĭni*	*aud i-rēmĭni*
am a-rentur	*mon e-rentur*	*leg-erentur*	*aud i-rentur*
fuera, sería, fuese amado	fuera, sería, fuese avisado	fuera, sería, fuese leído	fuera, sería, fuese oído

PRAETERITUM PERFECTUM

S. *am a*-tus, a, um	*mon*-itus, a, um *sim, sis, sit*	*lec*-tus, a, um	*aud i*-tus, a, um
haya sido amado	haya s. avisado	haya s. leído	haya sido oído

[1] Etiam aliquando *amatus fuero, fueris*, cet., pro *amatus ero, eris*, cet.

	1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
P.	*am a*-ti, ae, a	*mon-i*ti, ae, a	*lec*-ti, ae, a	*aud i*-ti, ae, a
		simus, sitis, sint [1]		
	PBAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM			
S.	*am a*-tus, a, um	*mon-i*tus, a, um	*lec*-tus, a, um	*aud i*-tus, a, um
		essem, esses, esset		
P.	*am a*-ti, ae, a	*mon-i*ti, ae, a	*lec*-ti, ae, a	*aud i*-ti, ae, a
		essemus, essetis, essent [2]		
	hubiera, habría, hubiese sido a.	hubiera, habría, hubiese sido a.	hubiera, habría, hub. s. l.	hubiera, habría, hubiese sido o.
	FUTURUM IMPERFECTUM deest [3]			
	FUTURUM PERFECTUM			
S.	*am a*-tus, a, um *sim, sis*, cet.	*mon-i*tus, a, um *sim, sis*, cet.	*lec*-tus, a, um *sim, sis*, cet.	*aud i*-tus, a, um *sim, sis*, cet.

IMPERATIVUS deest [4]

INFINITIVUS PRAESENS

ri	ri	i	ri
am ā-rī	*mon ē*-rī	*leg*-ī	*aud ī*-rī
ser amado	ser avisado	ser leído	ser oído

PRAETERITUM PERFECTUM

S. N.	*am a*-tus, a, um *esse*	*mon i*-tus, a, um *esse*	*lec*-tus, a, um *esse*	*aud i*-tus, a, um *esse*
A.	*am a*-tum, am, um *esse*	*mon i*-tum, am, um *esse*	*lec*-tum, am, um *esse*	*aud i*-tum, am, um *esse*
P. N.	*am a*-ti, ae, a *esse*	*mon i*-ti, ae, a *esse*	*lec*-ti, ae, a *esse*	*aud i*-ti, ae, a *esse*
A.	*am a*-tos, as, a *esse*	*mon i*-tos, as, a *esse*	*lec*-tos, as, a *esse*	*aud i*-tos, as, a *esse*
	haber sido amado	haber sido avisado	haber sido leído	haber sido oído

1 Quod dictum est de *amatus fui* pro *amatus sum* intellege de *amatus fuerim* pro *amatus sim*.

2 Pro *amatus, monitus... essem, esses*, cet. dicitur etiam aliquando *amatus, monitus... fuissem, fuisses*, cet.

3 Cf. n. 337, I, *NB*.

4 Cf. n 120, VIII.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
FUTURUM (IMPERFECTUM)			
am a-tum *īrī* haber de ser a.	*mon i*-tum *īrī* haber de ser a.	*lec*-tum *īrī* haber de ser l.	*aud i*-tum *īrī* haber de ser o.[1]
PARTICIPIUM PRAETERITUM			
us pro **um** supini			
am a-tus, a, um amado, (el) que fué, ha sido, había s. a.[2]	*mon i*-tus, a, um avisado, (el) que fué, ha sido, había s. a.	*lec*-tus, a, um leído, (el) que fué, ha sido, había sido l.	*aud i*-tus, a, um oído, (el) que fué, ha sido, había sido o.
GERUNDIVUM			
a – ndus	**e – ndus**	**– endus**	**i – endus**
am a-ndus, a, um que ha de ser a., que debe ser a.	*mon e*-ndus, a, um que ha de ser a., que debe ser a.	*leg*-endus, a, um que ha de ser leído, que debe ser leído	*aud i*-endus, a, um que ha de ser oído, que debe ser oído.

[Sic flectuntur verba transitiva n. **108**.

Exercitationes infiniti: cf. vocem activam.

a) *Existimo sapientem* LAUDARI; *existimabam sapientem* LAUDARI. *Cupio sapientem* LAUDARI. *Cupiebam sapientem* LAUDARI.

b) *Existimo sapientem* LAUDATUM ESSE. *Existimabam sapientem* LAUDATUM ESSE.[3] *Cupio sapientem* LAUDATUM ESSE. *Cupiebam sapientem* LAUDATUM ESSE.

c) *Existimo sapientem* LAUDATUM IRI. *Existimabam sapientem* LAUDATUM IRI.

1 *Irī* est passiva infiniti *īre: Me amatum iri* significat «que yo seré amado»; *me amandum esse*, «que yo debo ser amado» et ad conjugationem periphrasticam spectat. *Amatum, amatam, amatum fore*, n. **350**, II. Cf. **354**, I.

2 Hoc particip. *amatus* a verbo *amo* rarum est.

3 «Pensaba que el sabio había sido alabado» etiam dicitur: *Existimabam sapientem* LAUDATUM FUISSE; in indicativo enim «había sido alabado» dicitur *laudandus eram* vel *fueram* Cf. n. **351**, II, *NB*.

Pompeyo afirma *que* mis enemigos no me *matarán*. *Pompejus affirmat inimicos meos me non* OCCISUROS (ESSE). Pompeyo afirma *que* (yo) no *seré muerto* por mis e. *Pampejus affirmat me a meis inimicis non* OCCISUM IRI.

Corría el rumor de *que* el reo *sería condenado*. *Rumor erat reum* DAMNATUM IRI. Pensé *que* los soldados de César *pelearían* denodadísimamente. *Existimavi Caesaris milites* PUGNATUROS ESSE *fortissime;* vel *a militibus C.* PUGNATUM IRI *f.*

d) *Existimo sapientem* LAUDATUM FORE; pienso *que* el sabio *habrá sido* alabado. (Pensé *que* el sabio *habría sido* alabado, n. **354**, I.)]

NB. 1. *Amatus forem, monitus forem*, cet. inveniuntur apud poëtas, Sallustium et Livium, pro *amatus, monitus essem* vel *fuissem*, cet., praesertim in condicionata sententia et in finali. (*Gaudio efferebatur consul) qua parte copiarum alter consul* VICTUS FORET, *ea se vicisse.* Liv. 21, 53; el cónsul estaba fuera de sí con el gozo de haber vencido con la parte de las tropas con que el otro había sido derrotado.

NB. 2. Tertia persona singularis tam verbi transitivi quam intransitivi impersonaliter usurpatur in hunc modum:

INDICAT.

pugnatur, se combate.
pugnabatur, se combatía.
pugnatum est, se combatió.
pugnatum erat, se había combatido.
pugnabitur, se combatirá.
pugnatum erit, se habrá combatido.

SUBJUNCT.

pugnetur, se combata.
pugnaretur, se combatiera etc.
pugnatum sit, se haya combatido.
pugnatum esset, se hubiera etc. c.

PRO IMPERAT.

pugnetur, combátase.

INFINIT.

pugnari, combatirse.
pugnatum esse, haberse combatido.
pugnatum iri, haberse de combatir.

III. De temporum formatione

110 Tempora omnia verborum ducuntur ex praesente indicativi modi aut ex praeterito perfecto aut ex supino.

Ex praesente ducuntur 1.ᵐ omnia tempora actionis infectae seu imperfectae: praesens, praeteritum imperfectum et futurum imperfectum; 2.° participium praesens, gerundium et gerundivum.

Ex praeterito perfecto ducuntur omnia tempora actionis perfectae: praeteritum perfectum, plusquamperfectum et futurum perfectum vocis activae.

Ex supino ducitur participium praeteriti et futuri activi, ac tempora quae eorum adminiculo formantur.

1. Ex praesente

I	II	III	IV
am-	mon-	lĕg-	aud-
o, or	*eo, eor*	*o, or*	*io, ior*
ābam, ābar	*ēbam, ēbar*	*ēbam, ēbar*	*iēbam, iēbar*
ābo, ābor	*ēbo, ēbor*	*am, ar*	*iam, iar*
em, er	*eam, ear*	*am, ar*	*iam, iar*
ārem, ārer	*ērem, ērer*	*ĕrem, ĕrer*	*īrem, īrer*
ā	*ē*	*ĕ*	*ī*
āto	*ēto*	*ĭto*	*īto*
āre, āri	*ēre, ēri*	*ĕre, i*	*īre, īri*
ans, antis	*ens, tis*	*ens, tis*	*iens, tis*
andus, a, um	*endus, a, um*	*endus, a, um*	*iendus, a, um*

2. Ex praeterito

I.	amāv-	*ī*
II.	monu-	*ĕram*
III.	lēg-	*ĕro*
IV.	audīv-	*ĕrim*
		issem
		isse

3. Ex supino

amāt-	*um*
monĭt-	*u*
lect-	*us, a, um*
audīt-	*ūrus, a, um.*

IV. Positiones verbi finales

111 Positiones finales sunt eae quae vocem, numerum et personam significant.

	Activae		Passivae	
	SING.	PLUR.	SING.	PLUR.
1.ª pers.	*m*, aut deest,	*mus*	*r*	*mur*
2.ª »	*s (stī)*	*tis*	*ris* vel *re*	*mini*
3.ª »	*t*	*nt*	*tur*	*ntur*

V. VERBA IN *-io, -ĕre*

112 Ad tertiam conjugationem pertinent aliqua ratione nonnulla verba in *io, ĭs, ĕre*, ut *capio*, quae inter radicale et positiones interjiciunt *i*, ac proinde flectuntur ut *audio:*

1.ᵐ In omnibus personis imperfecti et futuri indicativi et praesentis subjunctivi.

2.° In prima pers. sing. praesentis indicativi et in tertia plur. ejusdem temporis (et futuri imperativi, n. **108**, *adnot.* futuri imperat.).

3.° In omnibus casibus gerundii, gerundivi et participii praesentis. [1]

CAPIO, verbum transitivum conjugationis tertiae, sic declinabitur:

INDICATIVUS		SUBJUNCTIVUS	
		PRAESENS	
Activa	**Passiva**	**Activa**	**Passiva**
cap i *o*	*cap* i *or*	*cap* i *am*	*cap* i *ar*
cap is	*cap eris*	*cap* i *as*	*cap* i *āris*
cap it	*cap ĭtur*	*cap* i *at*	*cap* i *ātur*
cap ĭmus	*cap ĭmur*	*cap* i *āmus*	*cap* i *āmur*
cap ĭtis	*cap ĭmini*	*cap* i *ātis*	*cap* i *āmini*
cap i *unt*	*cap* i *untur*	*cap* i *ant*	*cap* i *antur*
		PRAETERITUM IMPERFECTUM	
cap i *ēbam*, cet.	*cap* i *ēbar*	*cap ĕrem*	*cap ĕrer*
cap i *ēbas*, cet.	*cap* i *ēbāris*, cet.	*cap ĕres*, cet.	*cap ĕrēris*, cet.

[1] Unde vocalis *i* praeponitur vocalibus *a, ē, o, u*. Excipe tamen *accepĕrunt* et *cap i ēt*. Potest *i* haberi ut characteristica quae amittitur, *i* et *ĕ* (brevi) subsequentibus: *cap-ĭs* pro *capi-is*, *cap-eris* pro *capi-eris*, ob eamque rem haberi quartae conjugationis. Cf. MENDIZÁBAL, p. 90, 4.ª clase.

PRAETERITUM PERFECTUM

cēp-i, cet.	*cap-tus sum*	*cēp-erim*, cet.	*cap-tus sim*

PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM

cēp-eram, cet.	*cap-tus eram*	*cēp-issem*, cet.	*cap-tus essem*

FUTURUM IMPERFECTUM

cap i *am*	*cap* i *ar*	*cap-turus sim*,	(deest)
cap i *ēs*	*cap* i *ēris*	cet.	
cap i *et*	*cap* i *ētur*		
cap i *ēmus*	*cap* i *ēmur*		
cap i *ētis*	*cap* i *ēmini*		
cap i *ent*	*cap* i *entur*		

FUTURUM PERFECTUM

cēp-ero, cet.	*cap-tus ero*	*cēp-erim*, cet.	*cap-tus sim*

IMPERATIVUS PRAESENS

cap e *cap ĭte*

FUTURUM *cap ĭto* *cap itōte (cap* i *unto)*

INFINITIVUS PRAESENS

cap ere	*cap ī*	PRAET.	*cēp isse*	*cap-tum, am, um esse*

FUTURUM IMPERFECTUM

cap-turum, am, um esse *cap-tum īrī*

GERUNDIUM *cap* i *endi*, cet.

SUPINUM

cap-tum *cap-tū*

PART. PRAES. *cap* i *ens (cap* i *entis)* PRAET. *cap-tus, a, um*

FUT. *cap-tūrus, a, um* GER. *cap* i *endus, a, um*

[Ita conjugantur (cum compositis) verba numeri **155**].

Ut *capior* tria deponentia in *ior* flectuntur: *gradior*, camino, *morior*, muero, *patior*, padezco, cum suis compositis. [Cf. *orior* et *potior*, n. **157**, 5.°, et *NB.* 2.]

VI. De verbo deponenti, semideponenti et communi

113 Verbum deponens (n. **101**, V) praeter formas passivas habet quattuor activas: gerundium, supinum, participium praesens et participium futurum (praeterea futurum imperf. subjunctivi et infinitivi). Gerundivum autem passive significat, ut *hortandus*, que ha de ser exhortado.

SCHEMA VERBORUM DEPONENTIUM

1.ª conjug.	**2.ª conjug.**	**3.ª conjug.**	**4.ª conjug.**
INDICATIVUS PRAESENS			
hortor, exhorto	*vereor*, recelo	*ūtor*, uso	*partior*, reparto
hortāris re, cet.	*verēris re*, cet.	*utĕris re*, cet.[1]	*partīris*, cet.
ut *amor*	ut *moneor*	ut *legor*	ut *audior*
PRAETERITUM IMPERFECTUM			
hortābar, exhortaba	*verēbar*, recelaba	*utēbar*, usaba	*partiēbar*, repartía
PRAETERITUM PERFECTUM			
hortātus, a, um, sum, exhorté	*verĭtus, a, um, sum*, recelé	*ūsus, a, um, sum*, usé	*partītus, a, um, sum* repartí, *etc.*
PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM			
hortatus eram	*veritus eram*	*usus eram*	*partitus eram*
FUTURUM IMPERFECTUM			
hortābor	*verēbor*	*utar*	*partiar*
FUTURUM PERFECTUM			
hortatus ero	*veritus ero*	*usus ero*	*partitus ero*
SUBJUNCTIVUS PRAESENS			
horter	*verear*	*utar*	*partiar*

[1] In nonnullis edd. *sequontur*, in tertia.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
	PRAETERITUM IMPERFECTUM		
hortārer	*verērer*	*utĕrer*	*partīrer*
	PRAETERITUM PERFECTUM		
hortatus sim	*veritus sim*	*usus sim*	*partitus sim*
	PRAETERITUM PLUSQUAMPERFECTUM		
hortatus essem	*veritus essem*	*usus essem*	*partitus essem*
	FUTURUM IMPERFECTUM		
hortaturus sim	*veriturus sim*	*usurus sim*	*partiturus sim*
	FUTURUM PERFECTUM		
hortatus sim	*veritus sim*	*usus sim*	*partitus sim*
	IMPERATIVUS PRAESENS		
S. *hortāre*	*verēre*	*utĕre*	*partīre*
P. *hortāminī*	*verēminī*	*utiminī*	*partīminī*
	FUTURUM		
S. *(hortātor* (tu, ille)	*verētor*	*utĭtor*	*partītor*
P. *hortantor*	*verentor*	*utuntor*	*partiuntor)*
	INFINITIVUS PRAESENS		
hortāri, exhortar	*verēri*	*uti*	*partīri*
	PRAETERITUM		
hortatus, a, um esse	*veritus, a, um, esse*	*usus, a, um esse*	*partitus, a, um esse*
hortatum, am, um esse, cet., haber e.	*veritum, am, um esse*, cet.	*usum, am, um esse*, cet.	*partitum, am, um esse*, cet.
	FUTURUM		
hortaturus, a, um, esse, cet., haber de exhortar	*veriturus, a, um esse*, cet.	*usurus, a, um esse*, cet.	*partiturus, a, um esse*, cet.

1.ª conjug.	2.ª conjug.	3.ª conjug.	4.ª conjug.
	SUPINUM		
hortātum, a exhortar	*veritum*	*usum*	*partītum*
hortatū, de exhortar, cf. n. **356**, II.	*veritū*	*usū*	*partitū*
	GERUNDIUM		
hortandi, de exhortar, cet.	*verendi*, cet.	*utendi*, cet.	*partiendi*, cet.
	GERUNDIVUM		
hortandus, a, um, que debe ser e.	*verendus, a, um*	*utendus, a, um*	*partiendus, a, um*
	PARTICIPIUM PRAESENS		
hortans, que exhorta, que exhortaba	*verens*	*utens*	*partiens*
	PRAETERITUM		
hortātus, a, um, que exhortó, que había exhortado	*veritus, a, um*	*usus, a, um*	*partītus, a, um*
	FUTURUM		
hortatūrus, a, um, que exhortará	*veritūrus, a, um*	*usūrus, a, um*	*partitūrus a, um*

[Sic flectuntur transitiva: *comitari*, acompañar, *imitari*, *conari*, esforzarse, *gratulari*, dar el parabién, *interpretari*, interpretar, *meditari*, considerar, *percontari*, preguntar, *populari*, devastar, *sōlari*, consolar, *testari*, atestiguar, poner por testigo, *polliceri*, prometer, *largiri*, dar largamente, *moliri*, maquinar, *sortiri*, sacar en suerte.

Intransitiva: *insidiari*, armar celadas, *jocari*, gracejar, *laetari*, alegrarse, *opitulari*, socorrer, *vagari*, vaguear, *blandiri*, halagar, lisonjear, *mentiri*, mentir.]

NB. 1. Intransitiva *fruor*, gozo, *fungor*, desempeño (un cargo), *potior*, me apodero de, *utor* faciunt *fruendus*, *fungendus*, *potiundus (potiendus)* et *utendus*, quia aliquando fuerunt transitiva. [Inveniuntur

raro *dolendus* a *doleo*, siento dolor, *gloriandus* a *glorior*, me glorío, *medendus* a *medeor*, curo, *vescendus* a *vescor*, me alimento.

NB. 2. Imperativum futuri, quod fere deest transitivis passivis, rarum est in deponentibus, *r* tertiae personae omisso nonnunquam, ut *hortato*, *hortanto*, pro *hortator*, *hortantor*. Cf. n. **120**, VIII.

NB. 3. Aliqua verba quae arbitrantur deponentia sunt passiva activorum, quae tamen usurpantur significatione nonnihil immutata, ut *pascor*, pasto = pazco, activum *pasco*, apaciento, pastoreo.

NB. 4. Sunt pauca verba quae sensu eodem usurpantur tanquam activa et deponentia, v. g. *luxurio* et *luxurior*, *mereo* et *mereor*, *assentio*, *faenero*, *ludifico* minus saepe quam *assentior*, cet.; *communico*, *comperio*, *elucubro*, *punio* saepius quam *communicor*, cet.]

114 Quattuor verba dicuntur semideponentia, quod in temporibus actionis perfectae (n. **102**, II) flectuntur ut deponentia:

audeo, oso, me atrevo,	*ausus sum*
gaudeo, me alegro,	*gavīsus sum*
soleo, acostumbro,	*solitus sum* (perraro *solui*)
fīdo (ĕre), confío	*fīsus sum*, cum compositis *confīdo*, cet.; perraro *fīdi*.

[*NB.* Pro *placuit* a *placeo*, agrado, dicitur etiam *placitus est*.]

115 Quaedam verba communia dicuntur; ea vero sunt deponentia quae active simul et passive significant, praesertim in participio praeterito iisque compositis quae ejus adminiculo supplentur, ut *complector*, abrazo (soy abrazado), *complexus sum*, abracé, fui abrazado; quod sic declinatur extra modum finitum:

INFINITUS

PRAES. COMMUNE		*complecti*, abrazar (ser abrazado).
PRAET. COMMUNE		*complexum, am, um esse*, haber abrazado, h. sido a.
FUT. ACTIVUM		*complexurum, am, um esse*, haber de abrazar.
FUT. PASSIVUM		*complexum iri*, haber de ser abrazado.
SUP.	ACC.	*complexum*, a abrazar.
	ABL.	*complexu*, de abrazar, i. e., de ser abrazado.

GERUND. *complectendi*, de abrazar, cet.

GERUNDIV. *complectendus, a, um*, que ha de ser abrazado.

PART. PRAES. *complectens*, que abraza, que abrazaba.

PRAET. COMMUNE *complexus, a, um*, que abrazó, que había a., que fué abrazado, que había sido a.

FUT. *complexurus, a, um*, que abrazará, que ha de abrazar.

[Sic apud Ciceronem *adulari*, lisonjear, adular, ser lisonjeado, ser adulado, *aspernari*, desdeñar, ser desdeñado, *arbitrari*, juzgar, ser juzgado como, ser tenido por, *criminari*, acusar, ser acusado, *dignari*, dignarse, ser juzgado digno, *dimetiri*, medir, ser medido, *dominari*, dominar, ser dominado.

Deponentium vero et communium participia praeteriti quae saepe apud optimos scriptores passivam habent significationem, haec maxime sunt: *abominatus, adeptus, auspicatus, amplexus, comitatus, commentus, commentatus, complexus, confessus, contestatus, despicatus, detestatus, eblanditus, elucubratus, ementitus, expertus (inexpertus), fabricatus, interpretatus, ludificatus, meditatus, praemeditatus, mensus, dimensus, meritus, metatus, dimetatus, moderatus, opinatus, necopinatus, pactus, partitus, perfunctus, periclitatus, populatus, depopulatus, stipulatus, testatus, ultus, inultus* cum nonnullis aliis apud poëtas et posteriores, v. g. *oblitus. (Cenatus*, cenado=que cenó, *potus*, cet. v. in praeteritis et supinis.)

Omnes intellegant quam manifestam, quam CONFESSAM *rem pecunia redimere conetur.* Cic. *Verr.* 3, 56, 130. *Illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum* COMITATUS *exierit.* Id. *Cat.* 2, 2, 4. *Bubo funebris et maxime* ABOMINATUS *deserta incolit.* Plin. *N. H.* 10, 11 (16), 34. *Nunc* OBLITA *mihi tot carmina.* Verg. *B.* 9, 53. [1]]

VII. De syncopa in temporibus perfectis

116 In praeteritis perfectis in *āvi* et *ēvi* atque in temporibus inde deductis, ante litteras *s* et *r*, syllabae *vi ve* eleganter nonnunquam resecantur, sc. *vi* ante *s*, *ve* ante *r*. [Item in praeteritis *movi* et *novi*, a *moveo* et *nosco*, cum compositis. Dicitur proinde:]

1 Cf. Alv. n. 115.

amasti, amastis, amarunt pro *amavisti, amavistis, amaverunt*
[*amaram, as, at* pro *amaveram, as, at*
amarim, is, it pro *amaverim, is, it*
amassem, es, et pro *amavissem, es, et*
amasse pro *amavisse*
flestis pro *flevistis*
delēram pro *delēveram*
decrērim pro *decrēverim*
decresse pro *decrevisse*
nosti, nōram, nōrim, nosse, commosse.

NB. Tertia persona pluralis in *ere, amavere, implevere*, nunquam contrahitur in *amare, implere*. Dicitur etiam semper *nōvero*. [1]]

117 Praeteritorum in *īvi* littera *v* resecari potest ante *er* et *is;* cum autem *i* duplex concurrit, in oratione soluta fere contrahitur in *i* simplex, ut

audiērunt-ēre pro *audiverunt -ere*
arcessiērunt pro *arcessiverunt*
quaesierat pro *quaesiverat*
audisti pro *audivisti*
audissem pro *audivissem*
petisse poët. *petiisse.*

NB. 1. Apud poëtas invenitur *-iit* pro *-ivit*, v. g. *audiit* pro *audivit;* apud omnes *petiit* pro *petivit*, semper *desiit*, a *desino*. [*Petii* pro *petivi*, *petit* pro *petiit* sunt poëtarum. Cf. n. **131** et **517**, *NB* 1.]

NB. 2. Praeteritis in *si* aut *xi* prisci et poëtae detrahunt aliquando a) *is*, b) *iss* et c) *sis*, ut a) *scripsti* pro *scripsisti*, *dixti* pro *dixisti*, b) *exstinxem* pro *extinxissem*, c) *accestis* pro *accessistis*. [Similiter *surpuerat* pro *surripuerat*.

Huc refer *misti, promisti, justi, direxti, vixet, evasti, sensti, induxti, percusti, divisti, surrexe* pro *misisti, promisisti, jussisti, direxisti, vixisset, evasisti, sensisti, induxisti, percussisti, divisisti, surrexisse* et ejusmodi alia. Sic illa extra praeteritum *porgite, surpite*, i. e. *porrigite, surripite* et similia.]

1 Priscianus, l. x. p. 885, *admonet hanc verborum imminutionem locum non habere in verbis, quibus inest* v *littera, ut* lavo, faveo, moveo, solvo, volvo; *nec enim* lasti, fasti, mosti, solsti, *patitur Latini sermonis munditia, pro* lavasti, favisti, *etc.* Alv. n. 29. At animadverte *commosse*.

VIII. De aliis nonnullis in conjugatione animadvertendis et praesertim de archaismo

118 I. *Fuere, scripsere* et id genus alia ab scriptoribus pro *fuerunt scripserunt* usurpata raro Cicero adhibet. [1]

II. Contra frequens apud ipsum est positio *re* pro *ris* in voce passiva, praesente indicativi excepto, ubi apud omnes rara est, nisi in deponentibus, quorum tamen in quarta rarissima est.

III. *Dico, duco, fero* eorumque composita amiserunt *e* in secunda persona singulari imperativi *dic, duc, fer, praedic, deduc, refer.* Item *facio* ejusque composita quae *a* simplicis servant, n. **155**, ut *fac, calefac.* [Composita vero ex *facio,* si *a* in *i* mutant, *e* servant, ut *confice, perfice.*

NB. Face, duce, dice cum compositis sunt veterum et poëtarum propria, raro tamen ab his usurpata. *Tu, Voluse, armari Volscorum* EDICE *maniplos.* Verg. *Aen.* 11, 463; tú, V., manda que las compañías de los V. se armen.] Pro *sci* insolenti adhibetur *scito;* pro *scite,* quod rarum est, *scitote.*

119 [Ex nonnullis verbis, plerumque intransitivis, efficitur quoddam quasi participium praesentis, addito radicali suffixo *bundus, a, um,* in tertia conjugatione *ibundus,* e. c. *contionābundus,* que arenga, a *contionari, deliberabundus* a *deliberare, furĭbundus* a *furere, morĭbundus* a *mori (fremĕbundus, tremĕbundus,* cum *e,* a *fremĕre, tremĕre); pudibundus* a *pudet.* Raro participium in *bundus* accusativum habet: *Vitabundus castra.* Liv. 25, 13, 4, evitando el campamento.

120 I. Tertiae quartaeque conjugationis gerundia et gerundiva in *undus, undi* exeunt apud veteres maxime. *In prologis* SCRIBUNDIS *operam abutitur.* Ter. *And. prol.* 5; «en el escrebir de los prólogos emplea su trabajo.» Abril. [*Hunc lubido maxuma invaserat reipublicae* CAPIUNDAE. Sall. *C.* 5, 6; habíase apoderado de éste un grandísimo deseo de arrebatar el gobierno de la r. EXPERIUNDUM *est.* Liv. 6, 26; hay que experimentar.

1 *Nec vero reprehenderim* SCRIPSERE ALII REM; *et* SCRIPSERUNT *esse verius sentio.* Cic. *Or.* 47.

Hinc apud jurisconsultos qui veterum edicta legesque interpretati sunt, exstant in pandectis tituli: *Communi* DIVIDUNDO, para repartir el común; *ad legem Juliam de* REPETUNDIS, sobre el cohecho o el peculado; *familiae* HERCISCUNDAE, i. e. *rei hereditariae dividendae*. Quas veterum loquendi formulas Cicero aliique scriptores nunquam sibi putarunt immutandas.]

II. Imperfectum quartae conjugationis saepe *e* littera imminutum a veteribus et poëtis usurpatur. *Auro* INSIGNIBAT. Verg. *Aen.* 7, 790. *Tum mihi prima genas* VESTIBAT *flore juventa*. Id. *Aen.* 8, 160.

[III. Futurum ejusdem quartae in *ibo* usurpant poëtae, praesertim comici. *Nemo ex me* SCIBIT. Ter. *Phorm.* 765 [5, 1, 38].

IV. Futurum perfectum primae conjugationis apud priscos in *asso*, secundae in *esso*, tertiae in *so* aut *xo* terminabatur, ut *levasso*, habré aligerado, h. aliviado; *prohibesso*, habré prohibido; *capso*, habré tomado; *axo* ab *agĕre*. [1]

V. Ex hoc futuro efficitur conjunctivi futurum in *im*, ut *levassim*, *prohibessim*, quod non raro significationem habet praesentis; v. g. apud Ciceronem, *Leg.* 2, 8, 19: *Separatim nemo* HABESSIT *deos*.

Huc pertinent verba quae sequuntur:

1.[m] *Ausim*, *ausis*, *ausit*, *ausint*, pro *audeam* vel *ausus sim*, in dubitando. *Nec satis scio, nec si sciam, dicere* AUSIM. Liv. *praef.* 1; ni si lo supiese, me atrevería a decirlo: cf. n. **318**, II.

2.° *Auxim*, *auxis*, cet. pro *augeam*, *augeas*. *Ea vos omnia bene juvetis: bonis auctibus* AUXITIS. Liv. 29, 27.

3.° *Axim*, *axis*, *axit* pro *egerim* vel *agam*, priscum omnino est.

4.° *Faxim*, *faxis*, *faxit*, *faximus*, *faxitis*, *faxint*, pro *faciam*, *facias*, *cet.*, in optando; sic dicitur: FAXIT *Deus!*

VI. Praesens subjunctivi in *im* exibat, ut *creduim*, *creduis*, *creduit*, *creduint*. Invenitur maxime *edim* pro *edam*, *duim* pro *dem*, *perduim* pro *perdam*, v. g. *Di te* PERDUINT. [2]

VII. Praesens infinitivi passivi et deponentis in *ier* exit aliquando apud priscos et poëtas, ut *amarier*, *patier*.

VIII Invenitur etiam praesertim apud veteres positio *mĭno*, in tertia conjugatione *imĭno*, secundae et tertiae personae imperativi futuri passivi, v. g. *praefaminō*, a deponenti *praefari*, *progredimino* a *progredior*. *Ii consules* APPELLAMINO pro *appellentur* apud Cic. *Leg.*

1 *Jusso* pro *jussero* apud Verg. *Aen.* 11, 467; *faxo* pro *fecero* apud poëtas. Passive *turbassitur*, cet. Cf. NEUE-WAG. 3, 507 sqq.

2 Cf. *sim*, *velim*, *nolim*, *malim*, quae propria sunt optativi.

3, 3, 8 (Teubner; Lemaire legebat *appellantor*). Cf. n. 113, *NB.* 2. Ceterum imperativus passivus est fere insolens.

IX. A futuro in *asso* formabant veteres futurum infiniti *assere*, ut *expugnassere*, *impetrassere*. *Credo te facile* IMPETRASSERE. Plaut. *Mil.* 1128 [4, 3, 35].

X. Nota has contractiones cum particula *si: sis*, pro *si vis; sultis*, pro *si vultis; sōdes*, pro *si audes;* [1] *capsīs*, pro *cape, si vis. In uno* CAPSIS *tria verba sunt.* Cic. *Or.* 45, 154.]

IX. CONJUGATIO PERIPHRASTICA

121 Dicitur conjugatio periphrastica ea quae efficitur ex participio in *urus* aut ex gerundivo in *ndus* et verbo *sum*.

Amaturus sum significat «tengo intención de amar»; «he resuelto amar»; «estoy a punto de amar, voy a amar»; raro «he de amar». [2]

Amandus sum significat «he de ser amado, debo ser amado».

Amandum est, impersonaliter, «hay que amar, se debe amar»; *amandum est mihi* (se ha de amar por mí), debo amar.

[Igitur participium futuri activi cum verbo *sum* id exprimit quod in eo est ut eveniat, vel animi decretum, voluntatem, propositum, intentionem. Gerundivum autem et participiale in *ndum* necessitatem et officium potius quam futurum tempus adsignificant.]

	INDICATIVUS		SUBJUNCTIVUS	
PRAES.	*amaturus sum, es,* cet.	*monendus sum, es,* cet.	*amaturus sim.* [3]	*monendus sim.*
P. IMP.	*amaturus eram.*	*monendus eram.*	*amaturus essem.*	*monendus essem.*

1 Pro *si audies* (?) Cf. JANSS., n. 105 et FREUND-THEIL, *Vocabular.*, si puedes, si sabes, si quieres, si me quieres creer, si te parece. V. Cic. *Or.* 45, 154.

2 «He de amar, debo amar» Latine dicitur fere per passivam *amandum mihi est*, aliquando per verbum *debeo (amare)*.

3 Cf. p. 103, *adn.* in ima pag.

P. PERF.	*amaturus fui.*	*monendus fui.*	*amaturus fuerim.*	*monendus fuerim.*
P. PL.	*amaturus fueram.*	*monendus fueram.*	*amaturus fuissem.*	*monendus fuissem.*
F. IMP.	*amaturus ero.*	*monendus ero.*		
F. PERF.	*(amaturus fuero.)*	*(monendus fuero.)*		

INFINITIVUS

amaturum esse, tener intención de amar. [1]
amaturum fuisse, haber tenido intención de amar.
amaturum fore, haber de tener intención de amar. [2]

(me) *monendum esse*, que yo (tú, él) he de ser (había de ser) avisado.
(te) *monendum fuisse*, que hubiste (habías habido) de ser avisado.
(eum) *monendum fore*, que él habrá de ser avisado.

Pugnandum est

	INDICATIVUS	SUBJUNCTIVUS	INFINITIVUS
PRAES.	*pugnandum est*, se ha de combatir.	*pugnandum sit*, se haya de combatir.	*pugnandum esse*, que se ha (había, haya, hubiera *o* hubiese) de combatir.
P. IMP.	*pugnandum erat*, se había de combatir.	*pugnandum esset*, se hubiera etc. de combatir.	
P. PERF.	*pugnandum fuit*, se hubo de combatir.	*pugnandum fuerit*, se haya de haber combatido.	*pugnandum fuisse*, que se hubo (había habido, haya habido, hubiera *o* hubiese habido) de c.
P. PL.	*pugnandum fuerat*, se había de haber combatido.	*pugnandum fuisset*, se hubiera etc. de haber c.	
F. IMP.	*pugnandum erit*, se habrá de combatir.	(deest)	*pugnandum fore*, que se habrá (habría) de c.

F. PERF. *(pugnandum fuerit*, se habrá de haber combatido.)

122 [SIC: *scripturus sum litteras*, estoy a punto de escribir una carta; *scripturus eras litteras*, ibas a escribir una carta; *scripturus fuit litteras*, tuvo intención de escribir una carta;

1 Cf. futurum infin. vocis activae conjug. regularis.
2 V. n. 349, III, *adn.* in ima pag.

scripturi fueramus litteras, habíamos estado a punto de e. u. c.; *scripturi eritis*, estaréis dispuestos para...; *scripturi fueritis*, habréis tenido intención de, habréis estado a punto de, etc.— *Deus laudandus est*, Dios debe ser alabado; *Deus laudandus erat (mihi, tibi, illi*, cet., cum dativo), Dios debía ser bendecido (por mí, por ti, por él, etc.); vel active: «Yo había de alabar a Dios, tú debías» etc.—*Mihi non fuit loquendum*, no debí hablar, no hube de hablar, no hube de haber hablado; *nobis non fuerat loquendum*, no debíamos haber hablado, cet.

(Apes) cum jam EVOLATURAE SUNT, *consonant vehementer*. Varr. *R.R.* 3, 16, 30; cuando están para volar, zumban estrepitosamente. *Bellum* SCRIPTURUS SUM, *quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum gessit*. Sall. *J.* 5, 1; voy a escribir. *Facite quod vobis libet;* DATURUS *non* SUM *amplius*. Cic. *Verr.* 2, 29, 70; no estoy para dar más, no estoy dispuesto a dar más. *Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam* FUTURUS SUM? Id. *C. M.* 19, 67; si no he de ser? — *(Clodius) eo die Romam* VENTURUS ERAT. Id. *Mil.* 10, 28; tenía intención de ir a R. *Regium* HABITURI *perpetuam sedem erant*. Liv. 28, 28, 6; tenían intención de tomar, querían t., a R. por morada. — *Vos cum Mandonio et Indibili consilia communicastis et arma* CONSOCIATURI FUISTIS. Liv. 28, 28, 5; determinasteis unir vuestras armas con las suyas. — *(Aemilius Paulus) inchoatas in vestibulo columnas, quibus* IMPOSITURI *statuas regis Persei* FUERANT, *suis statuis victor destinavit*. Id. 45, 27; en que habían determinado colocar, en que debían c. — *Oportet... eorum apud quos aliquid (orator) aget aut* ERIT ACTURUS, *mentes sensusque degustet*. Cic. *de Or.* 1, 52, 223; tantee el modo de pensar y de sentir de aquellos delante de los cuales estuviere (está) hablando o para hablar. *Attentos faciemus (auditores), si demonstrabimus ea quae* DICTURI ERIMUS *magna, nova, incredibilia esse*. Id. *Inv.* 1, 16, 23; si demostráremos que lo que vamos a decir, que lo que luego diremos. *Haec qui prospexerint, non eos in deorum immortalium numero* VENERANDOS *a nobis et* COLENDOS *putatis?* Cic., *Agrar.*, 2, 35, 95: *Quo tua major dignitas, eo quae tibi acciderunt minus* FERENDA. Id. *Fam.* 12, 23, 1; «cuanto mayor es tu dignidad, tanto menos se debe sufrir lo que a ti te ha sucedido.» Abril. *Quam* (meam domum) *senatus unam... ex aerario* AEDIFICANDAM *a pontificibus* LIBERANDAM, *a magistratibus* DEFENDENDAM, *a judicibus* PUNIENDAM *putaret;* id est, putaret aedificari debere aut oportere, aut dignam esse, quae aedificaretur. Id. *Har. r.* 8, 16.]

APPENDIX

PRAECEPTA MAGIS GENERALIA DE CONSTRUCTIONE, DE ORATIONE SUBJUNCTIVA CUM PARTICULA *CUM* DEQUE PARTICIPIIS

123 I. Verbum personale finiti modi cum subjecto cohaeret numero et persona; subjectum autem in nominativo ponitur. *Valent pueri, studiose discunt, diligenter docentur; et nos et inter se amant.* Cic. *Q. fr.* 3, 3, 1. Cf. n. **22**, I.

NB. Nominativi *ego, tu, nos, vos* saepissime desiderantur, ut *vale, valete.* [*Laudor*, soy alabado, *se me alaba, me alaban, laudaris*, eres alabado, *se te alaba, te alaban*, n. **183**, At: *ego lugeo, tu rides*, n. **403**, I.]

II. Subjectum infiniti modi in accusativo ponitur. HUNC *quidem* NIMBUM *cito* TRANSISSE *laetor*. Cic. *Att.* 15, 9, 2; me alegro a fe mía de que haya pasado pronto esta tormenta.

[*NB.* Nos saepissime praeposita particula *que* subjectum infiniti reddimus; ipsum autem infinitum per indicativum aut subjunctivum, ut sensus fert. *Certi sumus* PERISSE OMNIA. Cic. *Att.* 2, 19, 5; sabemos de cierto *que* todo se *perdió*. *Omnes labores* TE EXCIPERE *video*. Id. *Fam.* 14, 2, 3; veo *que tomas* todos los trabajos.

Sic: *Malo* TE *doctum* ESSE *quam opulentum;* antes quiero *que seas*. *Cupio* TE *litteris operam* DARE; deseo *que* te *apliques* al estudio de

las letras; *gaudeo* TE *bene* VALERE; *doleo* PARENTES *tuos* AEGROTARE; *laetor* FRATREM *tuum salvum et incolumem* VENISSE. *Praeclarum est* ME, TE, ILLUM, NOS, VOS, ILLOS, *pro Deo O. M. vitam* PROFUNDERE. *Antonius* SE LAUDARI *existimat;* A. piensa que es alabado, que se le alaba, que le alaban. *Antonius* ILLUM LAUDARI *existimat;* A. piensa que aquél es alabado, que se alaba a aquél, que alaban a aquél. Cf. n. **106**.]

III. Verbum transitivum post se accusandi casum postulat, ut *Pueri ingenui amant* LITTERAS; los niños bien nacidos tienen afición a la literatura. *Frater tuus legit* CICERONEM *diligenter*. Cf. n. **22**, IV.

IV. Cum activa passivis permutantur, accusativus in nominativum migrat, nominativus in ablativum cum praepositione *ab*, si est rei animatae; fere sine praepositione, si est inanimae; ut *legi librum tuum*, passive: *liber tuus lectus est* A ME. *Litterae amantur* A PUERIS *ingenuis: Cicero legitur* A FRATRE *tuo diligenter.—Divina providentia mundum regit*, passive: DIVINA PROVIDENTIA *mundus regitur*. Cf. n. **211**, II.

NB. Verba intransitiva passive redduntur impersonaliter, i. e. per tertiam personam singularis sine nominativo, ut: *Milites pugnant*, passive: PUGNATUR *a militibus*.

V. Nomina adjectiva, pronomina et participia cohaerent cum suis substantivis genere, numero et casu, etiam verbo intercedente. PARVA *saepe scintilla* CONTEMPTA MAGNUM *excitavit incendium*. Curt. 6, 3, 11. — *Erat hiems* SUMMA, *tempestas* PERFRIGIDA, *imber* MAXIMUS. Cic. *Verr.* 4, 40, 86; el invierno era sumamente riguroso, la temperatura frigidísima, la lluvia muy grande.

VI. Relativum *qui, quae, quod* cohaeret cum antecedente in genere et numero. NIHIL *est* QUOD *tam miseros faciat quam impietas et scelus*. Cic. *Fin*, 4, 24, 66.

[Sic: *Non est dicendus puer ingenuus,* QUI *verecundiam non amat: accepi tuas litteras,* QUAE *mihi jucundissimae fuerunt: legi tuum epigramma,* QUOD *mihi mirandum in modum placuit. Puer* QUEM *vidi,* el niño que vi; *pueri* QUOS *vidisti,* los niños que viste. *Urbes* QUAS *vidimus, pulchrae sunt;* las ciudades que vimos, son hermosas. *Amicus* CUJUS *auxilio servatus eram, mortuus est;* el amigo con cuyo auxilio, o con el auxilio del cual, yo me había salvado, murió. *Amici* QUORUM *auxilio servaris, absunt;* los amigos con cuyo a.—]

VII. Verbum personale finiti modi potest utrimque habere nominativum pertinentem ad eandem rem, ut VERECUNDIA *est maximum* ORNAMENTUM *pueritiae;* HIC *vocatur* PAULUS; ILLE *vivit* MISERRIMUS; BONI *moriuntur* LAETI.

[*Adn.* Quae sint haec verba vide n. **205**.

NB. Quotiescumque duo nomina ejusdem orationis ad eandem rem personamve referuntur casu cohaerent inter se. DELICIAE *tuae noster* AESOPUS *vēnit.* DELICIAS *tuas, nostrum* AESOPUM *salutavi. Quo* TIBI *fieri* TRIBUNO? Hor. *S.* 1, 6, 25; ¿de qué te sirve el ser hecho (nombrado) tribuno?]

124 VIII. Nomen substantivum quod ab altero regitur est genitivi casus, ut *libertus* POMPEJI, *epistula* CICERONIS, *carmen* VERGILII. Cf. n. **238**.

IX. Verba et adjectiva dativum habere possunt ejus rei in cujus commodum vel incommodum aliquid fit vel redundat, ut *laboras* ALIIS, MIHI SOLI *es otiosus; Catilina fuit perniciosus* REIPUBLICAE; *senes non* SIBI, *sed* FILIIS *aut* NEPOTIBUS *arbores serunt.* Cf. n. **238**.

X. Temporis continuatio (la duración), item dimensio sive mensura fere in accusativo ponuntur, ut *pater tuus vixit quinquaginta* ANNOS, raro *quinquaginta* ANNIS; – *ager longus* PEDES *mille* DUCENTOS, *latus* PEDES *centum viginti.* Cf. nn. **229** et **232**.

XI. Si quaestio (la pregunta) fit per quando, tem-

pus ablativo effertur, ut *negotium magistratibus est datum* ANNO SUPERIORE.

XII. Cuicumque verbo potest addi ablativus significans:

1.m Instrumentum (instrumento), ut *scribere* CALAMO, *ferire* GLADIO: (medio) ut *teneo lupum* AURIBUS, tengo al lobo sujeto por las orejas, asiéndole de las o.

2.° Vel causam, ut *tabesco* DOLORE, me consumo de dolor; VESTRA CULPA *haec acciderunt.*

3.° Vel partem, ut OCULIS et AURIBUS *captus,* ciego y sordo.

4.° Vel pretium definitum (determinado), ut *emi librum* DECEM DENARIIS, compré el libro por diez denarios.

XIII. Supina, gerundia et participia postulant post se casus verborum a quibus oriuntur, ut *scribo* LITTERAS: *eo scriptum* LITTERAS, me voy a escribir una carta; *tempus est scribendi* LITTERAS: [*scribentem* LITTERAS *te vidi; sum scripturus* LITTERAS, voy a escribir, estoy a punto de e.; *litterae* A TE *scriptae. Litterae* TIBI *scribendae*, n. **279**, III.]

125 XIV. Nos gerundiis saepissime utimur, cum subjunctivum cui praeponitur particula *cum* interpretamur, e. c. CUM SIS *vir bonus, neminem esse improbum suspicaris,* siendo (tú) bueno, no sospechas que alguien sea malo; de nadie sospechas que sea m.

NB. Tempori praesenti atque imperfecto subjunctivi respondet gerundium praesens; praeterito perfecto et plusquamperfecto gerundium praeteritum. CUM *te* DILIGAM, *me aversari non debes; apreciándote* yo, no me has de tener aversión. *Me aversari non debebas*, aut *debuisti*, CUM *te* DILIGEREM; no debías, etc. — *Nunquam ad me scribis*, CUM *ad te saepissime litteras* DEDERIM; nunca me escribes, *habiéndote* yo *enviado* cartas muchísimas veces. *Nunquam ad me scripsisti*, CUM *ad te saepissime litteras* DEDISSEM; nunca me escribiste, etc.

[*Adn.* Ex allatis igitur exemplis fit illustre quomodo nostra gerundia temporibus conjunctivi Latini respondere soleant. Nam si ver-

bum quod gerundio conjungitur est temporis praesentis aut futuri, gerundium simplex (vulgo in *ando)* respondet praesenti subjunctivi; si verbum est temporis praeteriti, gerundium simplex respondet imperfecto, v. g. Apreciándote yo, no me *debes* o *deberás* tener aversión: *cum te* DILIGAM, *me aversari non* DEBES aut DEBEBIS. Apreciándote yo, no *debías* o *debiste*, etc., tenerme aversión: *cum te* DILIGEREM, *me aversari non* DEBEBAS aut DEBUISTI, cet.

Gerundium vero compositum (vulgo *habiendo)* respondet praeterito perfecto subjunctivi, si verbum est praesentis aut futuri; respondet plusquamperfecto, si verbum est praeteriti, v. g. Nunca me *escribes* o *escribirás*, habiéndote yo escrito muchísimas veces: *nunquam ad me* SCRIBIS aut SCRIBES, *cum ad te saepissime litteras* DEDERIM. Nunca me *escribías* o *escribiste*, etc., habiéndote yo escrito muchísimas veces: *nunquam ad me* SCRIBEBAS aut SCRIPSISTI, cet., *cum ad te saepissime litteras* DEDISSEM. [1]

Nota indicativum in his et similibus orationibus temporalibus: «En poniéndose el sol, iremos a paseo», i. e. «cuando el sol se ponga» o «se pusiere». *Cum sol* OCCIDET, *abibimus deambulatum;* minime *cum occidat*, recte tamen *cum occiderit* in fut. perf. ind. *Cum* VENIES, *colloquemur*. Cf. n. **303**, IV, *NB*.

Si gerundium significat instrumentum aut modum, Latine effertur ablativo gerundii: n. **360**.]

126 XV. Participia et gerundiva respondent orationi maxime relativae, et subjunctivae adjecta particula *cum*.

I. Participium praesens respondet praesenti et imperfecto in hunc modum:

1 Alia etiam ratione huic, opinor, praeponenda tempus Latinum gerundio Hispano respondens dinosci poterit; si sc. gerundium explicatur ope subjunctivi aut indicativi et particulae quam sensus requiret; v. g. *¿Te atreves a decir eso,* SIENDO *persona noble?* i. e., COMO SEAS *noble,* SIENDO ASÍ QUE ERES *noble? Audes ista dicere,* CUM SIS *vir nobilis?* HABIENDO DETERMINADO *escribirte y* HABIENDO TOMADO *la pluma, Batonio se vino directamente del buque a mí;* i. e., COMO *yo* HUBIESE DETERMINADO *escribirte y* HUBIESE TOMADO *la pluma,* etc. CUM INSTITUISSEM *ad te scribere calamumque* SUMPSISSEM, *Batonius e navi recta ad me venit.* Cic. *Att.* 6, 8, 1. HABIENDO *yo* TRABAJADO *largo tiempo, con gusto descansaría, si se me permitiera;* i. e., COMO QUIERA QUE HAYA *trabajado,* etc. CUM *diu* LABORAVERIM, *libenter* QUIESCEREM, *si mihi potestas fieret.* Sed haec tironibus dicta sint, quae accuratius et scrupulosius tractata vide in Synt.

Dux hostes VINCENS= { QUI *hostes* VINCIT, / QUI *hostes* VINCEBAT, / CUM *hostes* VINCAT, / CUM *hostes* VINCERET.

II. Participium praeteritum respondet perfecto et plusquamperfecto ita:

Hostes a duce VICTI= { QUI *a duce* VICTI SUNT, vel in activa QUOS *dux* VICIT, / QUI *a duce* VICTI ERANT, vel QUOS *dux* VICERAT, / CUM *a duce* VICTI SINT vel VICTI ESSENT.

III. Participium futurum respondet futuro imperfecto, atque praesenti et imperfecto conjugationis periphrasticae vocis activae:

Dux hostes VICTURUS= { QUI *hostes* VINCET, QUI *hostes* VICTURUS EST vel ERAT, / CUM *hostes* VICTURUS SIT vel ESSET.

IV. Gerundivum respondet praesenti et imperfecto conjugationis passivae periphrasticae:

Hostes a duce VINCENDI= { QUI *a duce* VINCENDI SUNT, vel in activa QUOS *dux* DEBET VINCERE, [1] / QUI *a duce* VINCENDI ERANT, vel QUOS *dux* DEBEBAT VINCERE, / CUM *a duce* VINCENDI SINT vel ESSENT.

Cf. n. **364** seqq. [2]

1 Los enemigos *que serán vencidos* dicitur *hostes* QUI VINCENTUR, non autem *vincendi:* cf. n. **121**, cet.

2 Ablativum absolutum vide in n. **297**.

CAPUT. IX. DE VERBIS ANOMALIS, DEFECTIVIS, IMPERSONALIBUS

I. Verba anomala

127 Anomala verba dicuntur quae aberrant a recta norma quattuor conjugationum in praesente et temporibus inde deductis. Sunt ea, praeter verbum *sum*, *possum*, puedo, *fero*, llevo, *edo*, como, *volo*, quiero, cum compositis *nolo*, no quiero, et *malo*, quiero más; *eo*, voy, *queo*, puedo, ejusque compositum *nequeo*, no puedo; *fio*, soy hecho, me hago.

Possum, compositum verbi *sum*, sic conjugatur:

	INDICATIVUS		SUBJUNCTIVUS	
PRAES.	*possum*	*possŭmus*	*possim*	*possīmus*
	potes	*potestis*	*possis*	*possītis*
	potest	*possunt.*	*possit*	*possint.*
P. IMP.	*potĕram*	*poteramus*	*possem*	*possemus*
	poteras	*poteratis*	*posses*	*possetis*
	poterat	*poterant.*	*posset*	*possent.*
P. PERF.	*potŭi,*	*potuisti...*	*potuĕrim,*	*potueris...*
P. PLUSQ.	*potuĕram,*	*potueras...*	*potuissem,*	*potuisses...*
F. IMP.	*potĕro,*	*poteris...*	(deest)	
F. PERF.	*potuĕro,*	*potueris...*	*potuerim,*	*potueris...*

INFINITIVUS

PRAES. *posse*, poder. PERF. *potuisse*, haber podido.

NB. *Possum* caret imperativo: *potens*, n. **105**.[1]

[1] In prisco sermone familiari *pote* pro *potest* dicebatur. Item dicebatur a priscis *possiem, possies, possiet*, pro *possim*, cet., *potessem, potesse* pro *possem, posse. Nihil* POTESSE. Ter. *Eun.* 666 [4, 3, 24]. Quibus passiva erat *potestur, poteratur, possetur.*

Possum coalescit ex *pŏtis, e*, et *sum: pote es=potes, pote est=potest*, unde *possum* pro * *potsum* a * *pot (e) sum*, cet. *Potui* praeteritum est (?) a * *potēre*. Apud veteres et poëtas reperitur *potis es, potis est, potis sunt*, pro *potes, potest, possunt.*

128 I. **Fero**, verbum anomalum tertiae declinationis, sic conjugatur:

INDICATIVUS

	VOX ACTIVA		VOX PASSIVA	
PRAES.	*fero*	*ferimus*	*feror*	*ferimur*
	fers	*fertis*	*ferris*	*ferimini*
	fert	*ferunt.*	*fertur*	*feruntur.*
P. IMP.	*ferebam,*	*ferebas...*	*ferebar,*	*ferebaris* vel *ferebare...*
P. PERF.	*tuli,*	*tulisti...* [1]	*latus, a, um sum...*	
P. PLUSQ.	*tuleram,*	*tuleras...*	*latus, a, um eram...*	
F. IMP.	*feram,*	*feres...*	*ferar,*	*fereris* vel *ferere...*
F. PERF.	*tulero,*	*tuleris...*	*latus, a, um ero...*	

SUBJUNCTIVUS

PRAES.	*feram,*	*feras...*	*ferar,*	*feraris* vel *ferare...*
P. IMP.	*ferrem,*	*ferres...*	*ferrer,*	*ferreris* vel *ferrere...*
P. PERF.	*tulerim,*	*tuleris...*	*latus, a, um sim...*	
P. PLUSQ.	*tulissem,*	*tulisses...*	*latus, a, um essem...* cet.	

IMPERATIVUS

PRAES.	*fer,*	*ferte.*	FUT. *ferto,*	*fertote.*

INFINITIVUS

PRAES.	*ferre.*	*ferri.*	
PERF.	*tulisse.*	*latum, am, um esse.*	
FUT.	*laturum, am, um esse.*	*latum iri.*	
SUPINA	*latum.* [2]	*latu.*	
GERUND.	*ferendi, cet.*	GERUNDIV.	*ferendus, a, um.*
P. PRAES.	*ferens, entis.*	PART. PRAET.	*latus, a, um.*
PART. FUT.	*laturus, a, um.* [3]		

1 Apud comicos *tetuli*, cet. a radice *tul (tulo): Huc* TETULISSEM *pedem.* Ter. *Andr.* 808 [4, 5, 13]. Cf. DEECKE, *Erlaut.*, p. 278.

2 A radice *tla*, cf. τλάω.

3 Aberratio seu inaequalitas verbi *fero* enascitur ex defectu vocalis *i* ante *s* et *t*, ut *fers* pro *fer-is*, *fert* pro *fer-it*, item ex defectu vocalis *e* ante *r*, ut *ferre* pro *fer-ĕre;* hae autem formae dicuntur athematicae.

II. Composita verbi *fero* ad simplicis normam conjugantur, ut *antefero*, *praefero*.

Praepositiones vero *ab*, *ad*, *con*, *dis*, *ex*, *in*, *ob*, *re*, *sub* cum *fero* compositae mutationes patiuntur hujusmodi: cf. n. **167**.

au-fero (ab-fero)*, quito,	*abs-tŭli*,	*ab-latum*.
af-fero seu *ad-fero*, llevo,	*at-tuli (ad-tuli)*,	*al-latum*, *ad-latum*.
con-fero, confiero, comparo.	*con-tuli*,	*col-latum*, *con-latum*.
*dif-fero (*dis-fero)*, dilato,	*dis-tuli*,	*dī-latum*.
*ef-fero (ec-fero, * ex-fero)*,	*ex-tuli*,	*e-latum*, saco.
in-fero, llevo adentro,	*in-tuli*,	*il-latum*, *in-latum*.
of-fero (ob-fero), ofrezco,	*ob-tuli*,	*ob-latum*.
re-fero, refiero,	*ret-tuli (re-tuli)*,	*re-latum*.
*suf-fero (*sub-fero)*, soporto,	*sus-tuli*, levanté,	*sub-latum*, a levantar.

NB. *Differo*, intransitivum, *difiero=soy diferente*, caret praeterito et supino. Pro *suffero*, cum hac significatione *levanto*, in praesente et temporibus derivatis usurpatur *tollo (sustuli, sublatum*, a *suffero* desumpta); pro *sustuli*, *sublatum* cum hac significatione *soporté*, *a soportar*, rectius adhibetur *sustinui*, *sustentum* a *sustineo*.

129 Verbum **edo**, *ēdi*, *ēsum* non illud quidem discedit a norma tertiae conjugationis, habet tamen correptas aliquot formas, quae verbo *sum* similes sunt. [1]

PRAES. INDICAT.	IMPERF. SUBJUNCT.	PRAES. IMPERAT.
edo	*ederem*, *essem*	*ede*, *es*
edis, *es*	*ederes*, *esses*	*edite*, *este*.
edit, *est*	*ederet*, *esset*	FUT. IMPERAT.
edimus,	*ederemus*, *essemus*	*edito*, *esto*
editis, *estis*	*ederetis*, *essetis*	*editote*, *estote*.
edunt.	*ederent*, *essent*.	

PRAES. INFINITI. *edere*, *esse*.

NB. Est in passiva *estur* pro *editur*, et *essetur* pro *ederetur*. ESTUR *ut occulta vitiata teredine navis*. Ov. *Pont.* 1, 1, 69; como la nave viciada es corroída por oculta carcoma. Similiter composita con-

1 Quantitate fortassis excepta: cf. MENDIZÁBAL, § 25.

jugantur: [*adĕdo, ambĕdo, comĕdo, exĕdo, perĕdo,* v. g. *comes, comest, comesse,* pro *comedis,* cet. Cf. *ĕdim,* n. **120**.

Formae decurtatae sive athematicae sunt primigeniae; oriuntur autem ex defectu vocalium *i* et *e,* cf. n. **128**, *adn.* in ima pag.[1]]

130 **Volo**, quiero, **nolo**, no quiero, **malo**, quiero más, antes quiero, sic conjugantur sine supino et gerundio:

INDICATIVUS

PRAES.	*volo*	*nōlo*	*mālo*
	vis	*non vis*	*māvis*
	vult	*non vult*	*māvult*
	volŭmus	*nōlŭmus*	*mālŭmus*
	vultis	*non vultis*	*māvultis*
	volunt.	*nōlunt.*	*mālunt.*
IMP	*volebam*	*nolebam*	*malebam*
	volebas...	*nolebas...*	*malebas...*
P. PERF.	*volui...*	*nolui...*	*malui...*
P. PLQ.	*volueram...*	*nolueram...*	*malueram...*
F. IMP.	*volam...*	*(nolam,* inus.*) noles...*	*(malam,* inus.*) males...*
F. PERF.	*voluero...*	*noluero...*	*maluero...*

SUBJUNCTIVUS

PRAES.	*velim*	*nolim*	*malim*
	velīs	*nolīs*	*malīs*
	velit	*nolit*	*malit*
	velīmus	*nolīmus*	*malīmus*
	velītis	*nolītis*	*malītis*
	velint.	*nolint.*	*malint.*

PRAET. IMP.

vellem, velles... *nollem, nolles...* *mallem, malles...*

PRAET. ET FUT. PERF.

voluĕrim, voluĕris... *noluĕrim...* *maluĕrim...*

PRAET. PLUSQ.

voluissem... *noluissem...* *maluissem...*

1 *Es* = * *ed-s,* n. **472**, pro *ed-is; est* = * *ed-t* pro *edit; estis* = * *ed-tis; essem* = *ed-sem,* pro *ed-essem,* cet. Participii *edens* forma decurtata est *dens,* diente.

IMPERAT.

PRAES.	(deest)	S.	*nolī.*	P. *nolīte.*	(deest)
FUT.	(deest)	S.	*nolīto*	P. *nolitōte*	(deest)

INFINIT.

PRAES.	*velle*	*nolle*	*malle.*
PRAET.	*voluisse*	*noluisse*	*maluisse.*
PART. PRAES.	*volens*	*nolens*	(deest)

NB. Pro *vult, vultis* dicitur etiam *volt, voltis.* [1] [Antiquitus dicebatur *nĕvis, nĕvult, nĕvelle* pro *non vis, non vult, nolle*; *mavŏlo, mavĕlim, mavelle* pro *malo, malim, malle. Arare* MAVELIM. Plaut. *Merc.* 356. *Sis, sultis,* n. **120**, X. [2]]

131 I. **Eo, queo, nequeo** sic conjugantur:

INDICAT.			SUBJUNCT.		
PRAESENS					
eo,	*īs,*	*it,*	*eam,*	*eas,*	*eat,*
īmus,	*ītis,*	*eunt.*	*eamus,*	*eatis,*	*eant.*
PRAET. IMPERF.					
ībam,	*ibas,*	*ibat,*	*īrem,*	*ires,*	*iret,*
ibamus,	*ibatis,*	*ibant.*	*iremus,*	*iretis,*	*irent.*
PRAET. PERF.					
iī, istī, iit, iimus, istis, iērunt.			*ierim,*	*ieris,* cet.	
(*īvi, īvisti,* cet.)			(*iverim,*	*iveris,* cet.)	
PRAET. PLUSQUAMP.					
ieram,	*ieras,* cet.		*issem,*	*isses,* cet.	
(*iveram,*	*iveras,* cet.)		(*ivissem,*	*ivisses,* cet.)	

1 Maxime in recentioribus edd. «*Vŏlt* dió *vŭlt*, porque toda *ŏ* seguida del grupo *l* + *cons.* que no sea *l*, se convirtió en *ŭ*. Esta ley fonética anterior a la época de la República no transcendió por razones especiales a la escritura, cuando en palabras como *volt, volgus*, la *ŏ* iba precedida de *u* consonante: por tanto las formas *volt, voltis* son gráficas, pero no fonéticas.» MENDIZÁBAL, p. 121.

2 Radix verbi *volo* est *vel, vol, vul (vi). Nolo* ex *nĕ* et *volo* conflatum est; *malo* ex *măgĕ*, pro *magis* et *volo. Velle* = * *vel-se,* cet. n. 472: cujus supinum et gerundium cave usurpes: *volitum, volendi.*

INDICAT.	SUBJUNCT.
FUT. IMPERF.	
ibo, ibis, ibit, *ibimus, ibitis, ibunt.*	*ĭturus, a, um sim,* *sis,* cet.
FUT. PERF.	
iero, ieris, ierit, cet. *ivero, iveris, iverit,* cet.	*(ierim* vel *iverim,* cet.

IMPERAT.			INFINIT.	
FRAES.	*i,*	*ite.*	PRAES.	*īre.*
FUT.	*ito,*	*itote.*	PERF.	*isse* (vel *īvisse).*
	(eunto).		FUT.	*iturum, am, um esse.*
SUP.	*ĭtum.*		GER.	*eundi, eundo,* cet.
PART. P.	*iens, euntis,* cet.		PART. F.	*iturus, a, um.*

Passive impersonaliter: *ītur, ibatur, ĭtum est, eatur, iretur,* cet. [1]

II. Ad hunc modum declinantur quae ex *eo* componuntur, et fere praeteritum faciunt in *ii*, ut *abii, adii, abissem, adissem.* [2] Ex his quattuor *adeo, coëo, ineo, praetereo* transitive significare possunt flectique passive in omnibus formis.

INDIC. PRAES. *adeor, adīris, adītur, adīmur, adīmĭni, adeuntur.*
» IMPERF. *adībar,* cet. FUTUR. *adībor, adiberis,* cet.
SUBJ. PRAES. *adear,* cet. IMPERF. *adīrer,* cet.
IMPER. PRAES. *adīre, adimini.* INF. *adīri, aditum esse, aditum iri.*
PART. PRAET. *aditus, a, um.* GERUNDIVUM, *adeundus.*
INDIC. ET SUBJ. PERF. *aditus sum, eram, ero, aditus sim, essem.*

III. Ex *vēnum eo* fit **vēneo**, estoy en venta, soy vendido, quod adhibetur ut passivum verbi *venumdăre* aut *venum dare* et *vendĕre*, in cujus passiva apud idoneos scriptores solum est *venditus* et *venden-*

1 Verbum *i-re* est quartae conjugationis cum prisco imperf. *-bam*, futuro *-bo*, et gerundio *-undi*. Sed *i* mutatur in *e*, cum praeit litteris *a, o, u*. Radix est *i* vel *ei*. Cf. ἰ-έναι, εἶμι, voy. Sic *ei-re* ap. Plaut., *Most.* 336.

2 Apud poëtas recentiores raro invenitur *redī* pro *redii*. *Eœiet, periet*, cet., pro *eœibit*, cet. vel dubiae sunt lectionis, ut apud Horat. *C.* 4, 4, 65; Cic. *l. Agr.* 2, 25, 67; vel posterioris Latinitatis. Cf. KUHNER, 1, p. 526. *Transiet*, Tib. 1, 4, 27. *Eam*, Ter. *Eun.* 46 [1, 11], praesens est subjunct. potius quam fut. indicat. *¿no he de ir?* DEECKE, *Erlaut.* 198, 2. NEUE-WAG. 3, 326.

dus; declinatur autem ut simplex.[1] *Pereo* solet usurpari pro passiva verbi *perdo.*

IV. **Ambio** flectitur omnino ut *audio;* praet. *ambīvi*, sup. *ambītum*, pretender, ambicionar.

V. **Queo, nequeo** declinantur ut verbum *eo: nequeo, nequis, nequit, nequīmus, nequītis, nequeunt; nequībam, nequībo*, cet. Sed excepto indicativi et subjunctivi praesente raro adhibentur, et carent imperativo, gerundio, participio futuro et fere participio praesenti.

Queo saepissime cum negatione usurpatur, ut: *Nec credere quivi.* Verg. *Aen.* 6, 463.[2]

[*NB.* Apud antiquiores *queo* et *nequeo* inveniuntur passive cum infinitivo passivo, ut: *forma nosci non* QUITA EST. Ter. *Hec.* 572 [4, 1, 57]; pro *non quivit* seu *non potuit.* Cf. *coeptus sum*, n. **133**, *NB.* 2.]

132 **Fio** in temporibus simplicibus flectitur passive pro verbo *facio*, a quo tempora composita mutuatur.

INDICAT.			SUBJUNCT.		
PRAESENS					
fīo,	*fīs,*	*fit,*	*fīam,*	*fias,*	*fiat,*
(fīmus,	*fītis,)*	*fīunt.*	*fiamus,*	*fiatis,*	*fiant.*
PRAET. IMPERF.					
fīebam,	*fiebas,*	*fiebat,* cet.	*fierem,*	*fieres,*	*fieret,* cet.
PRAET. PERF.					
factus, a, um sum, cet.			*factus, a, um sim,* cet.		
PRAET. PLUSQUAMP.					
factus, a, um eram (vel *fueram,* cet.)			*factus, a, um essem* (vel *fuissem,* cet.)		
FUT. IMPERF.					
fīam,	*fies,*	*fiet,*	(deest)		
fiemus,	*fietis,*	*fient.*			

1 Pro *venibam* etiam est *veniebam; venĭtum*, Prisc. 10, p. 907 Pustch., damnat Diomedes, 365; *veniturus*, Senec., *Const. sap.* 3, apud QUICHERAT, *Thesaur. poët. Veneor -nītur, -near, -nīri* sunt priscarum inscriptionum et recentiora.

2 CICERO pro prima pers. *nequeo* adhibet semper *non queo;* in ceteris modo *nequeam, nequirem.*, modo *non queam, non quirem.*

FUT. PERF.

factus, a, um ero (vel *fuero*), cet. *factus, a, um sim*, cet.

IMPERAT.

S. *(fī)* P. *(fīte)*

INFINITIVUS

PRAES. *fieri*. PRAET. *factum, am, um esse*. FUTURUM. *factum iri*.

PART. PRAET. *factus, a, um*. GERUNDIV. *faciendus, a, um*.

NB. Declinantur in passiva ut *fio* composita ex *facio* quae *a* simplicis retinent, n. **155**, ut *calefacio*, caliento, *calefio* [*madefacio*, mojo, *madefio*, *tepefacio*, entibio, *tepefio*]. Quae autem mutant *a* in *i* exeunt in *ficior*, ut *afficior*, et flectuntur ut *capior*. [Pauca tamen ex his apud priscos et poëtas conjugantur ut *fio*, v. g. *confĭĕri*, *confīt*, *confīat*, *confĭĕret*; *defĭĕri*, *defit*, *defīunt*, *defīat*.]

II. De verbis defectivis

133 Defectiva sunt verba, quibus modi nonnulli aut tempora, numeri personaeve deficiunt, ut *coepi*, comencé, *memini (commemini)*, acuérdome, *ōdi*, aborrezco, quae carent praesente et temporibus ab eo deductis.

I. Praeterita *memini* et *odi* habent significationem praesentis, *memineram* et *oderam* imperfecti, futura perfecta significationem futuri imperf., e. c. ODI *hominem et* ODERO. Cic. *Att.* 9, 12, 2; aborrezco y aborreceré. His additur *nōvi*, praeteritum verbi *nosco*, conozco, cum hac significatione «conocí (y aun conozco)», «vine en conocimiento», i. e. «sé, recuerdo».

II. **Coepi, memini, ōdi.**

INDICAT.

PRAET. P.	*coepi*, cet.	*memini*, cet., me acuerdo,	*ōdi*, cet., aborrezco.
P. PLQ.	*coeperam*,	*memineram*, me acordaba,	*oderam*, aborrecía.
FUT. P.	*coepero*,	*meminero*, me acordaré,	*odero*, aborreceré.

SUBJUNCT.

PRAET. P.	*coeperim*,	*meminerim*, me acuerde,	*oderim*, aborrezca.
P. PLQ.	*coepissem*,	*meminissem*, me acordara,	*odissem*, aborreciera.

IMPERAT. FUT.

	(deest)	*memento* (tu), *mementote*.	(deest)
INFINIT.	*coepisse*,	*meminisse*, acordarse,	*odisse*, aborrecer.
P. PRAET.	*coeptus*,	(deest)	*(osus)*, que aborreció.
P. FUT.	*coepturus*,	(deest)	*osurus*.

NB. 1. *Odi* habet participium insolens *osus* activae significationis, unde *exosus* et *perosus* usus frequentioris. «Acordéme» aut «me acordé» dicitur *recordatus sum*, cet.; «aborrecí (a alguien)», *(aliquis) odio mihi fuit*, cet.

NB. 2. Pro praesente verbi *coepi* adhibetur *incipio*, comienzo: *incipio discere*, comienzo a aprender [etiam *incepi discere*, comencé a a., at frequentius *coepi discere*]. *Coeptus sum* etiam dicitur pro *coepi*, sed cum infinito passivo conjunctum, ut: *In murum lapides* JACI COEPTI SUNT. Caes. *G.* 2, 6, 2, empezaron a echar piedras. [1]

NB. 3. [*Notus* est adjectivum, conocido, ut *nota fabula est;* neque participium futuri invenitur;] composita *agnosco*, reconozco, et *cognosco* cum *recognosco* faciunt in supino *agnĭtum*, *cognĭtum*, *recognĭtum*; *ignosco*, perdono, *ignōtum*. *Dinosco* et *internosco* supino carent.

134 I. **Ajo**, digo, sic flectitur:

PRAES. INDIC.	*ajo*, *aïs*, *ait*, — *ajunt*.	SUBJ.	— *ajas*, *ajat*, — *ajant*.
PRAET. IMP.	*ajebam*, *as*, *at*, *amus*, *atis*, *ant*. [2]	PART. PRAES.	*(ajens*, *ajentis.)*

NB. [Imperativus *ai* priscum est. *Ain?* ponitur pro *aisne*, ¿qué dices? ¿cómo?] *Ajo*, «digo que sí, afirmo», opponitur verbo *nego*, «digo que no». *Diogenes* AIT, *Antipater* NEGAT. Cic. *Off.* 3, 23, 91.

1 *Coepio* in usu fuit apud priscos. Accusativus substantivi crebrius cum *incipio* quam cum *coepi* reperitur, ut *incipio oppugnationem*, comienzo el asalto; *proelium incipitur;* dicitur tamen non raro *opus coeptum*. Pro *coeptus sum* cum infin. pass. Livius aliquando, semper Tacitus *coepi* usurpant: *Plebi injuriae a primoribus fieri* COEPERE. Liv. 2, 21, 6; comenzaron los nobles a injuriar a la plebe. Sed cum infinito vocis mediae, n. 430, I, ut *fieri*, hacerse, volverse, *haberi*, tenerse por, *coepi* usurpatur.

2 Apud Plaut. et Ter. *aibam*, v. g. Plaut. *Bacch.* 268. *Ut* AIT *Homerus*, in scriptorum testimoniis afferendis; *ut ajunt*, *quomodo ajunt*, *quod ajunt*, in proverbiis.

II. **Inquam**, digo, sic:

INDIC. PRAES. *inquam, inquĭs, inquit, inquĭmus, inquĭtis, inquiunt.*
PRAET. IMP. *inquiebat.* [1]
PRAET. PERF. *inquisti, inquit.*
FUTURUM. *inquies, inquiet.*
IMPER. PRAES. *(inque.)* FUT. *(inquito.)*

NB. 1. *Inquam* in narrationibus etiam ut praeteritum adhibetur.

NB. 2. *Inquam* adhibetur in oratione recta (n. **351,** I) post unum alterumve verbum: *Tuemini,* INQUIT, *castra et defendite diligenter.* [*Potestne,* INQUIT *Epicurus, quicquam esse melius?*

III. **Infit**, comienza a hablar, priscum et poëticum, est tertia pers. indicat. praes , v. g. *ita infit.* Usurpatur etiam cum infinitivo, ut *laudare infit*, i. e. *laudare incipit.*]

135 **Fari,** hablar, deponens primae conjugationis, obsoletum et poëticum, Cic. *de Or.* 3, 38, 153, sic declinatur cum compositis *affari, effari, praefari, prŏfari:*

	INDICAT.	SUBJUNCT.
PRAES.	*fatur (fantur),* (in compositis *famur, famini)*	(deest)
IMP.	(in compos. *fabar*, cet.)	(in compositis *farer*, cet.)
P. PERF.	*fatus sum*, cet.	*fatus sim*, cet.
P PLQ.	*fatus eram*, cet.	*fatus essem*, cet.
F. IMP.	*fabor (fabitur), fabimur* (in compos. etiam *faberis).*	(deest)

IMPERATIVUS	INFINITIVUS	SUPINUM	GERUNDIUM
PRAES. *fare.*	PRAES. *fari (farier).*	*fatu.*	*fandi, fando.*
P. PRAES. *(fans)* [2] *fantis*, cet.		PRAET. *fatus, a, um.*	

GERUNDIVUM *fandus, a, um*, v. g. *fanda atque nefanda.*

136 Sunt verba quae paucas omnino formas habent, fere imperativi:

1 In nonnullis edd., antiquis praesertim, *inquibat;* item in paucis grammaticis, ut in Kunheriana.

2 Plaut. *Persa*, 474 [2, 4, 7].

I. **Salvēre**, estar sano y salvo, verbum est salutandi, adhibeturque solum in imperativo, futuro imperf., infinito praes.: *salve*, Dios te guarde, *salvete* (fut, *salveto); salvebis* (in litteris), et *salvere (te, vos... iubeo)*. [1]

II. Eadem significatione invenitur **avēre** *(havēre)* in solo imperat. et praes. inf.: *ave, avete; aveto* (tu, *avere jubeo). Aveo*, i. e. *concupisco*, anhelo, n. **144.**

III. **Vale**, *valete*, adiós, imperativus est; *valebis* pro *vale*, n. **339**, I, *NB.*

IV. **Apage** vel *apage te*, fuera, afuera, quita, est imperativus, qui usurpatur velut interjectio rejicientis cum fastidio. *Apage te a dorso meo.* Plaut. *Cas.* 459 [2, 8 (23)]. Cf. n. **165**, 6.

V. **Cĕdo**, i. e. *da* vel *dic;* v. g. *cedo librum*, trae el libro, daca el l.; *cedo quid faciam*, di qué he de hacer. Plur. *cette* priscum est.

VI. **Quaeso**, *quaesumus*, ruego, rogamos, primas tantum personas praesentis habet, v. g. *quaeso a vobis.* [2]

VII. **Ovat**, da gritos de alegría, *ovet, ovaret*, poët.; participium *ovans*, triunfante. [3]

[*Adn.* Aliqua verba in hac aut illa positione variis de causis non inveniuntur.]

III. De verbo impersonali

137 Verbum impersonale est quod in una tertia persona singulari adhibetur, generatim sine subjecto; caret autem imperativo, supino et fere participio.

Oportet, es forzoso, conviene,

impersonale secundae conjugationis, sic declinabitur:

1 Apud Plaut. *Truc.* 259 [2, 2, 4] *salveo*, quod Probus ridicule positum putat, ut rustici personae serviret. Cf. Kuhn., 1,537.

2 *Quaeso* est etiam prisca forma verbi *quaero*, sine rhotacismo.

3 *Ovatio*, minor triumphus.

	INDICAT.	SUBJUNCT.	INFINIT.
PRAES.	*oportet.*	*oporteat.*	*oportere.*
PRAET. IMP.	*oportebat.*	*oporteret.*	
PRAET. PERF.	*oportuit.*	*oportuerit.*	*oportuisse.*
PRAET. PLUSQ.	*oportuerat.*	*oportuisset.*	
FUT. IMP.	*oportebit.*		
FUT. PERF.	*oportuerit.*		

Sunt etiam impersonalia:

1.m Ea quae naturae ostenta sive phaenomena exprimunt, ut *grandinat, grandinavit*, graniza.

[Sic: *fulgurat, -avit*, relampaguea.
tonat, tonuit, truena.
ningit, ninxit, nieva.
pluit, pluit vel *pluvit*, llueve.
lucescit (illucescit), illuxit, amanece, va amaneciendo; etiam dicitur *dies illucescit*, n. **206**.
vesperascit (advesperascit), anochece, va anocheciendo, n. **153**, 233.]

2.° *libet (lubet), libuit* aut *libitum est*, agrada, es agradable, da gusto; *collibet.*

licet, licuit aut *licitum est*, es lícito, se permite.

rĕfert, rettulit (retulit), importa [*rĕfert* est a *refero.*

NB. 1. *Libet* et *licet* semideponentia sunt; et habent participium praesens sumptum adjective: *libens*, de (buen) grado, gustoso, *licens*, libre, licencioso, et *licitum*, lícito. Etiam dicitur *liciturum est, licitu-rum esse*, et *liceto*, sea permitido.

NB. 2. *Decet, decuit*, cae bien, *dedecet, dedecuit*, cae mal, adhibentur cum nominativo tertiae pers. n. **215**, I. A *decet* est participium *decens*, que cae bien, decoroso, decente.]

3.° Haec quinque cum compositis, quae animi motus designant (cum accus. personae sentientis) [quorum sunt quattuor semideponentia]:

(*me*) *paenitet, paenituit*, me arrepiento.

(*me*) *piget, piguit* vel *pigitum est*, me cuesta, me desagrada, tengo pereza.

(*me*) *pudet, puduit* vel *puditum est*, me avergüenzo.

(*me*) *taedet*, cujus praeteritum sumitur a composito *pertaesum est*, me fastidia, hastíome, estoy hastiado.

(*me*) *miseret* vel *miseretur* } *miseritum est* vel *misertum est*, me compadezco.

NB. A *paenitet* et *pudet* oriuntur participia *paenitens*, quod rarum est, arrepentido, *pudens*, adjectivum, modesto, cum *pudibundus*, tímido, vergonzoso; oriuntur etiam gerundia et gerundiva *paenitendi* et *pudendi*, *paenitendus*, de que nos debemos arrepentir, et *pudendus*, de que nos debemos avergonzar. [*Pigendi* est gerundium a *piget*, Cic. *Brut.* 50,188, et *pigendus* gerundivum poëticum: Prop. 5 [4], 1, 74; Ov. *Her.* 7, 108 [110].

Exercitationes: *Hoc (non) licet. Licet abire. Omnis eum color decet. Haec me decent. Te paeniteat hujus rei, illorum factorum. Vis paenitendi*, la violencia del arrepentirse (del arrepentimiento). *Consilii* (de la determinación) *nobis paenitendum erit, paenitendum (esse) censeo. Impudentiae nomen fugere debemus non solum pudendo, verum etiam non faciendo id quod non decet.*]

138 Impersonalia improprie dicuntur:

1.° Plura verba quae sunt suapte natura personalia, ut *accedit*, *accessit*, añádese, júntase.

[Sic: *accĭdit*, *accidit*, acontece.
assolet, es costumbre.
attinet, *attinuit*, toca a, concierne a.
conducit, *conduxit*, sirve.
confert, *contulit*, es útil, ayuda.
constat, *constĭtit*, consta.
contingit, *contigit*, toca en suerte.
convĕnit, *convēnit*, conviene.
evĕnit, *evēnit*, acontece.
expĕdit, *expedivit*, conduce, es conducente,
fit, *factum est*, sucede.
interest, *interfuit*, interesa.
lĭquet, *liquit* vel *licuit*, es claro, fluye.
patet, *patuit*, es patente.
pertinet, *pertinuit*, pertenece.
placet, *placuit*, agrada.
praestat, *praestitit*, se aventaja.
(*me*) *jŭvat*, *jūvit*, (me) agrada.
(*me*) *latet*, *latuit*, se (me) oculta.
(*me*) *fallit*, *fefellit*, (me) engaña.
(*me*) *fŭgit*, *fūgit*, se (me) escapa, huye.
(*me*) *praeterit*, *praeteriit*, se (me) pasa.
restat, *restitit*, resta.]

2.° *Est* cum substantivo, adjectivo aut participio neutro: n. **340**, **a)** ut *fas est*, es lícito.

[Sic: *nefas est*, es ilícito.
opus est, es menester.
aequum est, es justo, equitativo.
verum est, es verdad.
reliquum est, queda.
futurum est, sucederá, ha de acontecer.]

3.° Verba passiva sive transitiva sive intransitiva in tertia persona sing. sine subjecto definito, v. g. *legitur*, se lee, leen; *bibebatur*,

se bebía, bebían [*auditum est*, se oyó, oyeron; *curretur*, se correrá, correrán; *pugnatum erit*, se habrá peleado, habrán p.

NB. Cave dicas *legunt, bibebant, audierunt*, cet. (sine nominativo), n. **183.**]

CAPUT X. DE PRAETERITIS ET SUPINIS

[I. De mutatione litterarum in praeteritis et supinis derivandis

139 Ut in omni derivatione et compositione, sic in praeteritis et supinis derivandis verbisque componendis saepe litterae aliae aliis permutantur. Vocalium ac diphthongorum mutationes v. n. **140**, I, II et **471**: de consonantium mutatione haec accipe in derivatione praeteritorum et supinorum:

I. Ante *s* et *t:*

1.ᵐ **b** vertitur in **p**, ut a *scribo scrip-si, scrip-tum;* vel assimilatur, ut a *jub-eo jus-si, jus-sum.*

2.° gutturales **g, gu, qu** (et **h**) convertuntur in **c**, *c* autem conjuncta cum *s* duplicem **x** efficit, ut *rexi (recsi), rec-tum* a *rego, exstinxi, exstinc-tum* ab *exstinguo, coxi, coc-tum* a *coquo, traxi, trac-tum* a *traho.* Quod si gutturalem liquida praecedit, gutturalis amittitur, ut a *mer-go mer-si, mer-sum*, ab *indulgeo indul-si indul-tum.*

3.° post *m* additur **p**, ut a *demo demp-si, demp-tum.*

II. Ante *s* dentates **d** et **t** saepissime expunguntur, ut a *rideo ri-si, ri-sum*, a *flecto flexi, flexum.* Quod si vocalis dentalem praecedens brevis est, solet compensatione produci, ut a *divĭdo, divī-si, divī-sum.* Verum a *cedo ces-si, ces-sum* per assimilationem, cet., quae suis locis invenies.[1]]

II. Quomodo praeterita et supina generatim formentur

140 Praeteriti formandi quadruplex est ratio: prima reduplicatione radicalis et terminatione

1 *Missi, lussi, evassi*, cet. in nonnullis codd. Cf. Niederman, p. 74 et 128.

ī constituitur, ut *cu-curr-i*, a *curro;* secunda fit terminatione ī, producta vocali radicalis, ut *lēg-i* a *lĕgo;* tertia addit radicali positionem *sī*, ut *carp-si* a *carpo;* quarta addit *vī* aut *uī*, ut *ama-vi*, *mon-ui*.

[I. Reduplicatio est prima verbi consonans (aut duae priores) cum sequenti vocali *ŏ* vel *ŭ*, v. g. *mo-mordi*[1] a *mordeo*, *tu-tŭdi* a *tundo*.

NB. 1. Si prima vocalis non est *o* aut *u*, in reduplicatione mutatur in *e*, v. g. *dĕdi*, a *do* (pro * *da-o*).

NB. 2. Verba composita rejiciunt reduplicationem, aliquibus exceptis, de quibus suis locis.

NB. 3. **A** radicalis, si est in syllaba clausa, n. **11**, aut praecedit liquidam **r**, mutatur in **e**, ut a *parco pe-*PERc-*i*, a *pario pe-*PER-*i;* secus mutatur in **i**, ut a *cado*, *ce-cīd-i*. Littera autem *n* praesentis eliditur, ut a *ta(n)go te-tig-i*, a *pu(n)go pu-pŭg-i*. Et **s**, sequente consonante, rejicitur post reduplicationem, ut *spo-pond-i* a *spondeo*, non *spo-spondi; stĕ-ti* a *sto*, non *ste-sti*. Cetera quae mutationi sunt obnoxia invenies in indice praeteritorum. Cf. n **471**.

II. Sunt verba quae praeteritum faciunt in **i** et reduplicatione carent, sed ejus loco producunt vocalem radicalis, ut *lēg-i* a *lĕgo*, *ēm-i* ab *ĕmo*, *jūv-i* a *jŭvo*. Quorum **a** nisi ante *b* aut *v*, mutatur in **e**, ut a *căpio cēp-i*, ab *ăgo ēg-i;* sed a *făveo fāv-i*.[2] Excipe tamen ab hac productione verba in *u-o* tertiae, quae faciunt *u-i* in praeterito, *ūtum* pro *ŭ-ĭtum* in supino, ut *minu-o*,-*i*,-*ūtum*. Excipe etiam *bibi*, *tŭli*, *fidi*, *scĭdi*.[3]

NB. Vocalis producta praeteritorum in *i* litteras *m* et *n* additas per epenthesim respuit, ut *rūp-i* a *rumpo*, *frēg-i* a *frango*.

Adn. Proprium est praeteritum in **i** multorum tertiae nonnullorumque aliorum.

III. Suffixum **si** additur praesertim verbis conjugationis tertiae.

1 Apud Verg. Ribbeck(ianum) *Aen.* 11, 418: *memordit*, ex antigua reduplicatione, cujus vocalis erat *e* semper. Cf. Aul. Gell. 7, 9, 14.

2 Aliqui putarunt haec praeterita facta per reduplicationem: *lēg-i* pro * *lĕ-ĕg-i* *ēm-i* pro * *ĕ-ĕm-i*, cet. Cf. NONELL, *Cant. Pros.* n. 462, 465. Hodie horum reduplicatio a plerisque rejicitur, sed longitudo vocalis non satis explicatur. Cf. RIEMANN-GOELZER, *Phon.* p. 447.

3 Haec praeterita, *bibi* forsan excepto, fieri videntur per reduplicationem; quapropter corripiuntur: *tuli* est pro *te-tŭli*, n. **128**, I, in ima pag.; *scĭdi* pro *sci-cidi*, prisc.

IV. In praeteritis in **vi** et **ui**, **vi** jungitur vocali radicalis in prima, secunda et quarta conjugatione, ut *ama-vi*, *dele-vi*, *audi-vi*; **ui** additur radicali (consonanti) tertiae, ut *rap-ui*, et radicali deminuto (consonanti) primae et secundae, ut *sec-ui*, *mon-ui*.[1]]

141 Supinum efficitur positione **tum** aut **sum** addita radicali.

[1.m **tum** proxime additur vocali radicalis in verbis quorum praeteritum est in *vi*, v. g. *ama-tum*, *dele-tum*, *audi-tum*, ab *ama-vi*, *dele-vi*, *audi-vi*.

2.° **tum** additur, intercedente *i* euphonico *(ĭtum)*, consonanti radicalis in plerisque verbis, quorum praeteritum exit in *ui*, ut a *crep-ui crep-itum*, a *mon-ui mon-itum*, a *gem-ui*, *gem-itum*. In multis autem verbis quorum praeteritum est in *si* aut etiam in *i*, *tum* proxime jungitur radicali, ut *scrip-tum* a *scribo*, *lec-tum* a *lēg-i*.

3.° Supinum in **sum** maxime habent verba dentalia, quorum *d* et *t* fere demitur, n. **139**, II.

Adn. Supinum parum ab scriptoribus frequentatur, sed tribuitur omnibus verbis, quorum participium futurum aut praeteritum invenitur; hoc autem semper efficitur syllaba *um* supini mutata in *us*, *a*, *um;* unde a supino *sectum* fit *sectus*, *secta*, *sectum*. Participium futuri fit etiam a supino, *um* in *urus*, *a*, *um* converso, ut *amaturus* ab *amatum;* at nonnullae sunt exceptiones, ut a *sectum secaturus*, non *secturus*. Quae suo loco indicantur. Formae autem vix usurpatae parenthesi includuntur.]

III. De singulari praeteritorum supinorumque formatione [2]

I. Prima conjugatio

142 Verba primae conjugationis faciunt praeterito *ā-vi*, supino *ā-tum*, i. e. vocali characteristicae

1 *Ama-vi* esse pro *ama-*FUI, *mon-ui* pro *mon-* (f)UI, cet. a philologis recentioribus rejicitur. Cf. Barrigón, p. 169, adnot. in ima pag.; cujus tamen explicatio a Stolz repudiatur. Cf. Riemann - Goelz, p 452. V. Sommer apud Mendizábal, p. 133.

2 Verba anomala, defectiva, impersonalia v. suis locis.

addunt **vi**, **tum**, ut ab *ama-re, ama-vi, ama-tum,* a *neca-re, neca-vi, neca-tum.* [1]

Excipe 1.[m] Faciunt cum **reduplicatione** praeteritum:

1. *dăre, dĕ-di, dătum,* dar. Cujus radicale breve est: *dămus, dătis, dăbam,* cet., n. **544**, I. [2] Ut *dare* flectuntur composita ex particula disyllaba, ut *circumdăre, circumdĕdi, circumdătum,* rodear [*pessumdăre,* echar al fondo, *satisdăre (satis dare), venumdăre.* Quae vero ex voce monosyllaba componuntur ad tertium ordinem pertinent: v. hic **170**. *Abundo, exundo, inundo, redundo...* non huc spectant; sunt enim composita ex *undo*].
2. *stāre, stĕ-ti, stātum,* estar en pie. [3] Composita a *stare* quae ex praepositione monosyllaba oriuntur, habent in praeterito *īti*, in supino *ĭtum*, rectius *ātum;* ut *praestare, praestĭti (praestĭtum,* crebrius) *praestatum,* exceder. Sin autem a praepositione disyllaba oriuntur, faciunt fere *ĕti* in praeterito, atque supino carent; ut *circumstare, circumstĕti,* rodear. [Sic *anti-sto, inter-sto, super-sto.*]
3. *distare* caret praeterito et supino, distar.

Excipe 2.° Faciunt **i**, **tum**, producta vocali radicalis, n. **140**, II:

4. *jŭvare, jūvi (jūtum),* ayudar; partic. fut. *juvaturus;* at rectius quam simplicia adhibentur *adjutus, adjuturus.* [4]
5. *lăvare, lāvi lautum* et *lōtum (lavatum),* lavar. *Lavi, lautum* vel *lotum* oriuntur proprie a poëtico *lavĕre* [composita vero, ut *proluo,* tertii sunt ordinis: *lautus,* lavado, pomposo].

Excipe 3.° Faciunt praeteritum in **ui**, supinum in **tum**:

6. *enecare, enecui* (raro), *enectum,* et *enecavi (enecatum),* matar.
7. *fricare, fricui, frictum* (et *fricatum),* fregar. [5]

1 Exceptiones inde vel maxime oriuntur, quod praesens ad primam conjug., praeteritum et supinum ad aliam spectent.

2 In verbo *dăre* formae athematicae sunt, i. e. exitus personales cum rad. junguntur nulla conectente vocali; proptereaque *a* breve est.

3 *Stătum* oritur a *sisto.*

4 Cf. ALVAR. n. 205.

5 Apud Plin. *defricatus, infricatus, perfricatus.*

8. *micare, micui*, sine supino, brillar, saltar; *emicare, emicui, emicatum; dimicare, dimicavi, dimicatum*, combatir. [1]
9. *secare, secui, sectum*, cortar; partic. fut. *secaturus*.

Excipe 4.° Habent **ui, ĭtum**:

10. *crepare (crep-ui, crep-itum)*, crujir, estallar.
11. *cubare, cubui (cubavi), cubitum*, estar echado. [2] Quae ex verbo *cubo* componuntur, si litteram *m* admittunt, tertiae sunt conjugationis; n. **147.**
12. *domare, domui, domitum*, domar.
13. *plicare (plicui, plicitum, -avi, atum)*, plegar; part. praet. *plicatus*. A *plicare* orta cum praepositione faciunt *ui, itum*, vel *avi, atum*, ut *implico;* sed *applico*, cum ad navigationem spectat, fere *applicavi* facit; *explico* vero, cum *explanare* significat, *explicavi*. [*Replico* ferme *replicatum* habet. *Supplico*, suplico, et alia quae ex nomine multiplicativo, n. **92,** I, oriuntur, praeterito *avi*, supino *atum* contenta sunt: *duplico, triplico, quadriplico, multiplico*. Simplex *plico* est tantum apud poëtas, sine praeterito.]
14. *sonare, sonui, sonitum*, sonar; partic. fut. *sonaturus*.
15. *tonare, tonui (tonitum)*, tronar. [3]
16. *vetare, vetui, vetitum*, vedar.
17. *potare* singulare est, *potavi, potum*, raro *potatum*, beber; *potus*, que bebió, beodo.
18. [*labare*, bambalear, vacilar, praeterito et supino caret.]

II. Secunda conjugatio

143 Verba secundae conjugationis faciunt praeterito **ui**, supino **ĭtum,** i. e. radicali additur **ui, itum,** *e* thematis rejecto, ut *mon-ui, mon-itum* a *monere*.

Ut *moneo* flectuntur: *caleo, careo, coërceo* et *exerceo* (ab *arceo), debeo, doleo, habeo, jaceo, liceo, mereo* (vel *mereor*), [4] *noceo, pareo,*

1 *Dimicuisse* apud Ov. *Am.* 2, 7, 2, et 2, 13, 28.
2 *Incubavi* apud Plin. cum de avibus sermo est: *N. H.* 11, 16. *Cubavi* apud Quintilianum, VIII, 2.
3 *Attonitus*, atónito, estupefacto, asombrado. *Intonata* legitur apud Hor. *E.* 2, 51.
4 *Merere stipendia* (in re militari), servir en la milicia, litt. ganar sueldo; *male mereri, bene meritus*.

placeo, [1] *praebeo, taceo, terreo, valeo,* cum compositis.] Quae tamen ex *taceo* componuntur supinō carent, ut *reticeo, reticui,* et saepius inchoativam formam induunt, v. g. *conticesco, conticui,* n. **153.**]

Excipe 1.° **Reduplicationem** habent haec quattuor in **deo** exeuntia:

19. *mordere, momordi, morsum,* morder; *demordere, demordi,* cet.
20. *spondere, spopondi, sponsum;* prometer, quedar por fiador.
21. *tondere, totondi, tonsum;* trasquilar, cortar el pelo, *attondere, attondi, attonsum.*
22. *pendere, pependi,* sine supino, pender, estar colgado. [2] Composita ex *pendeo* carent etiam praeterito.

Excipe 2.° Faciunt **i, tum** (producta quantitate radicalis, n, **140, II**) haec finita in **veo:**

23. *căvere, cāvi, cautum,* guardarse, precaverse.
24. *făvere, fāvi, fautum,* favorecer.
25. *fŏvere, fōvi, fōtum,* calentar: *refoveo.*
26. *mŏvere, mōvi, mōtum,* mover: *removeo,* cet.
27. *vŏvere, vōvi, vōtum,* hacer voto, ofrendar.

NB. Faciunt praeteritum in **i,** sed carent supino haec in *veo:*

28. [*cō-nīvere (conivi* et *conixi,* rara), cerrar los ojos, disimular.]
29. *fervere,* prisc. *fervĕre, fervi* et maxime in compositis *ferbui.*
30. *păve-re, pāvi,* tener pavor, estar medroso.

Excipe 3.° Faciunt **i, sum** (producta quantitate) haec in **deo:**

31. *prandere, prandi, pransum,* comer; *pransus,* comido = que comió.
32. *sĕdere, sēdi, sessum,* estar sentado; [3] *possidere, possedi, possesum:* ita cum *i* cetera composita ex praepositione monosyllaba; at *circum-sedeo* et *super-sedeo.*
33. *vĭdere, vīdi, vīsum,* ver.
34. *strīdere,* nonnunquam *stridĕre, strīdi,* sine supino, rechinar. [4]

1 *Placitus* sumitur aliquando sensu activo, «que agradó».
2 *Pensum* potius est a *pendĕre,* colgar.
3 Supina compositorum *dissidēre, insidēre, praesidēre, residēre* non confirmantur. *Sīdĕre,* sentarse: cf. n. **470, I.**
4 «Chisvar, chiar, como el agua con el hierro ardiendo, i el azeite en la sartē.» Correas, p. 206.

Excipe 4.° Faciunt **si, tum**, cf. **139**. I, 2.°:

35. *augere, auxi, auctum*, aumentar.
36. *indulgere, indulsi, indultum*; «perdonar... consentir su gusto a uno.» Correas.
37. *torquere, torsi, tortum*, torcer, atormentar.

Excipe 5.° Faciunt **si, sum**, cf. n. **139**, II:

38. *ardere, arsi, arsum*, arder.
39. *haerere, haesi, haesum*, adherirse, estar pegado.
40. *jubere, jussī, jussum*, mandar.
41. *manere, mansi, mansum*, quedar(se), permanecer.
42. *mulcere, mulsi, mulsum*, acariciar, halagar.
43. *mulgere, mulsi, mulsum*, ordeñar.
44. *rīdere, rīsi, rīsum*, reir.
45. *suadere, suasi, suasum*, persuadir.
46. *tergere, tersi, tersum*, limpiar: etiam dicitur *tergĕre*.

NB. Faciunt **si (xi)** in praeterito, sed carent supino, cf. n. **139**, I, 2.°:

47. [*algere, alsi*, helarse de frío, estar helado de f.
48. *frīgere, frixi*, tener frío, estar frío.]
49. *fulgere, fulsi*, resplandecer: *fulgĕre* poëtarum est.
50. *lūcere, luxi*, lucir.
51. *lugere, luxi*, traer luto, estar de duelo.
52. *turgere (tursi)*, hincharse, estar hinchado.
53. *urgere, ursi*, constreñir, apremiar, apretar = acosar, instar.

Excipe 6.° Faciunt **vi, tum**, quod jungitur vocali *ē* thematis, n. **140**, IV:

54. *delere, delevi, deletum*, borrar, arrasar.
55. *complere, complevi, completum*, henchir, cum ceteris compositis ab inusitato *pleo*, ut *impleo, oppleo, repleo*.
56. *flere, flevi, fletum*, llorar.
57. *nere, nevi, netum*, hilar.
58. *abolere*, ab inusitato *olēre*, [1] crecer, facit *abolēvi, abolitum*, destruir.
59. *ciere, cīvi, cĭtum*, mover [dicitur etiam *cīre* quartae, priscum et posterius; sed supinum breve est. *Accire*, hacer venir, facit

1 A radice *ol:* cf. Deecke, *Erlaut.* § 181, 17, Kühner, 1, § 207, pp. 570-71.

in participio *accĭtus*, *concire*, excitar, *concĭtus*, raro *concītus*, *excire*, incitar, *excĭtus* (et *excītus*), *percire*, conmover, *percĭtus*.]

Excipe 7.° Faciunt **ui**, **tum** [rejecta characteristica]:

60. *docere*, *docui*, *doctum*, enseñar: *dedoceo*.
61. *miscere*, *miscui*, *mixtum* (vel *mistum*), mezclar, entreverar.
62. *tenere*, *tenui* (*tentum*), tener asido; supinum vix usurpatur nisi in compositis, v. g. *detinere*, *detinui*, *detentum*: *contentus* adjectivum est.
63. [*attinet*, cet., n. **138**, 1.°]
64. *torrere*, *torrui*, *tostum*, tostar.
65. *censere* facit *censui*, *censum*, juzgar; *recensere*, *recensui*, *recensum* et raro *recensĭtum*, contar de nuevo. [1]

NB. 1. Faciunt **ui** in praeterito, sed carent supino:

66. *arcere*, *arcui*, apartar [*coërceo* et *exerceo*, n. **143**].
67. *timere*, *timui*, temer; multa praeterea fere neutra [quorum praecipua sunt:
68. *egere* et *indigere*, [2] necesitar.
69. *eminere*, sobresalir, campear.
70. *horrere*, horrorizarse, estar erizado.
71. *languĕre*, *langŭī*, languidecer, desfallecer, **8**, II, 3.°
72. *latere*, estar oculto; *delitui*.
73. *liquĕre*, *licŭī* (*liqui*), ser flúido.
74. *nitere*, lucir.
75. *olere*, oler, echar olor; sic *redolēre*, oler (a algo): [3] cf. v. 58.
76. *pallere*, palidecer, estar pálido.
77. *patere*, estar abierto o patente.
78. *rigere*, estar rígido.
79. *rubere*, enrojecer, estar rojo.
80. *silere*, callar.
81. *sorbere*, sorber. [4]
82. *splendere*, resplandecer.
83. *studere*, aplicarse a.
84. *stupere*, estar asombrado, pasmado. [5]
85. *tabere*, consumirse.
86. *torpere*, estar entorpecido, arrecido, yerto (de frío).
87. *vigere*, estar en vigor, cet

1 *Recensĭtum* nusquam est. Multa de hoc supino cavillantur KÜHNER, 1, p. 547, et NEUE-WAG. 3, p. 535. Cf. THES. L. L., *censeo*, vol. III, col. 786, lin. 56 seqq., et DEECKE, p. 113, n, 53.

2 Ab *indu*, prisc. pro *in*, et *egere*.

3 *Ad-olere* (*ad-olevi*, *adultus*) apud priscos, exhalar olor, sacrificar con olores: cf. DEECKE, § 107, 32, p. 107. V. hic v. **234**.

4 Prisc. et poët *sorbĕre*, *sorpsi*; *absorpsi*, Lucan.; *exsorpsi*, Sen.

5 *Stupendus* est infimae Latinitatis. Nota *obstupescere* et frequentius *obstipescere*.

NB. 2. Alia verba praeteritum habent, cum fiunt inchoativa, ut *arere*, estar seco; *arescere*, secarse, *aruit*, secóse: n. **153**, II, c).

144 Carent praeterito et supino haec praecipue verba fere neutra:

88. *avere*, ansiar, codiciar.
89. *calvere*, ser (estar) calvo.
90. *cānere*, ser cano, blanquear.
91. *cluere*, ser nombrado.
92. *densere* (trans. fere *densare*), espesar.
93. *fetere (foetere)*, heder.
94. *flavere*, amarillear.
95. *hebere*, estar boto.
96. *humere*, estar húmedo.
97. *imminere*, amenazar.
98. *lactere*, estar en leche (las plantas).
99. *livere*, estar lívido, cárdeno.
100. *maerere*, estar triste.
101. *pollere*, ser poderoso.
102. *renīdere*, relumbrar.
103. *scatere*, abundar.
104. *squalere*, estar escuálido.
105. *viere*, ligar; *vietus*, adject., envejecido.]

145 Sunt anomala haec deponentia secundae:

106. *fateri*, *fassus sum*, confesar; in compositis *confessus*, cet.; *diffiteor* sine praeterito.
107. *misereri*, *miseritus* vel rarius *misertus sum*, compadecerse: cf. n. **137**, 3.°
108. *reor*, *rătus sum*, juzgar; caret participio praes. et infin. praes. (*irrĭtus*.)
109. *tueri (tŭitus sum)*, defender; particip. fut. *tuiturus*. *Tuitus* non usurpatur nisi raro in compositis, ut *contuitus sum*, miré; pro simplici *tuitus sum* dicitur *tutatus sum*. [1]
110. [*mederi* sine praeterito, curar.
Adn. Semideponentia et impersonalia secundi ordinis v. in n. **114** et **137-38**.]

III. Tertia conjugatio

146 Ex verbis tertiae conjugationis nonnulla habent praeteritum in **i**, alia in **si**, alia in **ui**; supinum est in **tum** et in **sum**.

1 Apud priscos *tuor* tertiae, defiendo, unde adject. *tūtus*, seguro.

1. *Verba in* u-o (ui, ū-tum)

Verba in **u-o** faciunt praeteritum in **u-i**, supinum in **ū-tum**, ut *minu-o*, *minu-i*, *minū-tum*, disminuyo.

111. Eodem pacto *solv-ere*, *solv-i*, *solu-tum*, desatar.

112. *volv-ere*, *volv-i*, *volu-tum*, voltear.

[Ita flectuntur *acuo* aguzo; *imbuo*, imbuyo; *induo*, visto; *exuo*, desnudo; *spuo*, escupo; *statuo*, establezco; *sternuo*, estornudo; *suo*, coso; *tribuo*, tributo, cum compositis.]

113. Excipe 1.m *ruere*, *rui*, *rŭtum* (*ŭ* brevi), precipitar, precipitarse; participium futuri *ruiturus*. [1] Ex compositis alia sunt transitiva, ut *diruo*, *obruo*, part. *dirŭtus*, *obrŭtus*, alia intransitiva, ut *corruo*, *irruo*.

Excipe 2.° haec quae supino carent, sed quorum praeteritum est regulare:

114. *arguere*, *argui*, acusar, argüir: *argutus* est adject. «claro, fino.» [2]

115. [*battuere*, *battui*, batir, golpear.]

116. *congruere*, *congrui*, avenirse, concordar.

117. *ingruere*, *ingrui*, venir encima.

118. *luere*, *lui*, expiar, lastar. Ex compositis a *luere* exstant haec participia praeteriti *ablūtus*, *dilutus*, *elutus*, *perlutus*, *proluțus* [*luiturus* est lapsae Latinitatis].

119. *metuere*, *metui*, temer.

120. *pluere*, n. **137**, 1.m

121. *renuere*, *renui*, rehusar; sic cetera composita a prisco *nuo*, hago señas: *abnuere* facit *abnuiturus*.

Excipe 3.°

122. *fluere*, *fluxi* sine supino, correr (un líquido). *Fluxus*, flojo. [3]

123. *struere*, *struxi*, *structum*, amontonar, hacinar, construir.

124. *vivere*, *vixi*, *victum*, vivir.

1 Alvar., n. 214, tribuit verbe *ruo* supinum *rŭtum*, additque, n. 451, priscis saeculis *rŭtum* fecisse. At verbum *ruo* uno tantum supino *rutum* donatum est; neque quicquam in contrariam partem *ruiturus* probat. Etenim ita semper participium praeteriti oritur ex supino, ut syllaba *um* in *us*, *a*, *um* convertatur; participium vero futuri ita nonnunquam a supino derivatur, ut paulum illud detorqueat, v. g. *secaturus*, *oriturus* a *sectum*, *ortum*, in quibus *ruiturus* numerandum. Jam vero partic. praeteriti verbi *ruo* invenitur in hac formula *ruta caesa* aut *ruta et caesa* in compositisque, ut *dirŭtus*, *obrŭtus*. Cf. Silva Dias, *O Latim*, p. 52-53.

2 *Arguiturus* ap. Sallustium.

3 *Fluxurus* est apud Lucan. 6, 61.

2. *Verba* in **b-o, p-o** *sive labialia* **(p-si, p-tum)**

147 Verba in **bo** et **po** faciunt praeteritum **si (p-si)**, supinum **tum (p tum)**, ut *scribo, scripsi, scriptum,* escribo; *serpo, serpsi, serptum*, me arrastro.

[Eodem pacto *glūbo (deglubo)*, descortezo, desuello, *nūbere*, casarse (la mujer), *obnubo, carpo (decerpo)*, cojo, *clepo* rarum et prisc., *rēpo (obrēpo)*, ando a grapas, arrastrando, *scalpo* et *sculpo (insculpo)*, esculpo, entallo.]

Excipiuntur:

125. Verba in *cumbere*, composita ex *cubare*, quae faciunt *ui, ĭtum*, amissa littera *m*, ut *incumbere, incubui, incubitum*, apoyarse, cf. v. **11**. [Sic *accumbo, decumbo, discumbo, occumbo, procumbo, recumbo*.]

126. *rumpere, rūpi, ruptum*, romper: *irrumpo*, cet.

127. *strepere, strepui, strepitum*, hacer estruendo, meter ruído.

128. Et sine supino: *bibere, bĭbi*, beber: [1] *imbibo*.

129. *lambere (lambi)*, lamer.

130. *scăbere, scābi*, rascar (la comezón, la sarna).

3. *Verba in* **c-o qu-o, g-o, gu-o, h-o** *sive gutturalia* **(si, tum, i, tum)**

148 I. Verba in **co** (non vero in *sco)*, **quo, go, guo, ho** faciunt 1.m in praeterito **si**, in supino **tum** [quae positiones characteristicis conjunctae convertuntur in **xi, ctum**], ut *dicere, dixi, dictum,* decir, *coquere, coxi, coctum*, cocer, *regere, rexi, rectum,* regir, *trahere, traxi, tractum,* arrastrar.

[Eodem pacto *cingo, dūco*, guío, *addūco*, cet., *afflīgo*, aflijo, et alia quae ex insolenti *flīgo* componuntur, praeter *proflīgo* primae *profligare*, desbaratar, echar a tierra, *jungo, lingo*, lamo, *emungo (me*, me) limpio las narices, sonsaco (limpio los bolsillos), *plango* vel *plangor*, me golpeo el pecho etc. (en señal de dolor), *sūgo*, chupo, *tego*, cubro, *tingo* seu *tinguo͡*, tiño, *ungo* seu *unguo͡*, unjo, *stinguo͡*, quod fere in

1 *Bibiturus* in infima Latinitate: v. *potare*.

compositis usurpatur, v. c. *exstinguo*, apago, *veho*, llevo a cuestas (etiam est *vehor*, voy a caballo, en vehículo, por mar, *invehor*, me desato en invectivas), cum compositis. *Frigo*, frío, facit *frictum* (et *frixum*) in supino.

Inter composita ex verbo *rego (arrigo, corrigo, dirigo, erigo, porrigo, subrigo* sive *surrigo)* notanda duo illa imminuta *pergo (=*perrigo)*, voy camino, prosigo, *perrexi*, *perrectum*, et *surgo (=*surrigo)*, levántome, *surrexi*, *surrectum*, cum compositis, ut *adsurgo* seu *assurgo*.]

Excipe 1.°: amittunt **n** in supino quattuor haec in **go**:

131. *fingere*, *finxi*, *fictum*, delinear, formar, figurar, fingir. [1]

132. *mingere*, *minxi*, *mictum*, mear [in praesente et derivatis frequentius *mejere*].

133. *pingere*, *pinxi*, *pictum*, pintar. *Depingo.*

134. *stringere*, *strinxi*, *strictum*, estrechar, apretar. *Constringo.*

Excipe 2.°: faciunt **si**, **sum** haec tria in **go:**

135. *fīgere*, *fixi*, *fixum*, fijar, clavar.

136. *mergere*, *mersi*, *mersum*, sumergir, zabullir: *emergo*, salgo del agua, participium habet *emersus*, salido del agua.

137. *spargere*, *sparsi*, *sparsum*, esparcir; *conspergere*, *conspersi*, *conspersum* [*tergere*, cf. v. 46.

NB. 1. Carent supino:

138. *angere*, raro *anxi*, angustiar.

139. *ningere*, *ninxit*, nevar.

NB. 2. Carent praet. et sup.:

140-41. *clangere*, sonar (la trompeta), et *vergere*, inclinarse.]

II. Verba gutturalia faciunt 2.° **i**, **tum:**

142. *ăgere*, *ēgi*, *actum*, llevar delante de sí, guiar, carear (el ganado). [Mutant *a* in *i*, *abigo*, *adigo*, *exigo*, *subigo*, *transigo;* servant *circumago* et *perago*, *-ēgi*, *-actum:*] *cōgo*, fuerzo, *coēgi*, *coactum* [*prodĭgo*, *prodēgi* caret supino: *ambĭgo*, *dego*, *satăgo* praeterito et supino deficiunt [2]].

143. *frangere*, *frēgi*, *fractum*, quebrar: *confringere*, *confrēgi*, *confractum*, cet.

1 *Diffingo* sine praet. et sup. GEORGES.

2 *Dēgi* est infimae Latinitatis.

144. *īcere, īci, ictum*, herir. [1]

145. *lĕgere, lēgi, lectum*, escoger, juntar, leer [*allĕgo, perlĕgo, praelĕgo, relĕgo, allēgi, allectum*, cet.; *collĭgo, delĭgo, elĭgo, seligo, collēgi, collectum*, cet.]; at *diligo*, amo con la razón, aprecio, *dilexi, dilectum; intellĕgo (intelligo)*, entiendo, *intellexi, intellectum; neglĕgo (neglĭgo)* descuido, *neglexi, neglectum*.

146. *linquere, līqui*, et in compositis *lictum*, ut *relinquere, reliqui, relictum*, dejar.

147. *vincere, vīci, victum*, vencer.

III. Verba gutturalia faciunt 3.° praeteritum cum **reduplicatione**:

148. *pangere, panxi* et *pēgi (panctum* et *pactum)*, hincar: praeter. *pepigi*, fijé por un contrato, et sup. *pactum* habent pro praesente *paciscor* (non *pango)*, v. **263**; *compingere, compēgi, compactum*, enlazar, trabar, et *impingere, impēgi, impactum*, arrojar; *oppangere, oppēgi, oppactum*, juntar, pegar.

149. *parcere, peperci (parsum)*, ahorrar: *parsurus*, que ha de ahorrar; cum hac significatione «perdonar» supino caret. [2]

150. *pungere, pupŭgi, punctum*, pinchar, picar, punzar: *interpungere* (cum ceteris compositis), *interpunxi, interpunctum*.

151. *tangere, tetigi, tactum*, tocar; *attingere, attĭgi, attactum*, cet.; *contingit*, n. **137**, 4.°

4. *Verba in* d-o, t-o *sive dentalia* (-si, -sum)

149 Verba **do** et **cto** syllabis terminata faciunt **si, sum**, elisa dentali, ut *divĭd-ere, divī-si, divīsum*, dividir, *flectere, flexi, flexum*, doblegar *(flec-si, flecsum)*: n. **139**, II, et I, 2.°

[Flectuntur sic *claudo (conclūdo)*, [3] *laedo (collīdo, collīsi, collīsum), lūdo (collūdo)*, juego, burlo, *plaudo (applaudo*, aplaudo, cetera composita habent *ō*, ut *explōdo); rādo (corrādo)*, raer, [4] *rōdo* [4] *(arrōdo)*, *trūdo*, empujo *(extrūdo); — necto (nexi, nexui), nexum* trabo,

1 In praes. indicat. *icit, icitur, icimur* tantum reperiuntur; pro quo *ferio* generatim usurpatur, item pro imperfect.

2 *(Parsi:) comparcere* seu *compercere, comparsi*.

3 *Clausi, clausum (clusi, clusum)*.

4 Cf. Bello-Cuervo, n. 593 y nota 75, n. 594 y nota 76.

enlazo, anudo o añudo, *pecto*, peino, cardo, carduzo, carmeno, desenhebro. [1]]

152. *NB.* 1. *Vādo*, voy, caret praeterito et supino; at composita utrumque habent, ut *invado, invasi, invasum*, acometo con ímpetu [*evado*, escápome, et *pervado*, me extiendo].

153. *NB.* 2. *Plecto*, castigo, caret praeterito et supino, saepiusque adhibetur in passiva; cum autem significat *implico*, doblo, solum habet participium *plexus*, trenzado, unde *implexus* (*amplector*, v. **267-68**).

Excipe 1.[m] Ex verbis in **do** faciunt **i, sum** (*s* simplici):

154. *accendere, accendi, accensum*, encender: eodem pacto *incendere* et *succendere*. [2]

155. *cūdere, cudi, cusum*, acuñar, forjar.

156. *defendere, defendi, defensum*, defender: sic *offendere*.

157. [*ĕdere, ēdi, ēsum*, comer: *comedere*, n. **129.**]

158. *fundere, fūdi, fūsum*, derramar. [3]

159. *mandere, (mandi), mansum*, mascar, masticar.

160. *prehendere* (et *prendere*), *prehendi, prehensum*, agarrar, asir, prender.

161. *scandere, scandi, scansum*, subir; *a-scendere, a-scendi, a-scensum*, cet.

162. [*fīdere*, n. **114.**]

Excipe 2.° Ex verbis in **do** faciunt **i, s-sum** (*s* duplici):

163. *findere, fĭdi, fissum*, hender.

164. *pandere, pandi, passum*, raro *pansum*, desplegar, extender; sed *dispandere, dispandi, dispansum*.

165. *scindere, scĭdi, scissum*, rasgar; pro supino verbi *abscindere* adhibetur *abscīsum* a verbo *abscīdo*; pro praet. et sup. verbi *excindere, excīdi, excīsum* ab *excīdo*.

166. *sīdere*, [4] *sēdi (sīdi), sessum*, posar, sentarse: *assīdo, assēdi, assessum*, cet. Cf. v. **32**.

1 *Pectĭtus* apud unum Columellam.

2 Ab inusit. *cando*.

3 Derivationes hujus supini etiam cum duobus *s (ss)* in optimis mss. inveniuntur: cf. DEECKE, *Erlaut.* p. 125, n. 19.

4 Pro * *si-s (e) d-ere*.

167. *frendere* (et *frendēre)*, *fressum* et *fresum* sine praet., rechinar de dientes.

168. *NB. Cedere* singulare est: *cessi*, *cessum*, dar lugar, ceder [*discedere*, cet.

169. item *rudere (rŭdivi)*, rugir, rebuznar].

Excipe 3.° Ex verbis in **do** faciunt cum **reduplicatione** praeteritum:

170. *ad-dere*, *ad-dĭdi*, *ad-dĭtum*, acrecentar, añadir: cf. v. 1; eodem pacto cetera composita ex *do* et praepositione monosyllaba [*abdere*, *condere*, *dedere*, *edere*, *indere*, *perdere*, *prodere*, *reddere*, *tradere*, *ven-dere*]; sed *abs-con-dere* facit *abscondi*, raro *abscondidi*, *absconditum*.

171. *credere*, *credidi*, *creditum*, creer.

172. *cădere*, *cecĭdi*, *cāsum*, caer; composita supino carent, ut *concĭdo*, *concĭdi*, sed habent *occĭdo* et *recĭdo: occasum*, *recāsum*, et raro *incĭdo*.

173. *caedere*, *cĕcīdi*, *caesum*, cortar, herir: *abscīdo*, *abscīdi*, *abscīsum;* [1] *concīdo*, *concīdi*, *concīsum*, cet.

174. *pendere*, *pependi*, *pensum*, pesar; *appendo*, *appendi*, *appensum*, cet. Cf. *pendeo*, v. 22.

175. *tendere*, *tetendi*, *tentum* (et *tensum)*, extender; [sic *extendere* et *retendere:* cetera] composita in *tum* generatim exeunt, demptis *detensum* et *ostensum; portendere* supino caret, presagiar. [2]

176. *tundere* (*tutŭdi*, *tūsum* et *tunsum*), golpear, tundir: *contundere*, *contŭdi*, *contusum*, cet. [*retundere*, *rettudi* (*retudi*), *retusum*, embotar.] [3]

150 Verborum in **t-o**, *c* non praecedente, haec sunt praeterita et supina:

177. *metere*, *(messui)*, *messum*, segar.

178. *mittere*, *misi*, *missum*, enviar. [4]

179. *petere*, *petivi*, *petitum*, pedir, demandar, pretender: n. 117, *NB.* 1. *Repeto.*

1 «Rarum est ante Liv. Illo usi sunt Plaut. semel, Varro semel, Cic. semel, Lucr. ter, Caes. ter, Verg., Hor., Ov. semel quisque.» Thes. L. L.

2 *Ostentum* et *portentum* substantiva sunt.

3 *pēdere*, *pepēdi*, *pēditum*, ventosear. Deecke.

4 Apud priscos etiam *mito*, *missi (meissi)*.

180. *sistere*, (raro *stĭti*), *stătum*, colocar, (hacer) parar; [1] *desistere*, *destĭti*, *destătum* cum ceteris (intransitivis), [2] dempto *circumsistere*, *circumstĕti*: cf. v. **211**.

181. *stertere*, *stertui*, sine supino, roncar.

182. *vertere*, *verti*, *versum*, volver, revolver. *Devertor*, me desvío, tuerzo (el camino) et *revertor*, raro *reverto*, vuélvome, *deverti*, *reverti*, raro *reversus sum* [*praevertor* est deponens, cum significat «me aplico preferentemente», raro in alia significatione].

5. *Verba in* l-o, m-o, n-o, r-o *seu liquida et nasalia*

151 I. Ex verbis liquidis et nasalibus faciunt praeteritum cum **reduplicatione**, supinum in **sum**:

183. *currere*, *cucurri*, *cursum*, correr; composita *cucurri* interdum, *curri* saepius habent [*accurro*, *decurro*, *excurro*, *incurro*, *occurro*, *procurro*, *percurro*, *recurro*] praeter *intercurro* et *succurro*, quae primam non geminant: *praecurro* facit *praecucurri* saepius.

184. *fallere*, *fefelli*, *falsum*, engañar; *refellere*, *refelli*, sine sup., refutar.

185. *pellere*, *pepŭli*, *pulsum*, arrojar, empujar: *expellere*, *expŭli*, *expulsum*, cet. [*repellere*, *reppuli (repuli)*, *repulsum*, rechazar.]

186. *cănere*, *cecini*, sine supino, cantar: ex compositis *concĭno*, *occino (occano)* et *praecino* faciunt **ui** in praeterito, *concinui*, cet.; reliqua etiam praeterito carent.

II. Ex verbis liquidis et nasalibus faciunt praeteritum in **i**, supinum in **tum** aut **sum**:

187. *ĕmere*, *ēmi*, *emptum*, comprar: *co-emere*, *co-emi*, *co-emptum;* cetera composita sumunt *i* pro *e* in praesente, ut *adimere*, *adēmi*, *ademptum*, quitar.

188. *per-cellere*, *per-cŭli*, *per-culsum*, herir (en el ánimo).

189. *ex-cellere (excellui)*, sine supino, sobresalir [*ante-cellere* et *prae-cellere*, aventajarse, sine praet. et sup.; dicitur etiam *antecellēre*, *excellēre*.]

1 Raro sensu neutro «colocarse, estar quedo, parado», praet. *stĕti*.
2 *Consisto*, *exsisto*, *insisto*, *resisto*.

190. *tollere, sustuli, sublatum,* levantar: n. 128, II; *extollere* praeteritum et supinum desumit ab *efferre: extuli, elatum.* [1]

191. *vellere, velli,* raro *vulsi, vulsum,* arrancar; *convellere, convelli, convulsum* [*avellere* et *evellere* raro etiam *avulsi* et *evulsi*].

192. *verrere (verri), versum,* barrer, escobar.

193. *psallere, psalli,* sine supino, tocar (un instrumento de cuerda).

III. Ex verbis liquidis et nasalibus faciunt **ui, tum** aut **itum**:

194. a) *alere, alui, altum (alitum),* alimentar; *altus,* alimentado; alto, profundo.

195. *colere, colui, cultum,* cultivar, labrar, respetar, morar.

196. *consulere, consului, consultum,* consultar, aconsejarse: *consultus,* docto, entendido. Cf. n. **221**, IV, et **144**, I, a).

197. *oc-culere, oc-cului, oc-cultum,* ocultar.

198. *serere (serui, sertum* in compositis), trenzar, enlazar, ut *inserere, inserui, insertum,* meter dentro, enhebrar: *serta,* guirnalda, guirnaldas; [2] *dis-sero* caret supino: *di-sertus,* diserto, facundo, elocuente.

199. b) *fremere, fremui (fremitum),* rugir sordamente.

200. *gemere, gemui (gemitum),* gemir.

201. *gignere, genui, genitum,* engendrar. [3]

202. *molere, molui, molitum,* moler.

203. *pōnere, pŏsui, pŏsitum,* poner; *postus, compostus, repostus,* cet. apud poëtas pro *positus,* cet. [4]

204. *vomere, vomui, vomitum,* vomitar.

205. c) *tremere, tremui* sine supino, temblar, tremer.

206. [*furere* caret praet. et sup., enfurecerse, estar furioso: pro praet. adhibetur *insanivi.*]

IV. Faciunt **vi, tum,** *n* extrito post *r*, *r* autem locum mutante per metathesim:

207. composita ex *cernere (crē-vi),* [5] cerner (cernir), ut *decernere, decrevi, decretum,* determinar, resolver: [ita *discernere, ex-*

1 *Eos laudibus in caelum* EXTULIT in praesente ita est: *eos laudibus* EFFERT, *eos laudibus* EXTOLLIT: Cic. *de Harusp. r.* 22, 47.

2 *Sertae coronae,* Lucan. 10, 164; *lorīcae sertae.*

3 *Gi-gn-ere* = * *gi-g (e) n-ere.*

4 *Posīvi, imposīvi,* cet, sunt comicorum.

5 Spectat ad rem judicialem *hereditatem crevi,* acepté la herencia.

cernere, secernere. Cum *videre (perspicue)* significat, caret praet. et sup. [1].

208. *linere, lēvi, litum*, poëticum, untar: saepius *illinere*, cet. [2]

209. *quaerere*, [3] *quaesivi, quaesitum*, buscar, preguntar: *conquirere, conquisivi, conquisitum*, cet.

210. *sĕrere, sēvi, sătum*, sembrar; [4] *inserere, insēvi, insĭtum*, injertar, plantar, cet.

211. *sinere, sīvi, sĭtum*, dejar, consentir: *sĭtus*, sito, situado; *desinere, desii, desitum*, cesar; pro *desii* saepe dicitur *destiti* [et cum verbis passivis *desitus sum*, cf. n. **133**, *NB.* 2 [5]].

212. *spernere, sprevi, spretum*, despreciar.

213. *sternere, stravi, stratum*, derribar, cubrir extendiendo.

214. *tĕrere, trīvi, trītum*, gastar con el roce, pisar, trillar, majar.

V. Cetera **mo, no, ro** finita faciunt **si, tum**, ut *cōmere, comp-si, comp-tum*, aderezar, aliñar, *temnere, tempsi, temp-tum*, menospreciar, *gerere* (pro * *gesere), ges-si, ges-tum*, traer a cuestas, ejercer (un cargo).

[Sic *dēmo*, quito, siso (de algo), *dempsi, demptum, prōmo*, saco, *prompsi, promptum (depromo), sūmo*, tomo *(desumo*, cet.), *contemno*, desprecio, usitatius quam simplex, *uro*, quemo, *us-si, us-tum (aduro, comburo*, cet.)]. At *premo*, aprieto, facit *pres-si, pres-sum (opprĭmo*, oprimo, *oppressi, opressum*, cet.).

6. *Verba in* so *et* sco *non inchoativa*

152 I. In so (xo):

215. [*depsere, depsui, depstum*, amasar, heñir.

216. *pinsere, pinsui* vel *pinsi, pinsitum* vel *pinsum*, moler (en almirez o mortero), triturar: etiam *pisere, pistum*.]

217. *texere, texui, textum*, tejer.

218. *vīsere, vīsi, vīsum* (quod est a *videre)*, visitar.

1 Participium *cer-tus* = * *critus* (cf. *crī-brum*, criba, harnero, *crīmen, dis-crīmen)* adjectivum factum est: «cierto, resuelto».

2 *(Līvi;)* recentiores usurpant etiam *linīre; circumlinio* apud Quintil. *Ob-lĭtus*, embadurnado, *oblītus*, olvidado.

3 Pro *quaes-re*, cf. *quaesumus*.

4 *Sero* pro * *se-so* cum reduplicatione radicis *sa (să-tum). Conseruisset* pro *consevisset* ap. Liv. 10, 24, 5 παράγραμμα est sive lapsus transcribentis.

5 *Sīrim, sīris, sīrit, sīrint*, pro *sīverim*, cet.; nunquam tamen *desirim* pro *desierim*.

II. Verba in **esso** faciunt praeterito **ivi**, supino **itum**, ut *arcesso, arcessīvi, arcessītum,* llamar, mandar venir: etiam dicitur *accerso, accersivi, accersitum*. Sed praesens infiniti passivi est aliquando *arcessīri*.

[Sic *capesso* (a *capio*), *capessivi, capessitum*, tomo (sobre mí un encargo), *facesso* (a *facio*), *facessivi* vel *facessi, facessitum*, ejecuto, *lacesso, lacessivi, lacessitum*, provoco. [1]

219. Excipe *incessere, incessivi* vel *incessi*, sine supino, acometer. [2]

III. Verba in **sco** in quibus **sco** ad radicale pertinet, sunt haec supino carentia:

220. *compescere, compescui*, refrenar, reprimir.
221. *discere, didici*, aprender: *addiscere*, cet., *addidici*, servata reduplicatione.
222. *dispescere (dispescui)*, separar. [3]
223. *poscere, poposci*, demandar, requerir: *deposco*, cet., *depoposci* cum reduplicatione.

7. *Verba inchoativa*

153 I. Inchoativa verba ea sunt quae rem quidem incoeptam significant, ut *calesco*, i. e. *calidus fio, frigesco, frigidus fio*. Dividuntur in verbalia et nominalia: i. e. vel a verbis, plerumque secundae conjugationis, deducuntur, vel a nominibus, plerumque adjectivis.

Verbalia fiunt suffixo **sco** addito characteristicae verborum, ut *laba-sco*, comienzo a vacilar, *cale-sco, obdormi-sco*, interjecto *i* in tertia, ut *ingem i-sco*, a *labare, calere, obdormire, ingemere*. Nominalia vero exeunt in **esco**, raro in **asco**, ut *matur-esco, mit-esco, repuer-asco*, a *maturus, mitis, puer*.

1 Ab inusit. *lacio*.

2 In locutionibus *cura*, cet. *incessit homines, animos*, praeteritum est verbi *incedo*, cujus tamen praesens in hac significatione non usurpatur. *Incipesso*, comienzo, priscum, ab *incipio*, et *petesso*, procuro, priscum, a *peto*, praeterito et supino carent.

3 *Dispestus* (?) apud Apulejum. PAUL. FEST. *dispescere*, inquit, *est proprie pecus a pastione deducere, ut compescere una pascere*. Cf. THES. L. L., *compesco*, et RIEMANN-GOELZ. I, n. 574, *adn*.

NB. Pluribus additur praepositio, ut *ir-rauc-esco*, a *raucus*, *ex-arde-sco*, ab *ardeo*, non vero *exardeo*.

II. Inchoativa verbalia a) praeteritum mutuantur ab iis unde nascuntur, ut *incalesco*, voy tomando calor, *incalui*, a *caleo*, *calui* [*illucescit*, *illuxit*, a *luceo*, *luxi*; *deliquesco*, *delicui*, a *liqueo*].

b) Nonnulla habent etiam supinum verborum a quibus deducuntur, videlicet:

224. *coalescere*, *coalui*, *coalitum*, crecer juntamente: partic. praet. *coalitus*, que creció juntamente. [1]

225. *concupiscere*, *concupīvi*, *concupītum*, apetecer, a *cupio*.

[226. *convalescere*, *convalui*, *convalitum*, convalecer, a *valeo*.

227. *exardescere*, *exarsi*, *exarsum*, inflamarse, ab *ardeo*.

228. *inveterascere*, *inveteravi*, *inveteratum*, envejecer; *inveteratus*, inveterado. [2]

229. *obdormiscere*, *obdormīvi*, *obdormītum*, adormecerse, a *dormio*.

230. *reviviscere*, *revixi*, *revictum*, revivir, a *vivo*.]

[c) Pauca habent praeteritum, quo videntur carere primitiva, ut

231. *arescere*, *arui*, secarse, ab *areo*.

232. *rigescere*, *rigui*, aterirse, pararse tieso o yerto de frío, a *rigeo*.

233. *senescere*, *senui*, cujus in loco adhibetur rectius *consenui*, a *consenescere*, envejecer, a *seneo*.]

III. Ex inchoativis nominalibus nonnulla quae ab adjectivis secundae deducuntur, faciunt praeterito *ui* sine supino, ut *obmutesco*, *obmutui*, a *mutus*; *percrebresco*, *percrebrui*, a *creber* [(*percrebesco*, *percrebui*). Adde *evilesco*, *evilui*, a *vilis*. Facit *irraucesco irrausi*, a *raucus*. Cetera ab adjectivis in *is*, ut *ingravesco*, et multa ab adjectivis in *us* praeteritis carent.

NB. *Vesperascit* facit *vesperavit*; *advesperascit*, *advesperavit*, a *vesper*; reliqua a substantivis deducta prorsus destituuntur praeterito, ut *silvesco*.]

154 Aliqua sic sunt inchoativa, ut propriam significationem amiserint, aut oriantur e primitivis quae jam obsoleverunt:

234. *adolescere*, *adolevi*, crecer, quemarse [sic *abolesco*, *exolesco*,

1 Derivatio hujus compositi et simplicis *alesc-ere* ab *al-ere* est anomala, nisi forte oritur ab **alēre*: cf. DEECKE, *Erläut.* p. 223, n. 33.

2 *Vetero* et *veterasco* non invenies apud optimos auctores.

inolesco, *obsolesco*; [1] *adultus*, adject. crecido; *exoletus*, *obsoletus*, anticuado: cf. *aboleo*, v. 58.]

235. *crescere*, *crevi*, *cretum*, crecer [*concresco*, cet.; part. praet. *cretus*, maximeque *concretus*.

236. *fatiscere*, henderse, fatigarse, sine praeterito et supino: *fessus*, cansado, adject.; *defetiscor*, *defessus sum*, me canso.

237. *gliscere*, arder (sin echar llama), difundirse, sine praet. et sup.

238. *hiscere*, abrir la boca, sine praet. et sup.

239. *noscere* cum compositis, n. **133** et *NB.* 3].

240. *pascere*, *pavi*, *pastum*, apacentar; *pasci*, deponens, pacer, intrans., n. **113**, *NB.* 4.

241. *quiescere*, *quievi*, *quietum*, descansar, reposar.

242. *sciscere*, *scivi*, *scitum*, ordenar, a *scio*: *descisco*, me paso, me retiro.

243. *suescere*, *suevi*, *suetum*, habituarse [partic. *suetus*, habituado: *assuescere*, *assuevi*, *assuetum*, acostumbrarse, et cum significatione transitiva «acostumbrar a uno» [2]].

8. *Verba in* io.

155 Verba in *io* tertiae, n. **112**, praeteritum et supiuum formant, fere *i* rejecto:

244. *allicere*, *allexi*, *allectum*, atraer con halagos: sic *illicere* et *pellicere* ab obsoleto *lacio*; sed *elicere*, sacar fuera, facit *elicui*, *elicitum* [*prolicere* est sine praeterito et sup.]

245. *aspicere*, *aspexi*, *aspectum*, mirar; sic *conspicere* cet., divisar [ab exoleto *specio*, unde *specto*.

246. *căpere*, *cēpi*, *captum*, tomar: *recipere*, *recepi*, *receptum*, recibir, cet]

247. *cupere*, *cupīvi*, *cupītum*, apetecer, desear.

248. *făcere*, *fēci*, *factum*, hacer [tanquam passiva adhibetur *fīo*, n. **132**]: *perficere*, *perfeci*, *perfectum*, acabar; eodem pacto cetera composita cum praepositione; at composita cum aliis particulis servant *a*, ut *calefacere*, *calefeci*, *calefactum*, calentar, *satisfacere*, *satisfeci*, *satisfactum*, satisfacer.

249. *fŏdere*, *fōdi*, *fossum*, cavar.

1 Obscurior est horum compositio verborum: alii ex insolenti *oleo*, crezco, composita volunt, alii ab *alescere*.

2 *Suemus*, a *sueo*, obsolevit.

250. *fŭgere, fūgi,* raro *fugiturus,* huir.

251. *jăcere, jēci, jactum,* arrojar, lanzar: *conjicere, conjeci, conjectum,* cet. [1]

252. *parere, peperi, partum,* dar a luz, adquirir, ganar, lograr *(laudem sibi peperit):* partic. fut. *pariturus; partus, a, um,* alcanzado [a *pariens* diversum est *parens,* el padre, la madre, pl. *parentes,* los padres].

253. *quatere,* sine praeterito, *quassum,* sacudir, est poëtarum et sequiorum; composita faciunt - *cutio,* - *cussi,* - *cussum,* ut *concutere, concussi, concussum,* estremecer.

254. *rapere, rapui, raptum,* arrebatar: *arripere, arripui, arreptum,* cet.

255. *sapere, (sapivi),* sine sup., tener sabor, tener juicio: [*sapiens,* que sabe, sabio;] composita, ut *desipere,* carent praeterito [*resipivi,* est a *resipisco* [2]].

9. *Verba deponentia*

156 A. *Exeuntia in* scor:

256. *adipisci, adeptus sum,* alcanzar. [3]

257. *comminisci, commentus sum,* considerar, rumiar [*reminisci,* acordarse, sine participio praet., ab inusitato *meniscor*].

258. *expergisci, experrectus sum,* despertar. [4]

259. *irasci,* airarse; pro praeterito adhibetur *succensui* vel *suscensui; iratus sum,* estoy airado.

260. *nancisci, nactus* et *nanctus sum,* alcanzar, hallar acaso.

261. *nasci, natus sum,* nacer: particip. futuri *nasciturus.*

262. *oblivisci, oblitus sum,* olvidarse.

263. *pacisci, pactus sum,* pactar, ajustar un contrato; [*compacisci* vel *compecisci, compactus* vel *compectus sum:* cf. v. 148.]

264. *proficisci, profectus sum,* partir(se), ir.

265. *ulcisci, ultus sum,* vengar.

266. *vesci,* comer, caret participio praeteriti.

1 Composita ex praepositione disyllaba vel *a* servant, vel mutant in *i,* ut *circumjacio* et *circumjicio.* Pro *ji* scribitur saepe a doctis unum *i: abicio, eicio, subicio,* cet. *Porricio* obsolevit.

2 *Resipui* apud Cic. *Att.* 4, 5, 1.

3 Componitur ex *apiscor, aptus sum,* quod oritur a prisco *apio, āpi, aptum, apere,* enlazar. *Indipiscor, indeptus sum.*

4 Partic. obsoletum *expergĭtus.*

B. *Aliter exeuntia:*

267. *amplecti, amplexus sum,*
268. et *complecti, complexus sum,* abrazar: n **115.**
269. *frui,* raro *fructus vel fruitus sum,* gozar; partic. futuri *fruiturus.*
270. *fungi, functus sum,* desempeñar; *vitā functus, defunctus,* muerto.
271. *grădi, gressus sum,* andar, caminar: *congrĕdi, congressus, sum,* caminar juntamente, combatir; cet.
272. *lābi, lapsus sum,* deslizarse, resbalar.
273. *līqui,* derretirse, sine participio praet.
274. *loqui, locutus sum,* hablar: *collŏqui.*
275. *mori, mortuus sum,* morir; participium fut. *moriturus.* [1]
276. *nīti, nixus* vel *nisus sum,* estribar: *inniti,* cet.
277. *pati, passus sum,* padecer: *perpĕti, perpessus sum.*
278. *queri, questus sum,* quejarse: *conquĕri.*
279. [*ringi,* rechinar de dientes, rifar (los perros), sine partic. praet.]
280. *sequi, secutus sum,* seguir.
281. *ūti, ūsus sum,* usar: *abūtor,* uso mal.

IV. Quarta conjugatio

157 Verba quartae conjugationis addunt **vi, tum** characteristicae *i* radicalis, ut *audi-re, audi-vi, audi-tum, condi-re, -vi, -tum,* adobar, *muni-re, -vi, -tum,* fortificar.

Excipiuntur 1.m Faciunt **i, tum,** amisso *i* characteristico:

282. *haurire* (pro *hausire, hausi, haustum,* sacar (un líquido): part. fut. *hausturus* vel *hausurus: exhaurio,* agoto.
283. *vĕnire, vēni, ventum,* ir, venir.
284. *reperire, repperi, (reperi), repertum,* hallar; sic *comperire,* raro deponens.

Excipiuntur 2.° Faciunt **si, tum,** rejecto *i* characteristico:

285. *farcire, farsi, fartum,* embutir, envasar recalcando: *refercire, refersi, refertum,* rellenar, rehenchir, cet.

1 *Morīri* apud Plautum, et apud Ovidium (?) *M.* 14, 215.

286. *fulcire, fulsi, fultum*, reforzar, sostener.
287. *sancire, sanxi, sanctum (sancitum)*, sancionar.
288. *sarcire, sarsi, sartum*, conservar en buen estado, reparar: *sarta tecta*, edificios, construcciones en buen estado; antiquitus *sarta et tecta*.
289. *saepire, saepsi, saeptum*, cercar.
290. *vincire, vinxi, vinctum*, atar.
291. *sentire* facit *sensi, sensum*, sentir; *assentire*, et frequentius *assentiri*, asentir, consentir (con otro).

Excipiuntur 3.° Faciunt **ui**, **tum**, item *i* characteristico expulso:

292. *amicire (amicui, amictum)*, vestir. [1]
293. *aperire, aperui, apertum*, abrir; sic *operire*, cubrir.
294. *cire, cīvi, cĭtum*, v. 59.
295. *salire, salui* [2] *(saltum)*, saltar: supinum et derivata fere desumuntur a *saltare; desilire, desilui, desultum*.
296. *sepelire* facit *sepelivi, sepultum*, sepultar.

Excipiuntur 4.° Carent praeterito et supino aliqua intransitiva ab adjectivis derivata, ut *superbire*, ensoberbecerse; item verba in *ŭrio*, quae dicuntur desiderativa, ut *dormiturio*, tengo ganas de dormir. [3]

Excipiuntur 5.° haec verba deponentia:

297. *assentiri, assensus sum*, cf. v. **291**.
298. *experiri, expertus sum*, intentar, experimentar,
299. [et *opperiri, oppertus* (et *opperītus) sum*, aguardar.]
300. *metiri, mensus sum*, medir: cf. n. **115** extr.
301. *ordiri, orsus sum*, comenzar.
302. *oriri, ortus sum*, nacer, provenir; part. fut. *oriturus*, gerundivum *oriundus*, oriundo. In praesente indicativi flectitur ut tertiae: *orĕris, orĭtur, orĭmur;* in imperfecto subjunctivi aliquando *orĕrer*, tertiae, saepius *orīrer* *Adorior* facit *adorīris, adorītur, adorĭmur*, cet.

NB. 1. Dicitur *partiri*, partir (= dividir en partes), raro *partire;* at *dispertire, impertire* (vel *impartire)* crebrius quam *dispertiri*,

1 *Amixi* Apulej.
2 Nonunquam *i i* pro *ui* extra primam pers.
3 Apud Plin. *esurisset*; apud Ter. *esuriturus*. Aliquando haec verba dicuntur meditativa.

impertiri; puniri, castigar, apud Ciceronem, apud alios fere *punire*. Cf. n. **113**, *NB.* 4.

NB. 2. Aliquando invenitur *potĭtur*, *potĭmur*, et *potĕrer*, cet. a *potiri*, maxime apud poëtas.

CAPUT XI. DE PARTIBUS ORATIONIS DECLINATIONIS EXPERTIBUS

I. Adverbiorum genera

(Cf. Synt. c. XVI, § II)

158 . Adverbium est pars orationis quae verbis, participiis, adjectivis, aliquando ipsis adverbiis additur, eorumque significationem explanat ac definit, ut *raro loquitur, vehementer iratus, bene peritus, parum diligenter.*[1]

Adverbiorum varia sunt genera et significationes:

1.m Affirmandi et negandi, ut *sane*, sin duda, *minime*, no ciertamente.

[*Certe*, *nē (nae)*, sin duda, *nimīrum* (a *ne-mirum*), ciertamente, *profecto* (a *pro-facto*), en verdad, *scīlicet*, *vidēlicet* (pro *scire licet*, *videre licet*), a la verdad, en verdad, *haud (haut)*, *non*, no, *immo* (ab *imus*), al contrario, y aun antes bien, *nequaquam*, *haudquaquam*, *neutiquam*, de ningún modo, *nequiquam* seu *nequicquam*, *frustra*, en vano.

NB. Ad adverbia confirmandi referuntur particulae demonstrativae *en*, *ecce*, pro **en-ce*, ved aquí.]

2.° Dubitandi et interrogandi, ut *forsitan*,[2] acaso, *cur* (contractum ex *quare*), por qué? [*forsan*, *fortasse*, *fortassis*, tal vez, acaso, quizá, *an*, *ne*, *num*, *numquid*, *utrum*, acaso?, por ventura?, *nonne*, ¿por ventura no?, *quomodo*, cómo? *quare*, por qué? et alia composita ex pronominibus, ut *quamobrem* vel *quam ob rem*, por qué? *quemadmodum* vel *quem ad modum*, cómo?

1 Adverbia a grammaticis ita dicta sunt, quia verbis potissimum adhaerent.

2 A *fors sit an; forsan* contractum ex *forsitan*.

NB. In orationibus subjectis seu dependentibus particulae interrogativae vices agunt conjunctionis. [1]]

3.° Respondendi affirmative, ut *etiam*, *ita*, sí [*maxime*, exactamente, justamente, *quidni?* cómo no?]

4.° Quantitatis et comparationis, ut *multum*, mucho, *parum*, poco, *plus*, más [*plurimum*, *minus*, *minimum* cet.; *satis* et *sat*, bastante, *nimis* et *nimium*, demasiado, *vix*, apenas, *valde* pro *valide*, muy, *fere*, *ferme*, *propemodum*, casi].

5.° Numeralia, n. **91**.

6.° Ordinis, n. **92**, II.

7.° Modi, qualia sunt:

a) multa derivata in *ē*, *ō*, *ĭter*, *ter*, *ātim*, *tim;* ut *certe*, ciertamente, a lo menos, *certo*, de cierto, con toda certeza: *certo scio; fortiter*, fuertemente, *catervatim*, en pelotones, *furtim*, a hurtadillas [*pariter*, juntamente, *separatim*, por separado, *oscitanter*, bostezando, remisamente; cet.] [2]

b) neutra terminatio nonnullorum adjectivorum, ut *facile*, fácilmente [*impune*, impunemente, *recens*, recientemente, *sublime*, en lo alto; praeterea in *um* et in *a*, poëtarum propria, n. **396**];

c) ablativus aliquorum substantivorum, ut *vulgo*, comúnmente, generalmente, *forte*, por casualidad [*rite* (a *ritu*), debidamente, según las reglas, *jūre meritoque*, justa y merecidamente];

d) similitudinis et diversitatis, ut *aeque*, *perinde*, igualmente [*ceu*, *quasi*, como, *ita*, *sic*, así, *aliōqui* (*aliōquin*), de otra manera, en otro concepto, *aliter*, *secus*, de otra suerte, *contra*, al contrario].

8.° I. Demonstrativa loci:

a) ubi res invenitur, sive adverbia quae situm indicant, et respondent quaestioni **ubi**, en donde, ut *hic*, aquí (donde yo estoy), *istic*, ahí (donde tú estás), *illic*, allí (donde él está), *ibīdem*, en el mismo lugar, (aquí, ahí) allí mismo.

b) quo itur, sive adverbia quae significant locum ad quem et in quem tenditur, et respondent quaestioni **quo**, adonde; ut *huc*,

1 *Eadem vox diversa significatione et adverbium et conjunctio esse potest, ut* quare, quamobrem: *quae adverbia sunt interrogandi, cum interrogationi, conjunctiones vero, cum conclusioni serviunt. Quae cum ita sint, ne de formis sive vocabulis conjunctionum sint solliciti qui tirones docent. Satis enim est conjuntionem communi vocabulo nominare, interdum etiam particulam* ALV. n. 427.

2 Adverbia magis antiqua in *e* atque in *o* sunt ablativi secundae declin., ut * *certĕ-ĕd* = * *certēd*, n. **472** *d* in fine. Cf. LAURÁND, VI, nn. 250-251.

acá, *istuc* vel *istō*, (hacia) ahí, *illuc* vel *illo*, allá; *eodem*, al mismo punto;

c) unde venitur, sive adverbia quae originem notant, et respondent quaestioni **unde**, de donde; ut *hinc*, de aquí, *istinc (istim)*, de ahí, *illinc (illim)*, de allí, *indidem*, del mismo sitio, de (aquí, ahí) allí mismo;

d) qua itur, sive adverbia quae transitum exprimunt, et respondent quaestioni **qua**, por donde, ut *hac*, por aquí, *istac* et *istā* [1], por ahí, *illac* et *illā*, por allí, *eādem*, por (aquí, ahí) allí mismo, por el mismo punto.

[Nota: *foris*, ablat. quaestionis ubi; *foras*, accus. quaest. quo, fuera, afuera; *usquam* (ubi et quo) en alguna parte, a alg. p.; *nusquam* (ubi et quo) en ninguna parte, a ning. p. [2]

II. Correlativa loci:

Interrogativa	Relativa	Indefinita	Demonstrativa
ubi, (en) dónde?	*ubi*, donde	*alicubi*, en alguna parte.	*ibi*, allí
	ubicumque, en cualquier parte que	*ubique* en todas partes	
quo, a dónde?	*quo*, adonde	*(ali)quo*, a alg. p.	*eo*, a aquella parte
	quocumque, *quoquo*, a cualq. parte q.	*quovis*, *quolibet*, a cualquiera parte	
unde, de dónde?	*unde*, de donde	*alicunde*, de alg. p.	*inde*, de allí
	undecumque, de cualq. parte que	*undique*, de todas partes	
qua, por dónde.	*qua*, por donde	*(ali)qua*, por alg. p.	*ea*, por aquella p.
	quacumque, por cualq. parte que.	*qualibet*, por cualquier parte.	

NB. Nonnulla adverbia loci fiunt aliquando temporis, ut *ubi*, luego que, *ibi*, entonces, *inde*, después.]

9.° Temporis, qualia sunt:

a) adverbia simplicia, ut *cras*, mañana [*jam*, ya, *mox*, en seguida, *heri*, ayer, *olim*, ab (*ollus* (?), en otro tiempo, *tum*, luego].

b) adverbia composita 1.m ex ablativo *die*, *diu* et alia voce, v. c. *hodie*, hoy, i. e. *hoc die*, cf. n. **479, 3.ª** [*interdiu*, de día, *perendie*, pasado mañana, [3] *pridie*, el día antes, *postridie*, el día después, *quamdiu*, cuánto tiempo, *cotidie* seu *quotidie*, cada día, diariamente, *tamdiu*, tanto tiempo. His adde *nudius tertius* (*nunc dies tertius*), anteayer, *nudius quartus*, anteanteayer.]

1 Plaut. et Ter.
2 *Nullibi* in aevo sequiore.
3 Cf. Commeleran, *Vocab.*

2.° ex praepositione et ablativo *eā, hac*, ut *antea*, antes, *antehac*, antes de ahora, hasta hoy [*interea*, entretanto, *posteā*, después, *posthac*, en adelante].

3.° ex particulis, ut *dein, inde, deinde*, después [*subinde*, inmediatamente, *interdum*, alguna vez, a (las) veces, *abhinc*, ha tanto tiempo, *dehinc*, luego, *nunc*, ahora, a * *num-ce*, *nuper*, poco ha, a *noviper* aut *nuncper* (?), *quondam*, en algún tiempo, a *quom* = *cum*, *tunc*, entonces, a * *tum-ce*, *vixdum*, apenas, *unquam* sive *umquam*, alguna vez, *nunquam* seu *numquam*, nunca].

II. Adverbiorum comparatio

159 I. Adverbia modi *e, o, ter* finita etiam comparantur, cum eorum adjectiva aut participia comparationis gradus habent.

Adverbia autem comparativa exeunt in *ius*, ut neutra terminatio adjectivi comparativi, superlativa exeunt ut adjectiva superlativa, mutato *us* in *e*, v. g. *juste, justius, justissime* [*eleganter, elegantius, elegantissime; facile, facilius, facillime; acriter, acrius, acerrime; valde, validius* (poët. *valdius*), *validissime*. [1]

Sic *bene* (a *bonus*), *melius, optime; male, pejus, pessime; multum, plus, plurimum*. Sed comparativo *major* respondet adverbium *magis*, más, superlativo *maximus* adverbium *maxime*, sine positivo; *parum (parvus), minus, minime* et tanquam expressio mensurae *minimum*, ut *minimum distat*, dista poquísimo; *deterius, deterrime; ocius, ocissime; potius, potissimum; prius, primum* et *primo*; [2] *nove, novissime; prope, propius, proxime*, cet., n. 89, I.]

II. Etiam nonnulla adverbia maxime temporis comparantur:
diu, largo tiempo, *diutius, diutissime*.
[*saepe*, muchas veces, *saepius, saepissime*.
sĕcus, de otro modo, *sēcius: non, nihilo secius*, ni menos por eso.
temperi (tempori), a tiempo, *temperius*.
nuper, ha poco, *nuperrime*.]

1 *Tute, tutius, tutissime;* a *tuto, tutissimo;* a *merito, meritissimo* et *meritissime*.

2 Acc. et abl. neutri. Sic *ultimum* et *ultimo, postremum* et *postremo*, cf. n. 92, II. *Summe*, sumamente, en el más alto grado, *summum*, a lo más, cuando mucho, *supremum*, por la última vez, en último lugar (raro).

III. De praepositione. Praepositiones accusativi. Praepositiones ablativi

(Cf. nn. **433 - 443** et **444 - 446**)

160 Praepositio est pars orationis quae substantivo fere anteponitur, ad aliquod adjunctum (circunstantia) alterius partis orationis perspicue significandum; ut *non sum* APUD *me* PRAE *iracundia*.

NB. Saepe tamen praepositio adhibetur cum alio verbo conjuncta, tanquam adverbiale praefixum; ut PRAESTAT *millies mori, quam Deum vel levissime offendere.* [1]

I. Accusativo serviunt:

ad, a, junto a: *pugna ad Cannas*, de C.
adversus vel *adversum*, contra.
ante, delante de, antes de.
apud, junto a, en casa de.
circa, cerca de, alrededor de.
circĭter, cerca de, si sermo est de tempore.
circum, alrededor de.
cis et *citra*, del lado de acá de, aquende: *cis* vel *citra flumen*.
contra, contra, enfrente de: *Carthago fuit contra Italiam*.
erga, para con.
extra, fuera de, excepto.
infra, debajo de.
inter, entre.
intra, dentro de.
juxta, cerca de, junto a.
ob, por (causa de), delante de: *ob oculos*, a la vista.
penes, en poder de.
per, por, por medio de, atravesando.
pone, detrás de.
post, después de.
praeter, excepto, fuera de.
prope, cerca de: *prope urbem*. At saepe dicitur *prope ab (urbe)*.
propter, por (causa de), cerca de.
secundum, según, conforme a, inmediatamente después de, a lo largo de: *secundum flumen*.
supra, sobre, encima de.
trans, allende, al otro lado de.
ultra, al otro lado de, más allá de: *ultra vires*.
versus, hacia, quae accusativo postponitur: cf. n. **227**, I, *NB.* 1.

1 *Fiunt denique barbarismi tenore, cum accentu alio pro alio utimur, ut si praepositiones a suis casibus separemus, easque tenore acuto vel inflexo pronuntiemus, ut* ăd eum, ăb illo, ă quibus, circum litora; *cum gravi accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronuntiandae sint, tanquam si una esset vox.* ALV. n. 428. Cf. n. **14** in ima pag. 17.

NB. [*Exadversus*, delante de, rara est. *Secus*, junto a, et *versum* pro *versus* non sunt apud optimos scriptores.[1]] *Usque*, hasta, conjungitur cum *ad*, *in* et *ab*. Sola cum accus. est aetatis sequioris, ut *usque pedes* pro *usque ad pedes*.

II. Ablativo gaudent:

a, *ab*, *abs*, por.
coram, delante de, en presencia de.
cum, con.
de, de, desde, acerca de.
e, *ex*, de (dentro de).
prae, delante de, por (causa de); *prae me beatus*, feliz en comparación de mí, comparado conmigo.
pro, por=en (a) favor de, delante de, en lugar de.
sine, sin.[2]
tenus, hasta, quae suo casui postponitur, ut *Tauro tenus*.

Cum etiam tum IN *lecto Crassus esset, et* APUD EUM *Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet* CUM COTTA IN *porticu, repente eo Q. Catulus senex* CUM C. JULIO *fratre venit.* Cic. *de Or.* 2, 3, 12.

NB. 1. *Absque* [particula est peculiari usu a Plauto et Terentio adhibita,] pro praepositione *sine* in sermonem urbanum recepta non est ante alterum post Christum saeculum. Cf. n. **445**, II.[3]

NB. 2. *Cum* postponitur semper, tanquam enclitica, pronomini personali et reciproco; saepe relativo et interrogativo: *mecum*, *nobiscum*, *secum*, *quocum*, *quacum*, *quibuscum;* at etiam *cum quo*, *cum quibus* [apud poëtas praesertim. *Mecum et cum P. Scipione*].

NB. 3. *Tenus* genitivo nonnunquam adhaeret fere apud poëtas, ut CRURUM *tenus*. Verg. CORCYRAE *tenus*. Liv.

161 I. **A** consonantibus praeponitur. *A tergo*, por la espalda. Cic. *Phil.* 3, 13.

II. **Ab** praeponitur 1.° vocalibus. *Effice ut* AB *omnibus et laudemur et amemur.* Cic. *Att.* 1, 15.

2.° Etiam consonantibus. AB *nullo ille liberalius quam a Cluentio tractatus est.* Cic. *Cluent.* 59, 161. *Qui (Dejotarus) filius rex* AB *senatu appellatus est.* Id. *Att.* 5, 17, 3.

[Praecipue *l*, *r* et *j* praeponitur, ut *ab legatis*, *ab Romanis*, *ab Jove*.]

1 *Secus* (?) *fluvios* Plin. 24, 15, 85, et *secus* (?) *viam* Quintil. 8, 2, 20 hodie jure legitúr *secundum:* cf. KÜHNER 2, p. 391.

2 *Se* pro *sine* in XII Tab. Cf. GELL 20, 1, 49.

3 FRONTO, PS. SALL. *in Tull.*, APUL., GELL.; at CIC. *Att.* 1, 19, 1 recte nunc legitur *sine*, semel QUINTIL. 7, 2, 44, sed A in ras. *Thes. L. L.*, vol. 1, col. 185, lin. 78 seqq. Cf. et corrige locum CIC. apud Guardia-Wierzeyski, p. 531, n. 230.

III. **Abs** praeponi potest ablativo *te. O Dave, itan contemnor* ABS *te?* Ter. *Andr.* 492.[1]

[*NB.* Historici, praecipue Livius, liberius utuntur praepositione *ab. Ab classe, ab Carthagine, ab dictatore, ab Gallia, ab Servio, ab Tarquiniis*, cet.]

IV. **Ex** praeponitur vocalibus et consonantibus; **e** solis consonantibus.

IV. Praepositiones accusativi et ablativi.

In adverbium versae

(cf. nn. **237** et **298**)

162 I. Accusativum vel ablativum pro varia significatione postulant *in, sub, super; subter* autem in eadem significatione apud oratores accusativum habet, apud poëtas etiam ablativum: cf. n. **237, 298**. *Eo* IN GYMNASIUM; *sedeo* IN SCAMNO.

II. Praepositio cum casu privatur in adverbium migrat. *Tu adventare et* PROPE *adesse jam debes.* Cic. *Att.* 4, 17, 3.

[Hujus generis sunt *ante* (antes = *antea*), *circa, circiter, contra, coram, extra, infra, intra, juxta, pone, post* (después = *postea*), *prope, propter* (cerca), *subter, super, supra, ultra.*[2] *Id ipsum quod me mones quatriduo* ANTE *ad eum scripseram.* Cic. *Att.* 14, 19, 1. *Sensibus et animo ea quae* EXTRA *sunt percipimus.* Id. *N. D.* 2, 59, 147.]

III. **Ad** in numerando adverbialiter adhibetur sine accusativo, et *circiter* significat, v. g. AD *duo milia et octingenti viri capiuntur.* Liv. 4, 59, 7; son presos unos dos mil, obra de dos mil.

[IV. **Praeter**, sequente aliquando casu qui praecedit, est apud nos «excepto»; v g. *Ceterae multitudini diem statuit* PRAETER *rerum capitalium* CONDEMNATIS. Sall. *C.* 36, 2.]

163 Nonnulla adverbia sumuntur aliquando pro praepositionibus:

1.m Cum ablativo: **palam**, «públicamente, en presencia de»; **procul**, «lejos de», crebrius *procul a;* **simul**, «juntamente», poëti-

1 **Abs** *quivis homine.* Ter. *Ad.* 254, cet. apud comicos.

2 A priscis dicebatur: *I prae* pro *praei.* Ter. *Andr.* 171 [1, 1, 144]; *ire adversum*, ir al encuentro.

cum pro *simul cum*, v. g. *palam populo*, *procul mari*, frequentius *procul a mari*, *simul his* pro *simul cum his*.

2.° **clam**, a escondidas de, cum accus. vel ablat., v. g. *clam patrem*, *clam vobis*.

(*Propius*, *proxime*, n. **228**, *ergo*, n. **240**, III, cet.).

V. De conjunctione

164 Conjunctio est pars orationis adnectens ordinansque verba et sententias sive orationes, v. g. Si *tu* et *Tullia lux nostra valetis*, *ego* et *suavissimus Cicero valemus*. Ubi *et* substantiva conjungit, *si* orationes.

[I. Conjunctiones vel sunt coordinantes vel subordinantes: utraeque multifariam dispescuntur, quarum praecipuae sunt

1.m Coordinantes:

1. Copulativae seu conexivae, ut *et*, *que*, *atque*, *ac*, y; *etiam*, *quoque*, también; *neque*, *nec*, y no, ni.

2. Disjunctivae *aut*, *vel*, *ve*, *sive*, *seu*, o.

3. Adversativae sive oppositae, ut *sed*, *at*, *verum*, *autem*, mas, pero.

4. Causales, ut *nam*, *namque*, *siquidem*, *quandoquidem*, *enim*, *etenim*, pues, puesto que.

5. Collectivae sive illativae sive conclusivae, ut *ergo*, *igitur*, *quare*, *quamobrem*, *quocirca*, *quapropter*, *itaque*, cet., por tanto, por lo cual, luego, y así.

2.° Subordinantes:

1. Temporales, ut *dum*, mientras, en cuanto, en tanto que; *cum* sive *quum*, cuando; *antequam*, *priusquam*, antes que; *postquam*, *posteāquam*, después que; *ubi*, *ut*, *simulatque*, así que, luego que.

2. Condicionales, ut *si*, si, *nisi*, *si non*, si no.

3. Concessivae, ut *etsi*, *quanquam* sive *quamquam*, aunque; *quamvis*, por más que.

4. Causales, ut *quod*, *quia*, *quoniam*, porque.

5. Comparātivae, ut *tanquam* seu *tamquam*, como, como si; *ut*, *sicut*, como.

6. Finales, *ut*, *quo*, para que, *ne* para que no, cet.

7. Consecūtivae, *ut*, que, (de suerte) que, *ut non* (de suerte) que no.

Sunt praeterea subjectivae et objectivae, de quibus omnibus in Syntaxi.]

II. Conjunctiones partim sunt praepositivae, partim subjunctivae, partim mediae.

Praepositivae sive principes sunt, quae in oratione praeeunt, ut *aut*, [*atque*, *at*, *vel*, *neque*, *seu*, *sive*, cet.]

Subjunctivae sive subditae, quae subeunt, ut *que*, *ve*, *ne*, *quidem*, *quoque*, *autem*, *vero*, *enim*.

Communes sive mediae, quae praeeunt et subeunt, ut *ergo*, *igitur*, *itaque*, *equidem*, cet.

VI. De interjectione

165 Interjectio est pars orationis quae varios animi motus indicat.

[Interjectionum variae sunt formae et significationes:

1. Admirantis, ut *papae*, *o*, *hui*, ¡oh! ¡hola!
2. Deprehendentis aliquid ex improviso, ut *at at*, ¡hola!
3. Dolentis et ingemiscentis, ut *a* seu *ah* fere apud poëtas, *ei* seu *hei*, *heu*, *heu heu* (sive *ēheu)*, ¡ay!
4. Exclamantis, ut *pro*, *o*, ¡oh!
5. Exsecrantis, ut *nefas, infandum*, ¡horror!
6. Hortantis et petentis, ut *eja (heja)*, *age*, *agedum*, *agite*, ¡ea! ¡sus! ¡ánimo!

NB. *Age* adhibetur ut singulare et ut plurale: *age, considerate; agite* semper ut plurale.

7. Indignantis aut se corripientis, ut *hem* sive *em*. Hem *nos homunculi indignamur, si* cet Sulp. ap. Cic. *Fam.* 4, 5, 4. Eadem demonstrantis est. Pamph. *Obsecro te, quam primum hoc me libera miseram metu.* Dav. Hem, *libero*. Ter. *And.* 351 [2, 2, 14].
8. Insultantis, ut *vah*, ¡bah!
9. Jurantis, ut *hercule*, *hercle*, *mehercule, me dīus fidius*, i. e. *me deus filius Jovis* (Hercules) *juvet, ecastor, pol*, *edepol* et alia, hoc est, *per Herculem*, *per Castŏrem*, *per Pollūcem*, quibus tamen uti Christiano non licet.

10. Laetantis, ut *io*, *euhoe (evoe)*, viva, bien, magnífico.
11. Laudantis et nonnunquam exsultantis, ut *euge*, ¡ea! ¡albricias!
12. Praesagientis malum aut miserantis vel minantis, ut *vae*, ¡ay!
13. Silentium indicentis, ut *st*, ¡chitón!
14. Stomachantis sive indignantis, ut *malum*, ¡mal haya!
15. Suspirantis, ut *ah ah*, ¡ay! ¡ay!
16. Timentis, ut *ei* sive *hei*, ¡ay!
17. Vocantis, ut *heus*, eh, ven acá, oye.]

cias!
¡ay!

APPENDIX PRIOR. DE ORTHOGRAPHIA[1]

I. De nonnullis litteris singillatim

(Cf. nn. 3-5)

166 I. Litterae *c* et *t* saepe derivatione distinguuntur; v. g. *dicio* a *dico*, *convīcium* a *vox*, ut videtur: contra *contio* pro * *conventio* [*indutiae* ab *indutus*, *infitiae* a *fateor*].

II. *-cūtus*, *cūtio*, *cūtor*, cet. a *loquor* et *sequor* derivata non per *q* et *u* duplex sed per *c* et *u* scribuntur, ut *locutum*, *elocutio*, *persecutor*, *prosecutorius*.[2]

[III. Substantiva in *ēla* unico *l* scribuntur, ut *querela*, *tūtela*.[3]]

IV. Adverbia numeralia exeunt in *ens* aut *es*, ut *quotiens* et *quoties*.

1 Recentiores grammatici qui Latinorum orthographiae vestigandae dant operam, plura distinguunt scripturae tempora, e quibus illud fere censent tanquam optimam scribendi normam proponendum, quod a morte Augusti ad Hadriani (14-117 p. C. n.) excurrit; eo quod diligentius sit hac in re ea aetate elaboratum. Multorum tamen vocabulorum ita scriptura confusa est atque perturbata, ut vix possit a mendosa recta discerni nisi aliquatenus ex optimarum inscriptionum sive titulorum examine, confusio autem maxima ex parte vulgaribus inscriptionibus debetur infimaeque Latinitatis scriptoribus.

Multiplex autem causa est hujus confusionis. Praecipuas accipe:

1.ª Scribendi ratio diversa diversis temporibus Latinae linguae.

2.ª Scribendi ratio phonetica et etymologica; alii, etiam ejusdem aetatis, orthographiam pronuntiationi, alii derivationi accommodabant, v. g. *tanquam* secundum pronuntiationem, et *tamquam*, ex *tam*, *quendam* et *quemdam*. *transcribo* et *transscribo*, *affueram* et *adfueram*.

3.ª Pronuntiatio diversa: cf. n. 5, obs. 2.

4.ª Scriptura codd., qui saepe inter se pugnant.

N B. In auctorum priscorum edd. saepe scriptura servatur quae deinceps desita est frequentari.

2 Sed apud priscos est *loqutus*. In nonnullis edd. invenitur aliquando *antĭcus*, *propincus*, cet. pro *antiquus*, cet. Qu *pro* cu *fere pertinet ad saeculum septimum medium*. Garrucc. cap. XX, can. 2. Cf. Deecke, § 189.

3 *Querella*, cet., rarum est.

V. Adjectiva in *icius* littera *c* non *t* scribuntur, ut *aedilicius, tribunicius*. Sed *propitius*. [1]

VI. In compositis a verbo *jacio j* rejici potest, ut *abjicio* et *abicio, rejicio* et *reicio*. Cf. n. **3**, *obs.* 2.

VII. In media dictione composita [2] *m* modo mutatur in *n* ante dentales et gutturales, ut *eundem* [*eorundem, tandem, tantus*, cet.]; modo mutatur aut servatur, ut *nunquam* et *numquam* [*quanquam* et *quamquam, quendam* et *quemdam, tanquam* et *tamquam, quicumque, ubicumqne* et *quicunque ubicunque*, cum ceteris in *cumque* vel *cunque*].

VIII. *S* scribitur aut omittitur in compositis ab *ex: exsequor* aut *exequor, exspecto* aut *expecto;* in compositis a *trans* saepius omittitur, ut *transcribo*. [3]

[IX. Scribuntur raro per duplex *s cāsus, causa, dīvīsio, incuso*, cet., in quorum fere radice dentalis reperitur. [4]

X. Sunt verba in quibus aliquando *t* finale pro *d* invenitur, ut *aput, haut*, cet. pro *apud, haud*, et contra *d* pro *t*, ut *adque* pro *atque*.

XI. In fine dictionis nunquam consonans duplicatur, v. c. *mel* non *mell, as* non *ass*, cf. *mell-is, ass-is:* n. **30**, 2.° et 3.°

XII. Neque in medio vocabulo geminatur consonans, altera subsequente, v. g. *cursum* non *curr-sum* a *curro*, excepta muta ante liquidam, ut *ef-fluo*.]

[II. Quomodo mutentur in verborum compositione praepositiones separabiles]

167 I. **Ab, a, abs:**

Ab adhibetur sequente vocali et *d, h, j, l, n, r, s*, (non autem *sp*), ut *ab-igo, ab-dico, ab-horreo ab-jicio* et *ab-icio, ab-luo, ab-nuo, ab-ripio, ab-sūmo, ab-scindo;* au sequente *f*, ut *au-fugio;* excipe *a-fui, a-futurus a-fore* (vel *ab-fui*, cet.) ab *ab-sum*. Cf. Cic. *Or.* 47, 158.

1 Littera *t* scribi coepta sunt sub finem imperii.

2 Non in mera juxtapositione: *eumque* semper.

3 Xs *apparet primo in epistola consulum a.* 568, *deinde adhibetur in fragmentis Legum a. u.* 621-36, 643. *Tandem revocatur aetate Augusti, in qua usurpatur frequenter.* Garrucc. cap. XX, can. 3.

4 *Quid? quod Ciceronis temporibus paulumque infra, fere quotiens* s littera *media vocalium longarum vel subjeta longis esset, geminabatur, ut* caussae, cassus, divissiones? *quomodo et ipsum et Vergilium quoque scripsisse manus eorum docent.* Quintil. 1, 7, 20.

A adhibetur sequentibus *m*, *v*, et *sp*, ut *a-moveo*, *a-volo*, *a-spernor*.

Abs sequentibus *c* vel *t*, ut *abs-condo*, *abs-tergo* (*as-porto*).

II. **Ad** servatur sequente vocali et *b*, *d*, *h*, *j*, *m*, *v*, ut *ad-uro*, *ad-blandior*, *ad-duco*, *ad-hibeo*, *ad-jaceo*, *ad-mitto*, *ad-volo;* at *d* fit similis sequentibus *c*, *f*, *g*, *l*, *n*, *p*, *r*, *s*, *t*, ut *ac-cipio*, *af-ficio*, *ag-gredior*, *al-lūdo an-numero*, *ap-pono*, *ar-rogo*, *as-sideo*, *at-tingo;* fit *ac* sequente *q*, *ac-quīro;* amittit *d* in verbis quorum primae litterae sunt *sc*, *sp*, *st*, *gn; a* vero producitur, ut *ā-scendo*, *ā-spīro*, *ā-sto*, *ā-gnosco*. Quidam tamen maxime antiquarii malunt *ad-cedo*, *ad-fero*, *ad-commodo*, *ad-curatius*, *ad-noto*, *ad-petenter*, *ad-spiro*, *ad-sto*, cet.

III. **Ante** non mutatur; nota tamen *anteo* pro * *ante-eo*, *ante-sto* et *anti-sto*.

IV. **Circum**; nota *circum-eo* et *circu-eo*, maxime *circu-itus*.

V. **Cum** mutatur in **com-**, sequente *b*, *m*, *p*, ut *com-bibo*, *com-mūto com-prehendo*; [1] in CON-, sequentibus *c*, *d*, *f*, *g*, *j*, *q*, *s*, *t*, *v*, ut *con-curro*, *con-dūcit*, *con-fugio*, *con-gruo*, *con-jungo*, *con-quīro*, *con-sulo*, *con-tingit*, *con-venio* [2]; in COL-, sequente *l*, ut *col-latus;* in COR-, sequente r, ut *cor-ripio;* [3] in cō-, sequente *n* aut *gn*, ut *cō-necto*, *co-nitor*, *co-niveo*, *conubium*, *co-gnosco;* in cŏ- ante vocalem vel *h*, ut *co-alesco*, *co-emo*, *co-orior*, *co-hibeo*. Excipitur *com-edo*.

NB. **Co-a** fit **co** in *comburo* pro * *co-amb-uro*, quemo totalmente, litt. quemo al rededor; *co-i* etiam fit *cō* in *cōgo* pro * *co-igo* ab *ago*, *cōgito* pro * *co-igito*, ab *agito*, *cōmo* pro * *co-imo* ab *emo; coepi*, *coeptum* sunt pro * *co-ēpi* * *co-eptum*.

VI. **Dē** servatur, ut *dē-mitto* (*dĕ-albo*, *dĕ-hisco*, cf. n. **518**).

NB. Dēgo compositum est ab *ago* (* *de-igo*), *dēbeo* ab *habeo* (* *de-hibeo*), [4] *dēmo* ab *emo* (* *de-imo*), *dēmpsi*, *dēmptum* pro * *de-empsi*, *de-emptum*.

VII. **Ex, ē: ex** adhibetur ante vocalem, et *c*, *h*, *p*, *q*, *s*, *t*, ut *ex-aro*, *ex-imo*, *ex-cēdo*, *ex-hibeo*, *ex-pedio*, *ex-purgo*, *ex-quiro*, *ex-sulo*, *ex-specto* (etiam *exulo*, *expecto*), *ex-tendo*, cet.) Sed mutatur in *ef*, *f* sequente: *ef-fero* (*ex-tuli*). [5] Excipiuntur *e-pōto* et *e-scendo*.

E sequentibus *b*, *d*, *g*, *j*, *l*, *m*, *n*, *r*, *v: e-bullio*, *e-do*, *e-gero*, *e-jicio* et *eicio*, *e-luo*, *e-moveo*, *e-nato*, *e-ruo*, *e-veho*.

1 Etiam *con-pello*, cet.
2 *Conjicio*, *conicio* et *coicio:* cf. *Thes. L. L.*, *conicio;* GELL. 4, 17.
3 Etiam *con-latus*, cet.
4 Hinc *dēbilis*, vel a *de* et sanscr. *bála-m*, vis.
5 Etiam *ec-fero* in edd. recentioribus.

VIII. **In** evadit **im** ante *b, m, p: im-bibo, im-mergo, im-porto; in* evadit **il** ante *l*, **ir** ante *r: il-lino, ir-rēpo.* Sed invenies etiam *in-bibo, in-mergo, in-porto, in-luxit, in-rideo*, cet. Ante *gn* scribitur per **i**, ut *i-gnarus.* [1]

IX. **Inter** non mutatur nisi in *intel-lego.*

X. **Ob** litteram *b* similem reddit sequentibus *c, f, g, p: oc-curro, of-fero, og-gero, op-perior.* Singularia sunt *o-mitto, os-tendo* pro * *obs-tendo, obs-olesco.* [2]

XI. **Per** singulare est in *pel-licio, pel-luceo* et *per-luceo.* Ubi notandum *pergo* pro * *per-rigo*, a *rego.* Nota *pe-jero.*

XII. **Prae** efficit correptum *praebeo* pro *prae-hibeo* ab *habeo*, et *pre-hendere* sive *prendere.*

XIII. **Prō** sumit *d* ante vocalem, ut *prod-esse* a *pro-sum:* cf. n. **105**. Nota *prōmere* pro * *pro-imere, prōmpsi, prōmptum* ex * *pro-empsi,* * *pro-emptum.*

XIV. **Sub** *b* litteram similem facit sequentibus *c, f, g, p*, aliquando *m* et *r: suc-curro, suf-ficio, sug-gero, sup-primo; sum-mitto* et *sub-mitto, sur-ripio, sub-rideo, sub-rusticus.*

Animum adverte: *sus-cipio, sus-cito, sus-pendo, sus-tineo, sus-tuli; su-spicio; suscenseo* vel *succenseo* et contracta *sūmo* pro * *sus-imo* vel *sub-imo, surgo* pro * *sub-rigo* vel * *sus-rigo.* [3]

XV. **Trans** fit **tran-**, sequentibus *s, sc, sp: tran-silio, tran-scendo, tran-spicio* (*trans-scendo, trans-spicio*); fit fere **trā-** ante *d* et *j*, aliquando ante *l, m, n, v: tra-duco, tra-jicio* et *trāicio*, n. **520**, II, 2.ª; [4] *trā-latus* et *trans-latus, trans-mitto* et *trā-mitto, trā-no.*

NB. Similiter reperiuntur verba composita ex adverbiis **contrō-**, en pro y en contra, **intrō**, (para, hacia) dentro, **retrō** (para, hacia) atrás: *contrō-versus, intrō-duco, retrō-cedo.*

[PRAEPOSITIONES INSEPARABILES]

168 I. **Amb** pro *ambi-*, al rededor, adhibetur vocali sequente: *amb-ages, amb-ēsus, amb-io, amb-igo, amb-urō;* **am**, sequente *p*, ut *am-plector;* **an**, sequentibus *c, f, h, q*, v. g. *an-*

1 In *in compositis ante* p *saeculo septimo verti coepit in* im *primum aetate Nummiana; aetate vero Sullana constanter* im *usurpatur.* GARRUCC. cap. XX, can. 1.

2 *Oc-quinisco.*

3 Horum verborum praefixum *sub-subs-sus-*(?) inter philologos non convenit: cf. RIEMAM-GOELZ. *Phon.* n. 211, 3.º; DEECKE, 172, 7; MADVIG, 173; BRUGMANN, 1, 474; 2, 8; KÜHNER, 1, § 210, 27.

4 Semper *trādo*, et *trādūco* sensu translato.

ceps, *an-cīsus*, a *caedo*, *an-fractus*, a *fra-ngo*, *an-hēlo*, ab *hālo*, *an-quīro*.

II. **Dis**, separadamente, para diversas partes, praeponitur verbis incipientibus a litteris *c*, *p*, *q*, *t*, ut *dis-cumbo*, *dis-pono*, *dis-quiro*, *dis-traho*, item verbis incipientibus a littera *s*, sequente vocali aut *u*, ut *dis-sideo*, *dis-solvo*, *dis-suādeo;* ante vocalem et *h* mutatur in **dīr**, ut *dir-imo* a * *dis-emo*, *dir* (*h*) *ibeo;* ante *f* mutatur in *dif*, ut *dif-fero;* in **di** ante *d*, *g*, *j*, *l*, *m*, *n*, *r*, *v*, *sc*, *sp*, *st: dī-do*, *dī-gero*, *di-jungo* (etiam *dis-jungo*), *dī-luo*, *dī-mano*, *dī-numero*, *dī-ripio*, *dī-vello*, *di-scindo*, *di-spergo* (et *di-spargo*), *di-sto*. Excipitur *dis-jicio* sive *dīsicio*.

NB. Singulare est *di-sertus*, cf. *dis-sero*.

III. **Ind**, [1] dentro, usurpatur solum ante vocalem, ut *ind-igeo*.

IV. **Por**, delante, en presencia, ut *por-rigo*, [2] extiendo, *por-tendo*, pronostico; convertitur in **pol** ante *l*, ut *pol-luo*, mancho; in *pos-* ante *s*, ut *pos-sideo*.

V. **Re**, atrás, de nuevo, mutatur in **red** ante vocalem et *h*, ut *red-arguo*, *red-eo*, *red-imo* *red-oleo*, *red-undo*, *red-hibeo;* item in *red-do*.

NB. *Re-cĭdo*, *re-fero*, *re-perio*, *re-pello*, *re-tundo* faciunt in praeterito *rec-cidi*, *ret-tuli*, *rep-peri*, *rep-puli*, *ret-tudi* ob reduplicationem simplicium.

VI. **Sē**, aparte, separadamente, ut *sē-jungo*, *sē-paro*, *seorsum*. [3]

NB. 1. Plenior forma **sēd** invenitur solum cum substantivis a vocali incipientibus, ut *sēd-itio* a sup. *itum*.

NB. 2. Particulae **se** affinis videtur altera **sō** in *sō-cors*, necio, *sō-brius*, ab *ēbrius*.

[III. De interpunctione]
(Cf. n. 7)

169 In maxima rei minutissimae varietate haec videntur indicari posse.

Quemadmodum interspiratione orationem loquendo distinguimus,

1 Pro *indu:* cf. *induperator* = *imperator*.

2 *Porgo*, *porxi* = *porrigo*, *porrexi* priscum est et poët. cf. Plaut. *Pseud.* prol. 1; *Epid.* 733; Verg. *Aen.* 8, 274. *Porricio* videtur compositum ex *por* et *jacio*. Cf. Kühner, 1, p. 628, 4, § 211, 4; Deecke, § 172, 4.

3 Pro * *sē-vorsum*, poët. *sorsum*.

ita interpunctione significamus quemadmodum orationis partes scribendo discriminentur. Igitur virgula saepe dijunguntur:

1.m Minora quaedam membra, v. c. orationes subordinatae. *Quid agatis et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam.* Cic. *Fam.* 7, 16.

2.° Partes orationis per asyndeton enumeratae, **371**, et orationes particulis coordinatae, **369**.

3.° Casus vocativus et breves voces orationi insertae, quales illae sunt, *inquit, ut opinor, nisi fallor. Quousque tandem abutēre, Catilina, patientia nostra?* Cic. *Cat.* 1, 1. *O praeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!* **463**.

170 Punctum cum virgula, sive semicolon, videtur adhibendum:

1.m Inter protasin et apodosin: n. **464**, II.

2.° Inter orationes coordinatas nulla conjunctione conexas, ut *Homo bellus est; vellem eum tecum abduxisses.* Cic. *Fam.* 7, 16.

171 Duo puncta sive colon adhibentur ante orationem directam: n. **351**, I. *Cui tamen dixi, cum me aliquotiens invitaret: Oro te, quis tu es?* Cic. *Fam.* 7, 16.

172 Inter periodos denique, h. e. cum sensus jam est absolutus, punctum collocatur.

173 Parenthesis, **463**, nisi admodum brevis est, cf. **169**, 3.°, duobus majusculis semicirculis se mutuo aspicientibus (), aut linea recta initio et in fine collocata indicari solet.

174 Apostrophus rare adhibetur, maxime in edd. recentioribus. Est autem apostrophus semicirculus aversus supra litteram positus, quo significatur vel vocalem rejectam esse, ut *adeon', men', tun'*, pro *adeone, mene, tune;* vel *s*, ut *sati', magi', virtu'*, pro *satis, magis, virtus;* quod apud veteres poëtas frequens erat; vel vocalem simul et *s* litteram desiderari, ut *audin', viden', opust'*, pro *audisne? videsne? opus est*: quae apud Terentium et Plautum crebra sunt. At hic semicirculus sive apostrophus frequenter omittitur: *audin*. Cf. nn. **104**, *NB.* 2, et **561**, I, *NB.*

175 Litteras majusculas syllabarumque divisionem v. n. **3**, *obs.* **1**, et **12**.

[IV. INDEX ALIQUORUM VERBORUM IN QUIBUS ALTERA SCRIPTURA AETATE NOSTRA REJICI SOLET A DOCTIS [1]]

176 *NB.* Quae scriptura primitivis et simplicibus tribuitur eadem fere tribuenda derivatis et compositis.

acipenser, *acupenser* vel *aquipenser*, non *accipenser*. [2]

Aegaeus, *a*, *um* (sed *Aegeus*, *ei*), non *Aegeus*. [3]

aesculus, non *esculus*.

ālium, vulgariter *allium* vel *aleum*. [4]

amoenus, non *amenus*, quod tamen scribitur passim in codd. recentioribus. THESAUR. L. L.

anfractus, non *amfractus*.

ānulus. «Scriptura *annulus* nullius auctoritatis est». THESAUR.

artus, *a*, *um*, *artare*, non *arct-*. [5]

battuo, non *batuo (batto)*.

Bonifātius a *bonum* et *fātum*, minime *Bonifacius*. [6]

brāca, non *bracca*.

Brundisium, non *Brundusium*. [7]

caelebs, non *coelebs*

caelum, *caelestis*, non *coel-*. [8]

caementum, non *cementum* nec *cimentum*.

caenum, non *cenum* neque *coen-*. [9]

caerimonia et *caeremonia*, non *cer-*. [10]

Camēna, minime *Camoena*

cāritas, haudquaquam *charitas*.

Carthaginiensis, nullo pacto *Carthaginensis*.

cēna, non *caena* neque *coena*.

cervēs(i)a (et *cervis (i)a*), non *cerevisia*: cf. THESAUR.

cēteri, non *caeteri* aut *coeteri*.

ceterōqui, non *ceteroquin*.

1 Multa suis locis invenies, v. g. *absum*, *afui*, *afuturus*.

2 «*c* geminatur passim male.» THES. L. L., *acipenser*.

3 *Aegeus* est auctorum infimae Latinitatis.

4 «Proba scriptura est *alium* firmata titulo Pompejano, *Corpus* IV 2070 et codicibus melioribus.» THES., *alium*; vide cetera.

5 «*Arctus* vitiosa scriptura raro traditur (in codd).» *Ib.* 2 *artus*.

6 «*Bonifacius* ex pronuntiatione ortum, quae rursus falsam originationem traxit, nunc bis legitur in titulis infimae aetatis» *Ib.* v. cetera.

7 «In titulis semper scribitur secunda syllaba per *i*, nusquam per *u*, ut saepius codices exhibent, quam scripturam critici recentiores neglegunt.» *Ib.*

8 «Scribebatur posterioribus temporibus etiam *coelum*.» *Ib.*

9 «Forma *caen-* in optimis quibusque codd. scribitur et approbatur linguis romanicis; saepius in codd. *cen-*, raro *coen-*». *Ib.*

10 Legitur *caeri-* et *caere-*, posterioribus temporibus etiam *cer-*. *Ib.*

clatri, non *clathri*.
clipeus (clupeus), non *clypeus*. [1]
conecto, minime *conn-*.
coniveo, cet. n. **167**, V. [2]
contio, non *concio*. [3]
convicium, non *convitium*, n. **166**, I.
crebresco, increbresco, non *crebesco*. [4]
culleus, non *culeus*.
cupressus, «scribitur etiam *cypressus*, praecipue apud recentiores». THES.
Cybĕle vel *Cybēle*, non *Cybelle*. [5]
dēlenio, non *delinio;* quod tamen persaepe in libris traditur.
describo, descriptio diversa sunt a *discribo, discriptio*, quae pro *de-* non sunt recta.
dicio, non *ditio*. [6]
discidium [7], a *di-scindendo*, non *dissidium*.
disyllabus, a, um, minime *dissyllabus*.
dumtaxat, non *duntaxat*.
erus, non *herus*.
faenum, faenisex, cet., non *fen-, foen-*. [8]
fēcundus, fēmina, fenus et *faenus*, non *foe-*.
fetialis, non *fecialis*.
fētus, non *foetus*.
foedus, adject. et subst., non *fedus*.
frēnum, frēnare, cet., non *frae-*.
Hădria, Hădrianus, cet., *Hadrumetum*, non *Adr-*.
haedus, minime *hoedus*.
Hamilcar, Hannĭbal, Hasdrŭbal, non *A-*.
hēres, minime *haeres*.
inclitus (et *inclutus*, v. n. **89**, III), non *inclytus*.
indutiae, non *induciae*.
infitiae, infitiari, non *infic-*.
lacrima, prisc. *lacruma*, minime *lacryma*.
lautumiae, non *latomiae*.
letum, letalis, nullo pacto *leth-*.
lēvis, non *laevis*.
litus, non *littus*.
maereo, maereor, maestitia, non *moe-*. [9]

1 «In titulis, ubi imaginem significat, saepius *clup-* quam *clip-* scribitur.» THES.
2 *Conniveo* est falsa orthographia, teste DEECKE, § 185, n. 55.
3 «Imminutum pro *coventio, conventio: concio* vitiosa scriptura saepe in codd. legitur.» THES.
4 «Forma *crebesco* aliquotiens in libris legitur.» *Ib.*
5 «Utraque forma a poëtis adhibetur, prout a metro postulatur.» *Ib.*
6 «Scribitur *c* ubique fere in codicibus tum in titulis; *t* legitur in parte codicum deteriorum.» THES.
7 «Saepius in codd. corrupta est in *dissidium*, quod latinum vocabulum non esse jam Madvig, Cic. *fin.* p. 812 seqq. evicit; legitur hodie non nisi in editionibus quarum fides de his rebus nulla est, ut Mignii» (Migne). THES., V, 1313, 32 seqq.
8 «Scribitur in codd. vel *faen-* vel *foen-* vel *fen-*. Scripturam genuinam esse *faen-* apparet ex *faenisecei* (dat. a *faenisex*, v. pag. 8, *adn.* 1 in ima pag.) Corp, I 2 (= *Corpus Inscriptionum*) a. 117 a. Chr.» THES. Cum in pluribus verbis variae scripturae sint, ob bellumque Europaeum caruerim sequentibus litteris *Thesauri Linguae Lat.*, in ceteris brevitati consulendum mihi fuit.
9 *Matthaeus, Matthias*, non *Math-*.

multa, *multare*, non *mulc-*.
nē, affirmandi partic., minime *nae*. [1]
nogotium (a *nec otium*), minime *negocium*.
nequiquam et *nequicquam*, non *nequidquam*.
nuntio, *nuntius*, non *nunc-*.
oboedio, non *obedio*.
obscenus et *obscaenus*, non *obscoenus*.
ocior, minime *ocyor*.
paene, minime *pene*, *poene*.
paenula, non *penula*.
Parnasus, non *Parnassus*.
percontatio, *percontator*, non *percunct-*.
pilleus, *pilleum*, non *pil-*.
pomerium, non *pomoerium*.
prelum, minime *praelum*.
proelium, non *praelium*.
proscaenium, non *proscenium*.
Regium, non *Rhegium*.
robigo, non *rubigo*.
saeculum, *saepes*, *saepio*, *saeta*, minime *se-*.
satira et *satura*, non *satyra*.
scaena non *scena*.
sceptrum, non *scaeptrum*.
setius, minime *secius*.
silva, nullo modo *sylva*.
solacium, non *solatium*.
sollemnis, *sollers*, *sollertia*, non *sol-*.
stilus, minime *stylus*.
suboles; soboles est lapsae Latinitatis.
sucus, non *succus*.
Sulla, non *Sylla*.
sulpur et *sulphur*, non *sulfur*.
supellex, minime *suppellex*.
taeter, vix *teter*.
tus, minime *thus*. [2]
umeo, *umidus*, *umor*, *umerus*, non *hum-*.
Vergilius, *Verginius*, non *Virg-*. [3]
vertex, vix *vortex*.

1 Cf. LAURAND, VI, n. 252.
2 Cf. GUARDIA-WIERZ, pag. 335 [2]
3 *Ante hos quadringentos prope annos Angelus Politianus in miscellaneis verum docuit. Quod* (*Vergilium* esse scribendum) *et titulis tam liberae reipublicae, quam priorum post Christum saeculorum omnibus fere et codicum antiquissimorum fide, et Graecorum scriptorum, qui* Οὐεργίλιος *vel* Βεργίλιος *scribere solent, consuetudine satis superge confirmatur.* RIBBECK in suo *Vergilio* Teubneriano, p. VI, adn. 2. Politiani sententia perpenditur ab Jano Grutero et approbatur, *Lampas sive Fax artium liberalium, hoc est, Thesaurus criticus...* v. I, p. 89, Francf., 1602: *Quo argumento dicendum Vergilius, non Virgilius.*—Etiam apud nostros aetatis aureae scriptores forma *Vergilio* aliquando reperitur: cf. v. c. *Primera parte de | Los treynta y cinco Dialogos familiares de la Agricul- | tura christiana. | Compuesta por Fray Iuan de Pineda de la orden de... Sant Francisco* .. Salamanca, 1589, fol. 21 [1] y [2] v. V. el Diccionario de Autoridades, *altísono*.

[V. Index nonnullorum vocabulorum orthographiae duplicis in quorum tamen non paucis altera scriptura praeferri solet]

177 *abicio* cum ceteris ex *jacio* compositis, saepius quam *abjicio*.

adulescens subst. *(adolescens* particip.), rectius quam *adolescens;* item *adulescentia*.

aēneus et *aēnus*, frequentiora quam *aheneus* et *ahenus*. Sed in *Ahenobarbus* «*h* semper servarunt tituli, passim *Aënobarbus* in codd.» Thes. *Ahenobarbus*.

aequiperare, potius quam *aequiparare*.

aetherius, multo melius quam *aethereus*.

ah vel *a* interjectio. [1]

Alexandrēa et *Alexandrīa*. [2]

aliōqui, minus recte *alioquin*.

aliquotiens et *aliquoties*, cet. n. **166**, IV.

allec et *hallec*, emendatius quam *alec* et *halec*, *alex* et *halex*.

ancora, potius quam *anchora*.

antemna, melius quam *antenna*. [3]

Antiochīa et *Antiochēa*. [4]

Appenninus et *Apenninus*.

apud et *aput*. [5] Cf. n. 4, 3.

Apulia, *Apulus*, *Apulejus* et *Appulia*, *Appulus*, *Appulejus:* cf. Thes. L. L., II, 291, lin. 52 seqq., et 343, lin. 80.

arcesso et *accerso*.

Arēopăgus et *Arīopăgus*. [6]

assimulo et *adsimulo*, *assimilo* et *adsimilo*. [7]

atqui; hic illic in codd. *atquin*.

attrecto; rarius in codd. *attracto* scriptum est.

Augēas (Augīas) et *Augīa*; sed *Augīas* deest in Thes.

1 «In codicibus et *ah* et *a* scribitur; *ah* fere omnibus locis Terentianis traditur plerisque Plautinis... Apud reliquos poëtas praevalet forma *a.*» Thes. L. L., *ah*. Vox est fere poëtarum.

2 «Poëtarum codd. et scriptorum exhibent promiscue tam-*ea* quam-*ia*, tituli vetustissimi praebent-*ea.*» *Ib.* vol. I, 1534, lin. 51-52.

3 «*Antenna* fere non traditur codicibus nisi recentioribus.» *Ib.*

4 «Passim *Antiochia* inde a Cic. apud scriptores et in inscriptionibus et in itinerariis.» *Ib.*

5 «Inde a lege Julia municipali in titulis veteribusque codicibus saepissime et ante consonantes et ante vocales scriptum est *aput.*» *Ib.*

6 «Apud Graecos Ἄρειος πάγος coaluit in Ἀρειόπαγος ad analogiam derivati Ἀρειοπαγίτης, unde Latini sumpserunt *Areopagus,-i*, masc. Ubi legitur dat. vel abl. dubitari potest, utrum vox sit composita, an potius in *Arēo pago* discerpenda.» Thes. *Arēs*, v. II, 506, 84 seqq.

7 «Pro *u* inde ab Augusti aetate raro invenitur *i*, regnat apud scriptores christianos.» Thes. *adsimulo*. In edd. tamen criticis non raro invenitur *i*, v. g. in Ovidio Teubneriano ex iterata Merkelii recognitione.

autumnus; «*auctumnus* raro exstat in bonis codd. scriptum, at nusquam in Inscriptionibus». THES.

aveo, nonnunquam *haveo*.

baca; verum in codd. passim *bacca*. THES.

balbūtio, quod cum duplici *t* traditur multis locis. *Ib.*

balneum et *balineum*.

bēlua et *bellua*. [1]

bibliothēca et *bybliotheca* [2]

bipertitus et *bipartitus*.

Boeōtus et *Boeōtius*.

Bosphorus; sed a THES. praefertur *Bosporus*. Qui tamen notat: «Scriptura *Bosphorus Bosforos* in libris usitatior».

bracchium potius quam *brāchium*. [3]

brattea (non *brattia*) et apud Verg. *Aen.* 6, 209, *bractea* in Gudian.

Britto, Brittŏnes; in codicibus hic illic *Brīto, Brītones*.

Bruttii et *Brittii*.

būcina et *buccina:* «scribitur simplex *c* in melioribus libris, item plerumque in titulis». THES.

caespes rectius quam *cespes:* cf. THES.

caetra potius quam *cetra*.

Carthago et *Karthago*.

cepa (et *cepe* indecl.); *caepa* saepius codd. [4]

Cerealis et *Cerialis*.

charta, rectius quam *carta:* cf. THES.

chĕragra et *chīragra*.

Chersonēsus et *Cherronēsus*.

Clytaemestra et *Clytaemnestra*.

Cnidus et *Gnidus*.

coclea, -are, arium et *cochlea-*.

cocus et *coquus*. [5]

cōmissor et *cōmisor*.

comminus et *cōminus*.

comprehendo, et apud poëtas *comprendo*. [6]

conjux et *conjunx*. [7]

consecro et *consacro*, quod «in titulis multo saepius legitur quam *consecro*». *Ib.*

1 «Scriptura *bellua*, quam nonnulli genuinam putant, saepe traditur in codicibus iisque bonae notae.» THES.

2 «Scriptura *bybli-* in titulis bonae aetatis frequentior est.» *Ib.*

3 «In scribendis formis *bracchium* et *brachium* codices editoresquae sibi non constant. Formae *bracch-*, quae unica recta esse videtur, antiquissima exempla sunt.» *Ib.*

4 «De recta forma *cepa* v. Gröber, Archiv. 1 (1884), 554.» *Ib.*

5 «Apud antiquissimos frequentissime loco *cu* syllabae *quu* ponebatur ... ut *coquus*... pro *cocus*. PRISC. *gramm.* II, 36, 14. In titulis multo saepius *cocus*, in libris utraque forma prorsus promiscue habetur.» THES.

6 «In libris forma brevior hic illic legitur apud scriptores pedestres; eadem est legitima forma versuum dactylicorum.» *Ib.*

7 «In scriptorum codicibus praeferri videtur *coniunx*, in titulis paulo saepius *coniux* repperi quam *coniunx*, sed *coniunx* antiquiores habet testes; praeterea notandae formae hae: *coiux* et *coiunx* passim inde ab aetate Ciceroniana, potissimum *coiugi* dat.» *Ib.*

179 Sin Latine inflectentur, ad Latinorum normam dirigenda sunt. Itaque *Pēnélŏpe*, *Rhódŏpe*, *Callĭŏpe* et alia hujusmodi antepaenultimam acuunt, quia paenultima brevis est, etsi Graece paenultimam acuant, ut Πηνελόπη.

NB. Nomina in *-ea* et *-ia*. Graece in -εια, ut *Caesarēa*, *Lāodicēa* seu *Laodicīa* acuunt paenultimam, quia longa est. Alia in quibus paenultimum *i* vel *e* breve est acuenda essent in antepaenultima; v. gr., *ídĕa*, *philosóphia*, *homília*, cet.. sicut omnes dicunt *Ecclésia*, *comoedia*, *tragoedia*, cet.; tamen quia in his Graeci acuunt paenultimam, hanc rationem pronuntiandi Latine aliqui sequuntur, cum ea longo usu recepta est. Quare cavendum est ne decipiamur Graeco tono: etsi enim recte, verbi causa, Graeco ritu *María*, *agonía* paenultima acuta efferuntur, barbarismus tamen fiet, si in carmine producentur; aliud enim est quantitas syllabae, aliud accentus: quantitas in longitudine et brevitate syllabae posita est; at accentus in moderanda voce ac pronuntiatione versatur.

180 Quae Hebraea omnino sunt neque Latinitate donata Hebraeo tono pronuntiari licet, ut *amén*, *Hierusalém*, [1] *Israël*, *Jacób*, *cherubím*, *seraphím* ultima acuta, ut pleraque Hebraea pronuntiantur. In his tamen ipsis regionum videtur consuetudo servanda. Verum si Latine flectentur, Latine pronuntianda sunt, ut *Sára*, *ae*, *Móses*, *is*, *Hierosólyma*, *orum*.

NB. 1. Quae in *sedech*, *melech*, *ai* exeunt, ut *Melchisedech*, *Abimelech*, *Sarai*, *Sinai*, *Abisai* et alia multa paenultima acuta pronuntiantur apud Hebraeos. Sed ea complures viri docti Latino accentu efferre non dubitant, acuta antepaenultima in nominativo.

NB. 2. Nomina Hebraea positione Graeca *ias* (sive *i* longo, sive brevi) acuuntur in paenultima, ut *Esaías* sive *Isaías;* non ita Graeca, cum *i* breve est, ut *Górgĭas*.

Adn. Si qua erit vel in Hebraeis vocibus vel in Graecis, cujus verus accentus propter insolentiam vulgi aures graviter offendet; in vulgi conventu satius videtur, id quod fecisse se Cicero dicit, scientiam sibi reservare, usum populo concedere. [2]

1 Apud probatos auctores *Hierosolyma*, *orum*.
2 Cf. P. Ricciolius, p. 8, cap. 2, app. 6.

SYNTAXIS

181 [I. *Syntaxis* Graece, Latine *constructio,* est recta partium orationis inter se compositio. Est autem omnis divisa in partes tres, quarum prima docet verborum inter se conexionem, alia enuntiationis modum et tempus, vel in se spectatae, vel relatae ad alias orationes; tertia vocum proprietatem, ordinem situmque verborum atque propositionum.]

II. Oratio est verborum complexio qua actio, status vel qualitas de aliquo enuntiatur, ut *Hortensius perorat, arbor viret, puer intellegit.* Et constat partibus duabus: subjecto et praedicato. Subjectum illud dicitur de quo quid enuntiatur; praedicatum quod de subjecto enuntiatur. Fit aut solo verbo, v. c. *veni, vidi, vici;* quod dicitur praedicatum simplex, aut verbo aliisque vocibus, v. g. *Caesar Pompejum apud Pharsaliam devicit:* praedicatum compositum. Praedicativum appellatur adjectivum vel substantivum praedicati, quo subjectum qualitate donatur ac definitur, ut *animus est* IMMORTALIS, *Deus est* AUCTOR *mundi.*

III. Oratio dividitur in principem seu principalem aut primariam et subjectam sive secundariam. Illa est quae modo absoluto rem enuntiat et per se ipsa sensum perficit, v. g. *serit arbores;* haec quae pendet a primaria vel ab altera secundaria, ut *quae alteri saeculo prosint.* Cic. *C. M.* 7, 24. Oratio primaria, cum ab ea secundaria non pendet, dicitur *absoluta.* Cf. n. **369**.

PARS PRIMA

DE VERBORUM NEXU IN ORATIONE

CAPUT I. DE CONCORDANTIA

I. De verbo cum unico subjecto

182 [I. Cf. n. **123**, I. Ego valeo. Cic. *Fam.* 14, 8. *An* tu *aliter id scire non* potes? Id. *Tusc.* 5, 12, 35. Quis *hic* loquitur? Ter. 86 [1, 2, 6]. *Si* vos valetis, nos valemus. Cic. *Fam.* 14, 14, 1. Athenae *cum* florerent *aequis legibus*. Phaed. 1, 2, 1; como A. floreciese. *Ad* duo milia et quingenti capiuntur. Liv. 4, 59, 7: cf. n. **162**, III. Dicitur semper: *amplius (plus, minus) quam quattuor milia hominum effugerunt*. Liv. 39, 31, 13: c. n. **296** et *NB.*, praeterea n. **197**, I-III.

NB. Subjectum et praedicativum infiniti modi ponuntur in accusativo, v. g. *puerum legere*, que el niño lee; *esse dominum*, ser dueño. *Magna laus est tantas res solum gessisse. Praestat honeste vivere quam honeste natum esse.* Sed infinitivus historicus, n. **299**, I, *NB.*, subjectum habet in nominativo: *Rex primo nihil metuere.* Cic. *Verr.* 4, 29, 66.]

II. Nominativo singulari verbum plurale non raro adjungitur, praepositione *cum* ita intercedente, ut etiam ad ablativum actio verbi referatur. Sulla cum Scipione *condiciones* contulerunt. Cic. *Phil.* 12, 11, 27; h. e. *Sulla et Scipio.* Ilia cum Lauso *de Numitore* sati. Ov. *Fast.* 4, 54; i. e. *sati sunt.*

III. Verba quae utrimque nominativum habent, n. **205**, consentiunt fere cum substantivo praedicati, si huic substantivo proxime junguntur. Idem intellege de eorum participiis. *Non enim omnis error*

STULTITIA EST DICENDA. Cic. *Div.* 2, 43, 90. [*Quas geritis vestes, sordida* LANA FUIT. Ov. *A.* 3, 222. *Ludi fuere* MEGALESIA APPELLATA. Liv. 29, 14, 14; dicitur etiam ab eodem *Megalesia appelati*, 36, 36, 4. [1]]

NB. 1. Quod si subjectum est maximi momenti in oratione, verba dependentia cum illo cohaerent. GAUDIA *principium nostri* SUNT, *Phoce, doloris.* Ov. *Met.* 7, 795. [PUTEOLI *colonia Dicaearchia* DICTI. Plin. *N. H.* 3, 61 (9, 9). PRAENESTINI *maxima pars* FUERE. Liv. 23, 19, 17; la mayor parte fueron Pr., los Pr. fueron los más.]

NB. 2. Si subjectum infinitivus est, verba duplicis nominativi concordant semper cum substantivo praedicati. *Contentum vero suis rebus esse maximae* SUNT *certissimaeque* DIVITIAE. Cic. *Par.* 6, 3, 51.

183 Si deest in oratione subjectum certum ac definitum, **a)** verbum passivum usurpandum est. At potest adhiberi tertia persona plur. vocis activae cum verbis **b)** dicendi, nominandi, cogitandi, item **c)** cum aliis apud poëtas; praeterea **d)** cum adverbio *vulgo*.

[Sunt hujus loci *ajunt, dicunt, ferunt, referunt, tradunt, appellant, vocant; putant, credunt*, cet.]

a) *Ab hora tertia* BIBEBATUR, LUDEBATUR, VOMEBATUR. Cic. *Phil.* 2, 41, 104; bebían, se bebía; minime *bibebant.* **b)** *Socratem* FERUNT. Id. *Tusc.* 5, 34, 97; cuentan de S., cuentan, dicen, que S. *In eo loco, quem Pyram* APPELLANT. Liv. 36, 30, 3. **c)** ALLIGANT *me interdiu.* Phaed. 3, 7, 18. **d)** *(Pompejo)* VULGO *ex oppidis publice* GRATULABANTUR. Cic. *Tusc.* 1, 35, 86. [*Cum* ESSET *ex eo* QUAESITUM. *Ib.* 5, 12, 34; como le hubiesen preguntado, habiéndole preguntado, habiéndosele pr.; non *cum ex eo quaesivissent.* SIMONIDES DICITUR... FERTUR. Id. *de Or.* 2, 86, 353; se dice de S., cuentan, dicen, que S.—Nota *inquit* «se dice», cum ipse qui loquitur objectionem affert quae fieri solet iis quae ab eo dicuntur: *Iidem, si puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant. Atqui ab hoc acerbius exegit natura quod dederat. Nondum gustaverat,* INQUIT, *vitae suavitatem.* Cic. *Tusc.* 1, 39, 93.

Adn. Praeter substantivum subjectum esse potest vox quaelibet substantive sumpta: pronomen, adjectivum, oratio tam finita quam infinita, cet., v. g. VIDES *verbum est*, la palabra *vides*. Exempla pas-

1 *Illorum urbs* [*ut*] *propugnaculum oppositum est barbaris.* Nep. *Them.* 7, 5. HALM(IUS) legit cum *ut*, quod FLECKAISEN non habet pro certo, cui favet MADVIG, Gr. n. 217, *obs.* 2.

sim occurrunt: *Dulce et decorum est pro patria mori.* Hor. C. 3, 2, 13. *Vacare culpa magnum est solatium.* Cic. *Fam.* 7, 3, 4. — Cf. n. **206.**]

II. De verbo cum pluribus subjectis

184 Duo pluresve nominativi rerum diversarum verbum plurale desiderant, in nobiliore persona positum, si sunt diversarum personarum. Prima nobilior est quam secunda, secunda quam tertia.

In nostra acie Castor *et* Pollux *ex equis pugnare visi* sunt. Cic. *N. D.* 2, 2, 6. *Si* tu *et* Tullia *lux nostra* valetis, ego *et suavissimus* Cicero valemus. Cic. *Fam.* 14, 5, 1. [Frons, oculi, vultus *persaepe* mentiuntur. Id. *Q. fr.* 1, 1, 5, 15. *Et Q.* Maximus *et* L. Paulus *et vester* Gallus *et* M. Cato *iis temporibus* fuerunt. Id. *Fam.* 4, 6, 1. Pater, ego, fratres mei *pro vobis arma* tulimus. Liv. 37, 53, 24. *Haec neque* ego *neque* tu fecimus. Ter. *Ad.* 103 [1, 2, 23]. Sustulimus *manus et* ego *et* Balbus. Cic. *Fam.* 7, 5, 2. *Maxima pars vatum* decipimur *specie recti.* Hor. *Pis.* 24; i. e. *ego et maxima p., ego et plurimi vates;* cf. n. **206.**

NB. Apud poëtas persona verbi pluralis cum ablativo consentire potest. Cf. n. **182,** II. Divellimur *inde Iphitus et Pelias* mecum. Verg. *Aen.* 2, 434; pro *divelluntur.*]

185 Sed 1.m quandoque separatim singuli nominativi considerantur, verbumque postulant cohaerens cum subjecto viciniore, raro cum remotiore, ut videre est in his exemplis, in quibus tamen poterat pluralis numerus usurpari.

Orgetorīgis filia atque unus e filiis captus est. Caes. *G.* 1, 26, 4. Ipse *meique Ante larem proprium* vescor. Hor. *Sat.* 2, 6, 66; *ipse,* i. e. *ego.* [*Vos, vos, inquam, ipsi et* senatus *frequens* restitit. Cic. *Rab.* 6, 13. *Tu quid ego et* populus *mecum* desideret *audi.* Hor. *Pis.* 153. Dixit *hoc apud vos* Zosippus *et Ismenias.* Cic. *Verr.* 4, 42, 92. Ardet Athos *Taurusque Cilix,* cet. Ov, *M.* 2, 217. Ego *populusque Romanus bellum* indico. Liv. 1, 32, 13.]

2.° Cum subjecta praesertim tertiae personae conjunguntur ope particulae *aut,* vel particularum *aut-aut, vel-vel, neque-neque, et-et, tum-tum* vel *cum-tum,* frequens est cum subjecto viciniore consensus;

item cum conectuntur auxilio particularum *nisi* et *quam* sive *quantum*, verbo subsequente.

Hoc mihi ET *Peripatetici* ET *vetus* ACADEMIA CONCEDIT. Cic. *Ac.* 2, 35, 113. *Si Socrates* AUT ANTISTHENES DICERET. Id. *Tusc.* 5, 9, 26. [*Cum in hominibus juvandis* AUT *mores spectari* AUT FORTUNA SOLEAT. Id. *Off.* 2, 20, 69. *Non me carminibus* VINCET NEC THRACIUS ORPHEUS, NEC *Linus.* Verg. *B.* 4, 55. CUM *aetas viresque*, TUM *avita quoque* GLORIA *animum stimulabat.* Liv. 1, 22, 2. *Nihil aliud*, NISI PAX QUAESITA *videatur.* Cic. *Off.* 1, 27, 80. *(Dionysium) abs te* ET *ego* ET CICERO MEUS FLAGITABIT. Id. *Att.* 4, 17, 4; at saepius *flagitabimus*, quia subjecta sunt diversarum personarum. ET *tu* ET OMNES HOMINES SCIUNT. Id. *Fam.* 13, 8, 1. *Me ipsum non tantum litterae* QUAM LONGINQUITAS *temporis* MITIGAVIT. Id. *Fam.* 6, 4, 3. Similiter Livius, 1, 1, 5: *Trojanis nihil* PRAETER ARMA *et* NAVES SUPERERANT; et 9, 8, 5: *Nec quicquam ex ea (sponsione)* PRAETERQUAM CORPORA NOSTRA DEBENTUR *Samnitibus.* — Exempla verbi cum utroque subjecto concordantis v. n. **184.**]

3.° Cum nominativi a) per anaphoram seu repetitionem conectuntur, vel b) sunt inter se oppositi, aut c) per enumerationem distincti, saepissime verbum viciniori redditur, raro in plurali usurpatur.

a) NULLA *possessio*, NULLA VIS *auri et argenti pluris quam virtus* AESTIMANDA EST. Cic. *Par.* 6, 2, 48. b) *Paenè ille timore*, EGO *risu* CORRUI. Id. *Q. fr.* 2, 10, 2. c) *Hanc urbem dolis malitiosa Carthago, viribus probata Numantia, disciplinis erudita* CORINTHUS *labefactare non* POTUIT. *Ad Herenn.* 4, 53, 66. [NULLA *expeditio*, NULLUM EQUESTRE PROELIUM *sine me* FACTUM EST. Liv. 37, 53, 18. HIC *illius arma*, HIC CURRUS FUIT. Verg. *Aen.* 1, 16. *Mihi tu, tui*, TUA OMNIA *maximae curae* SUNT. Cic. *Fam.* 6, 3, 4. — *Quid enim ista repentina affinitatis conjunctio, quid ager Campanus, quid effusio pecuniae* SIGNIFICANT? Id. *Att.* 2, 17, 1. *Palatium Romulus, Remus Aventinum* CAPIUNT. Liv. 1, 6, 4.

4.° Verbum concordat cum primo nominativo, si hunc subsequitur. HOMERUS FUIT *et Hesiodus ante Romam conditam.* Cic. *Tusc.* 1, 1, 3. *Id enim (te victurum)* CELERITAS SIGNIFICAT *et vis equorum.* Id. *Div.* 2, 70, 144. [1]]

186 Cum tertiae personae singulares unum idemque quodammodo efficiunt, sive unicam cogitationem expri-

1 *Luctus* COMITANTUR *eumtem Et Pavor et Terror.* OV. *M.* 4, 483.

munt, verbum in singulari adhibetur; quod saepe fit, si de rebus inanimis, maxime abstractis, est sermo, n. **56**, *NB.*

MENS *enim et* RATIO *et* CONSILIUM *in senibus* EST. Cic. *C. M.* 19, 67; tanquam una notio: *prudentia. Cum* TEMPUS NECESSITAS*que* POSTULAT, *decertandum manu est.* Id. *Off.* 1, 23, 81; cuando la fuerza de las circunstancias lo demanda. [JUSTITIA *et* LIBERALITAS *id maxime* EFFICIT. *Ib.* 1, 17, 56. [1] RES TEMPUS*que* POSTULAT. Id. *Fam.* 14, 21. *Lata lex est, ut* LEX AELIA, LEX FUFIA *ne* VALERET. Id. *Sest.* 15, 33; tanquam una lex. [2] *Primus* ADITUS *et* POSTULATIO *Tuberonis haec, ut opinor,* FUIT. Id. *Lig.* 6, 17. DUX *nobis et* AUCTOR *opus* EST. Id. *Fam.* 2, 6, 4; jefe y consejero. SENATUS POPULUS*que* ROMANUS INTELLEGIT. *Ib.* 5, 8, 2; tanquam una auctoritas. At cf. Sall. *J.* 41, 2: *Ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam* TRACTABANT.]

III. DE ADJECTIVO CUM UNICO SUBSTANTIVO

187 [I. Cf. n. **123**, V. ILLE *autem* BONUS VIR *nusquam apparet.* Ter. *Eun.* 660 [4, 3, 18]. *Quid vis,* DULCISSIME *rerum?* Hor. *Sat.* 1, 9, 4 *Dixi de te quae potui* TANTA CONTENTIONE, QUANTUM FORUM *est.* Cic. *Fam.* 12, 7, 1. INDUS *est omnium fluminum* MAXIMUS. Id. N. *D.* 2, 52, 130.]

NB. 1. Nonnunquam adjectiva partitiva, n. **241**, I, genus desumunt a genitivo, non a subjecto. *Servitus (est)* MALORUM *omnium* POSTREMUM. Cic. *Phil.* 2, 44, 113; cf. tamen n. **188**. [*Sic ego sum* RERUM *non* ULTIMA, *Sexte, tuarum.* Ov. *Pont.* 4, 1, 35.]

NB. 2. Cum verbo *licet* invenitur aliquando accusativus adjectivi pro dativo post *esse* et alia quae utrimque nominativum habent. *Civi Romano licet* ESSE GADITANUM. Cic. *Balb.* 12, 29; pro *Gaditano.* [Cf. *mihi* NEGLEGENTI ESSE *non licet.* Id. *Att.* 1, 17, 6. Quod si dativus reticetur, usurpandus est accusativus: MEDIOS ESSE *jam non licebit.* Cic. *Att.* 10, 8, 4; neutrales.—Item semper post locutionem *est alicujus: Doctoris intellegentis est natura duce* UTENTEM *instituere.* Cic. *Brut.* 56, 204; el formar, tomando la naturaleza por guía.

1 Cf. *ibid.* 1, 7, 20: (JUSTITIAE) *conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel* LIBERALITATEM *appellari licet.*

2 Lex tribunicia, lata a Q. Aelio Paeto et M. Fufio anno U. 597; modo hujus, modo illius tantum, plerumque amborum nomine appellata.

NB. 3. Perraro invenitur apud poëtas nominativus adjectivi pro vocativo, et contra; ut: SUCCINCTUS *patria quondam, Crispine, papyro.* Juv. 4, 24. *Venias* HODIERNE. Tib. 1, 7, 53.]

II. Si unico substantivo junguntur plura singularis numeri adjectiva ad pluralitatem significandam, substantivum vel singulare est vel plurale; verbum semper plurale, si substantivum est subjectum.

LEGIO MARTIA QUARTA*que rempublicam* DEFENDANT. Cic. *Phil.* 5, 17, 46: la l. Marcia y la cuarta. TRACTIS *prima et vicesima* LEGIONIBUS. Tac. *Ann.* 1, 31; las legiones primera y vigésima.

188 Cum adjectivum substantive sumitur, in neutra terminatione adhibetur, etiamsi ad plura substantiva refertur.

Turpitudo PEJUS *est quam dolor.* Cic. *Tusc.* 2, 13, 31; es una cosa peor, un mal peor. *Secundae res, honores, imperia, victoriae* FORTUITA *sunt.* Id. *Off.* 2, 6, 20; cosas fortuitas, [1] dependen de la fortuna. [VARIUM *et* MUTABILE *semper Femina.* Verg. *Aen.* 4, 569; es la misma inconstancia y volubilidad. *Tale tuum nobis carmen, divine poëta,* QUALE *sopor fessis in gramine.* Id. *B.* 5, 45. *Nec tamen ille erat sapiens; quis enim* HOC? Cic. *Fin* 4, 24, 65; ¿quién lo fué? *Labor voluptasque,* DISSIMILLIMA *naturā, societate quadam inter se naturali sunt juncta.* Liv. 5, 4, 4; cosas muy desemejantes en su naturaleza.]

IV. DE PRAEDICATIVO CUM PLURIBUS SUBSTANTIVIS

189 Verbum plurale, n. **184**, praedicativum plurale postulat semper, et in genere subjectorum, si omnia sunt ejusdem generis. *In nostra acie* CASTOR *et* POLLUX *ex equis pugnare* VISI *sunt.* Cic. *N. D.* 2, 2, 6. [*Grammatice quondam et musice* JUNCTAE *fuerunt.* Quint. 1, 10, 17; anduvieron juntas (se aprendían a una). *Ad rivum eundem lupus et agnus venerant siti* COMPULSI. Phaed. 1, 1, 2. *Athenas et Lacedaemonem Atheniensium Lacedaemoniorumque causa putandum est esse* CONDITAS. Cic. *N. D.* 2, 62, 154; nam in modo finito diceretur: *Athenae et Lacedaemon* CONDITAE *sunt.*]

NB. Cum subjectis rerum inanimarum solius generis feminini plurale frequenter neutrum est. *Nox atque praeda hostes* REMORATA

[1] Cf. hanc vocem in prima (aut secunda) edit. *Vocabul. Academ. Hispan.* vulgo *Diccionario de Autoridades,* et apud ROBLES DÉGANO, *Ortología Clás* , n. 283.

sunt. Sall. *J.* 38, 8 [*Ira et avaritia imperio* POTENTIORA *erant* Liv. 37, 32, 13.]

190 I. Quod si subjecta sunt diversi generis, praedicativum plurale virile genus sibi vindicat, ubi aliquod est subjectum masculinum rei animatae; neutrum vero, ubi omnia substantiva sunt rerum inanimarum. *Quam pridem* PATER *mihi et* MATER MORTUI *essent.* Ter. *Eun.* 517 [3, 3, 11]; cuánto hacía que mi p. y mi m. se me habían muerto. *Puteolis* MURUS *et* PORTA *fulmine* ICTA *(sunt).* Liv. 37, 3, 2. [*Ilia cum Lauso de Numitore* SATI *(sunt).* Ov. *Fast.* 4, 54. REX *regiaque* CLASSIS *una* PROFECTI *(sunt).* Liv. 21, 50, 11. DIVITIAE, DECUS, GLORIA *in oculis* SITA *sunt.* Sall *C.* 20, 14.]

II. Praedicativum plurale desumere genus potest a viciniore subjecto pluralis numeri, et debet cum substantiva praeit. *Video, Patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque* OCULOS *esse* CONVERSOS. Cic. *Cat.* 4, 1, 1. *Omittam* VISAS *nocturno tempore ab occidente* FACES *ardoremque caeli. Ib.* 3, 8, 18. [*Bracchia modo atque* UMERI LIBERI *ab aqua esse (poterant).* Caes *G.* 7, 56, 4. *(Patres) decrevere, legatos* SORTESQUE *oraculi Pythici* EXSPECTANDAS Liv. 5, 15, 12. EMISSAE *eo cohortes Ligurum quattuor et C. Annius praefectus.* Sall. *J.* 77, 4.

191 Adjectivum praedicati cum subjecto viciniore semper consentit, si verbum est in numero singulari, nn. **185-6.** *Ibi Orgetorīgis filia atque* UNUS *e filiis* CAPTUS *est.* Caes. *G.* 1, 26, 4. *Primus aditus et* POSTULATIO *Tuberonis* HAEC, *ut opinor, fuit.* Cic. *Lig.* 6, 17. [*Nulla expeditio, nullum equestre* PROELIUM *sine me* FACTUM *est.* Liv. 37, 53, 18. *Et genus et* VIRTUS *nisi cum re* VILIOR *algā est.* Hor. *S.* 2, 5, 8 [1].]

V. DE ADJECTIVO COMPLETIVO SEU ATTRIBUTO CUM PLURIBUS SUBSTANTIVIS

192 I. Adjectivum duobus pluribusve substantivis rei inanimae proxime conjunctum cum viciniore consentit, perraro cum remotiore. PRIMUS ADITUS *et postulatio Tuberonis haec,*

1 Cf. En mi majada | La manteca y *el queso* está *sobrado.* Garcil. égl. 1, *Salicio.* B. 32, 4[1], v. 171. Su resplandor y *hermosura* es *bellísima.* Ovalle, *Hist. de Chile,* fol. 51 (1646). Dios, cuya sabiduría y *amor* es *inmenso.* S. Juan de la Cruz, *Cántico esp., prólogo.* B. 27, 143. G. 2, 159.

ut opinor, fuit. Cic. *Lig.* 6, 17; i. e. *primus aditus et prima postulatio. Quid* ILLA *in Pontum* PROFECTIO *et* CONATUS TUUS? Id. *Pis.* 36, 88; i. e. *illa profectio tua et ille conatus tuus.* — URBEM *ac portum moenibus* VALIDAM. Liv. 24, 2, 3. [FORUM PLENUM *et basilicas istorum hominum videmus.* Cic. *Verr.* 5, 58, 152. *Videmus hominis utilitati* AGROS OMNES *et* MARIA PARENTIA. Id. *Tusc.* 1, 28, 69: i. e. *agros omnes parentes et maria omnia parentia.* EAS FRUGES *atque fructus, quos terra (gignit).* Id. *N. D.* 2, 14, 37. *(Caesaris) omni et gratia et* OPIBUS *sic fruor, ut* MEIS. Id. *Fam.* 1, 9, 21. *Omni ornatu orationis tanquam* VESTE DETRACTA. Id. *Brut.* 75, 262. *Accedat eodem oportet* LEPOS QUIDAM *facetiaeque et* ERUDITIO *libero* DIGNA. Id. *de Or.* 1, 5, 17. — *(Gallis) natura* CORPORA *animosque* MAGNA *magis quam* FIRMA *dedit:* cf. Liv. 5, 44, 4.

NB. Duobus substantivis praepositione *cum* copulatis adjectivum plurale raro adjungitur. *Fors eadem* ISMARIOS HEBRUM CUM STRYMONE *siccat.* Ov. *M.* 2, 257. FILIAM CUM FILIO ACCITOS. Liv. 45, 28. Cf. n. **182**, II.]

II. Adjectiva cum substantivis rerum animatarum proxime conjuncta adhibentur in numero plurali atque in genere praestantiore [cum *et - et* frequenter in singulari].

Tullius S. D. TERENTIAE *et* TULLIOLAE *et* CICERONI SUIS. Cic. *Fam.* 14, 3; suyos, prendas suyas: «Cicerón a sus amados Terencia, Tulia y Cicerón». Abril. [*Apud quem* LAELIUM *et* SCIPIONEM *facimus* ADMIRANTES. Id. *C. M.* 1, 3: en cuya casa presento a L. y a Esc. admirándose de. INCOLUMES VATEM*que* VIRUM*que Informi limo glaucaque exponit in ulva.* Verg. *Aen.* 6, 415. ASCANIUM PATREM*que meum juxtaque* CREUSAM *Alterum in alterius* MACTATOS *sanguine cernam? Ib.* 2, 666. cf. n. **202**.— Sic: ASINUS *et* LEO VENANTES; *vidi* FRATREM *et* SOROREM *pueriliter* LUDENTES; et apud Ovid. *Fast.* 1, 287: *Jane, fac aeternos pacem pacisque ministros. Decem* INGENUI, *decem* VIRGINES, PATRIMI OMNES MATRIMI*que ad id sacrificium adhibiti.* Liv. 37, 3, 6; todos los cuales tenían padre y madre. — *Vidimus et consulem et* EXERCITUM SPOLIATUM. Cic. *Verr.* 3, 76, 177. EXSULEM *et* REGEM *ipsum et liberos ejus esse jussit.* Id. *Rep.* 2, 25, 46. INSPECTANTE *et* REGE *et populo.* Id. *Div.* 1, 17, 32: cf. n. **185**, 2.°

Adn. Si substantivum femininum rei animatae cum neutro conjungitur, satius erit circuitione uti hoc modo: *Lucretia casta fuit, qua virtute etiam ejus mancipium floruit;* vel simpliciter: *Lucretia cum mancipio casta fuit.* Id tutius, quam *Lucretia ejusque mancipiumcasti fuerunt.*]

VI. De relativo cum unico antecedente

193 I. Pronomen relativum et demonstrativum concordant cum antecedente in genere et numero. Cf. n. **123**, VI. *Homini (natura* RATIONEM *dedit),* QUA *regerentur animi appetitus.* Cic. *N. D.* 2, 12; las pasiones. [COMMODA QUIBUS *utimur,* LUCEM*que* QUA *fruimur,* SPIRITUM*que* QUEM *ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus.* Id. *S. Rosc.* 45, 131. *Eunti mihi Antium venit obviam tuus* PUER. Is *mihi litteras abs te reddidit.* Id. *Att.* 2, 1, 1. — Nota hoc Cic. exempl. *Fam.* 13, 15, 1, et similia, quae rara sunt: *Hic* ILLE *est de illis, maxime* QUI *irridere atque objurgare me solitus est;* ubi antecedens est *ille* non *illis,* ad vim sc. subjecto tribuendam. [1]

Adn. Relativum est ejusdem personae atque antecedens. Sic: *(Vos) pueri* QUI AFFUISTIS, *testes esse poteritis;* II *vestrum* QUI AFFUERUNT *testes esse poterunt.* [VOS *et illi (tu et ille)* QUI *omnia* PERDIDISTIS: cf. n. **184**.]

NB. 1. Si antecedens *is* cum prima aut secunda persona cohaeret, relativum est etiam primae aut secundae personae. *Non is sum, qui glorier; non is es, qui glorieris.* [2]

NB. 2. Cum possessivum pronomen pro personali adhibetur, relativum respondet personali. VESTRA *enim* QUI *cum summa elegantia atque integritate* VIXISTIS *hoc maxime interest.* Cic. *Sull.* 28, 97: cf. n. **265**, I.

[II. Orationis praedicatum, immo tota oratio, interdum vice antecedentis ponitur; ubi frequenter dicitur *id quod* pro *quod. Unum objicitur,* NATUM ESSE GADIBUS, QUOD *nemo negat.* Cic. *Balb.* 2, 5. SIN A VOBIS, ID QUOD *non spero,* DESERAR, *tamen animo non deficiam.* Id. *S. Rosc.* 4, 10.]

III. Interdum antecedens et praeit et subit relativum, maxime apud Ciceronem et Caesarem. DIEM *scito esse nullum, quo* DIE *non dicam pro reo.* Cic. *Q. fr.* 3, 3, 1. [*Erant omnino* ITINERA *duo, quibus* ITINERIBUS *domo exire possent.* Caes. *G.* 1, 6, 1.]

194 Cum relativum et demonstrativum usurpantur sensu indefinito «lo que, aquello que, esto, aquello,» concordant fere cum substantivo praedicati. QUAE *apud alios* IRACUNDIA *dici-*

1 Cf. CUERVO, *Dicc.* 2, 764[2] 66).

2 YO SOY *aquel* QUE MENOSPRECIÉ *a Dios, y* EL QUE *le* VOLVÍ *otra vez a poner en cruz.* Granada, *Orac.* (1, 9, 5), *lunes en la n.* B. 8, 24[1] *(lo volví-en la cruz.* C. 2, 110.) At etiam: *Soy* LA QUE VIVIÓ *vida contenta.* Cerv. *Quij.* 1, 36. B. 1, 356[1].

tur, EA *in imperio* SUPERBIA *atque crudelitas appellatur*. Sall. *C.* 51, 14, pro: *quod apud alios — id in imperio —*. [EAS DIVITIAS, EAM *bonam* FAMAM *magnamque nobilitatem putabant*. Sall. *C.* 7, 6; tenían esto por.[1] — *Nec sopor* ILLUD *erat*. Verg. *Aen.* 3, 173.

Similiter: *Non amicitiae tales, sed conjurationes putandae (sunt)*. Cic. *Off.* 3, 10, 44: cosas tales no se deben tener por amistades. *Nullam virtutem, nisi malitiam (putant)*. Id. *Leg.* 1, 18, 49; nada tienen por virtud. *Quae est enim civitas? Omnisne conventus etiam ferorum et immanium?* Id. *Par* 4, 27. *Quae tristitiae tuae causa est?* ¿Qué es la causa? ¿cuál es la c.?]

195 I. Relativum aut demonstrativum duobus substantivis interpositum congruit **a)** cum antecedente, si id a relativa oratione determinatur; **b)** cum consequente, si antecedens jam est per se definitum; **c)** interdum tamen hoc discrimen non servatur.[2] **a)** FLUMEN QUOD *appellatur Tamesis*. Caes. *G.* 5, 11, 8. **b)** *At negat Epicurus* (HOC *enim vestrum* LUMEN *est)*. Cic. *Fin.* 2, 22, 70. **c)** *Est in carcere locus* QUOD *Tullianum appellatur*. Sall. *C.* 55, 3; pro *qui*. [*Pompejo,* QUOD *imperii populi Romani* LUMEN *fuit, exstincto...* Cic. *Phil.* 5, 14, 39. *Thebae ipsae,* QUOD *Boeotiae* CAPUT *est, in magno motu erant*. Liv. 42, 44, 3. *Cohibere* MOTUS *animi turbatos,* QUOS *Graeci* πάθη *nominant*. Cic. *Off.* 2, 5, 18. *Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur,* QUAE *vocant illi* νοσήματα. Id. *Tusc.* 4, 10, 23].

II. Cum antecedens constat ex appellativo et proprio fluminum, relativum cum utrovis concordare potest. *Helvetii continentur flumine* RHENO *latissimo atque altissimo,* QUI *agrum Helvetium a Germanis dividit*. Caes. *G.* 1, 2, 3 *Ad* FLUMEN *Sabim,* QUOD *influit in Mosam. Ib.* 6, 33, 3.

VII. DE PRONOMINE CUM PLURIBUS ANTECEDENTIBUS

196 Si plura antecedunt substantiva, relativum plurale est, nisi unicam cogitationem exprimunt. Ad genus quod attinet, idem observandum quod de praedicativo dictum est.

1 Cf. Sallustianum illud, *C.* 20, 4: *Idem velle atque idem nolle,* EA *demum firma* AMICITIA *est* sic recte redditum ab Infante Don Gabriel: AQUELLA *al fin es* AMISTAD *firme. en que convienen todos en un querer y no querer.*

2 In prima concordantia oratio relativa dicitur determinans, in altera explicans.

Nam 1.m relativum plurale substantive sumptum in neutra terminatione adhibetur, n. **188**. *Repetebant praeterea deos penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in* QUAE *tu invaseras.* Cic. *Phil.* 2, 30, 75; de lo cual tú te habías apoderado violentamente.

2.° Relativum plurale adhibetur in genere antecedentium, si sunt ejusdem generis; et potest in neutro, si antecedentia sunt inanima feminina, n. **189**. *(Fortunam) nemo ab* INCONSTANTIA *et* TEMERITATE *sejunget;* QUAE DIGNA *certe non sunt Deo.* Cic. *N. D.* 3, 24, 61; at cf. 1.m

3.° Si antecedentia sunt diversi generis, relativum plurale **a)** virile genus sibi vindicat, ubi aliquod est antecedens masculinum rei animatae, **b)** neutrum vero cum omnia antecedentia sunt rerum inanimarum; **c)** sed desumere genus potest a viciniore pluralis numeri, n. **190**. a) MULIERES *et* PUERI, QUI *visum processerant, fugĕre.* Sall. *J.* 94, 5; comenzaron a huir. b) OTIUM *atque* DIVITIAE, QUAE PRIMA *mortales putant* Id. *C.* 36, 4. c) *Eas fruges atque* FRUCTUS, QUOS *terra (gignit).* Cic. *N. D.* 2, 14, 37. [*Propter summam et* DOCTORIS *auctoritatem et* URBIS, QUORUM *alter te scientia augere potest, altera exemplis.* Id. *Off* 1, 1, 1. CONCILIA COETUS*que hominum jure sociati,* QUAE *civitates appellantur.* Id. *Rep.* 6, 13 *(Somm. Sc.* 3.): cf. tamen n. **195**, I c).]

4.° Relativum singulare cum viciniore antecedente consentit, n. **191**. *Mihi enim nunquam venerat in mentem furorem et* INSANIAM *optare vobis in* QUAM *incidistis.* Cic. *Pis.* 20, 46.

[Eodem pacto, *Lepŏrem et gallinam et anserem gustare fas non putant;* HAEC *tamen alunt.* Caes. *G.* 5, 12, 6; *haec*, i. e., *animalia:* cf. 1.m *Ira et avaritia —* EAE vel EA: cf. 2.° *Mater et pater —* II; *honores et imperia —* EA: cf. 3.° *Nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem; in* EA *autem persequenda,* cet. Cic. *Arch.* 6, 14: cf. 4.°]

VIII. DE SYNESI SEU CONCORDANTIA EX SENSU SIVE AD SENTENTIAM

197 I. Nominibus rerum animatarum collectivis quae multitudinem indefinitam significant, historici et poëtae interdum praedicatum plurale et genus naturale conjungunt.

[Hujus loci sunt *pars*, *vis*, *multitudo*, *turba*, *numerus*, *populus*, cet., *pars pars*, *uterque* et cum superlativo *quisque*. Cf. n. **202**.]

PARS *in frusta* SECANT, *veribusque trementia* FIGUNT. Verg. *Aen.* 1, 212. *Utraque* PARS AVIDI *certaminis* ERANT. Liv. 23, 44, 6. [UTERQUE *eorum ex castris stativis exercitum* EDUCUNT. Caes. *C.* 3, 30, 3. MISSI *confestim* HONORATISSIMUS QUISQUE *e patribus*. Liv. 2, 15, 1. — Haec constructio frequens est apud Liv., rara ap. Caes.; apud Cic non invenitur, nisi cum substantivo *mille: Quo in fundo facile* MILLE HOMINUM VERSABANTUR *valentium*. *Mil.* 20, 53.[1] Sed cf. II et III.]

II. *Partim-partim* cum praedicato plurali et genere significationis invenitur. *Eorum* PARTIM *in pompa*, PARTIM *in acie* ILLUSTRES *esse* VOLUERUNT. Cic. *de Or.* 2, 22, 94; parte (de los oradores) en el estilo pomposo, parte en el batallador (el propio de la tribuna).

III. Cum collectivis quae multitudinem definitam significant [ut *classis*, *cornu*, *equitatus*, *exercitus*, *manus*, *civitas*, *juventus*, cet.] raro pluralis numerus reperitur in oratione primaria,[2] non raro in secundaria.

Hic MANUS *ob patriam pugnando vulnera* PASSI. Verg. *Aen.* 6, 660. — *Caesar* EQUITATUM *omnem praemittit*, QUI VIDEANT *quas in partes hostes iter faciant*. Caes. *G.* 1, 15, 1. [CETERA CLASSIS, *praetoria nave amissa*, *quantum quaeque (navis) remis valuit*, FUGERUNT. Liv. 35, 26, 9. *Hoc idem generi humano (evēnit)*, QUOD *in terra* COLLOCATI (SUNT). Cic. *N. D.* 2, 6, 17. *(Orgetorix)* CIVITATI *persuasit*, *ut de finibus suis cum omnibus copiis* EXIRENT. Caes. *G.* 1, 2, 1; et maxime cum hoc antecedente *ex eo genere*, *ex eo numero: Amicitiam autem adhibendam esse censent*, *quia sit* EX EO GENERE QUAE PROSUNT. Cic. *Fin.* 3, 21, 70. *Unus* EX EO NUMERO QUI *ad caedem* PARATI ERANT. Sall. *J.* 35, 6; uno del número de aquéllos, uno de aquéllos. *Cum premeretur initio* MULTITUDO *ab iis qui majores opes habebant*, *ad unum aliquem* CONFUGIEBANT *virtute praestantem*. Cic. *Off.* 2, 12, 41.]

198 Constructio ad sensum nonnunquam cum substantivis *capita* et *milia* adhibetur; item cum aliis fere translatis personarum, maxime a poëtis. CAPITA *conjurationis virgis* CAESI *ac*

1 Sic optimi codd. et criticae edd. Attamen Aulus Gellius, 1, 16, 15, legendum contendit *versabatur*; sed v. KLOTZ et DÜBNER ad h. l. RIEMAN-LEJAY, 26 c) adnot., eos certe non convincit erroris; nihil enim interest locus *ad Att.* 4, 17, 7 [4, 16, 8; 4, 16, 14].

2 Nisi apud Livium.

securibus PERCUSSI *(sunt)* Liv. 10, 1, 3: *i. e. conjurati principes*, los cabezas de la c. MILIA *triginta servilium capitum* (i. e. *servorum) dicuntur* CAPTI. Id. 27, 16, 7 [at etiam: *Plus octo* MILIA *hominum* CAESA *et haud multo minus quam* MILLE CAPTUM. Id. 24, 42, 8. *Duo importuna* PRODIGIA QUOS, cet. Cic. *Sest.* 17, 38. *Illa* FURIA QUI. Id. *Fam.* 1, 9, 15, agens de Clodio. LATIUM CAPUA*que agro* MULTATI. Liv. 8, 11, 13; h. e. *Latini Campanique. Ubi* ILLEST SCELUS, QUI *me perdidit?* Ter. *Andr.* 607 [3, 5, 1]; i. e. *ille sceleratus. Ad vos studiosa revertor*, PECTORA, QUI *vitae quaeritis acta meae.* Ov. *Tr.* 4, 10, 91. *Vostra consilia accusantur*, QUI *mihi summum honorem imposuistis.* Sall. *J.* 85, 28: cf. **193**, *NB.* 2. *Servili tumultu*, QUOS. Caes. *G.* 1, 40, 5; i. e. *servorum tumultu. Hic* GENUS *antiquum Terrae, Titania* PUBES, *Fulmine* DEJECTI *fundo volvuntur in imo.* Verg. *Aen.* 6, 580. *Nescio quid profecto*, ABSENTE NOBIS, *turbatumst domi.* Ter. *Eun.* 649 [4, 37]; pro *absente me.* CAESOSque *reportant* ALMONEM *puerum foedatique ora* GALAESI. Verg. *Aen.* 7, 575; pro *Alm. p. foedatumque ore Galaesum.* In his exemplis usurpatur naturale genus vel numerus.

In iis quae sequuntur pronomen neutri generis est pro masculino aut muliebri. *Cum Pompejo complures dies nullis in aliis nisi de republica* SERMONIBUS *versatus sum;* QUAE *nec possunt scribi, nec* SCRIBENDA *sunt.* Cic. *Fam.* 2, 8, 2: lo que no puede ni debe. Cf. n. **196**, 1.m *Abundantia earum* RERUM, QUAE PRIMA *mortales ducunt.* Sall. *J.* 41, 1.]

199 Antecedente singulari praeeunte, pronomen aliquando pluralis numeri est. *Si* TEMPUS *est ullum jure hominis necandi,* QUAE *multa sunt.* Cic. *Mil.* 4, 9. [*Lentulus constituerat uti suum quisque* NEGOTIUM *exsequeretur. Sed* EA *divisa hoc modo dicebantur.* Sall. *C.* 43, 1-2. EST QUIBUS *Eleae concurrit palma quadrigae.* Prop. 4, 8, 17 [3, 9, 17]. [1]]

IX. DE APPOSITIONE SIVE DE SUBSTANTIVIS CONTINUATIS

200 I. Substantiva continuata casu concordant, etsi genere et numero aliquando dissentiunt. Cf. **123**, VII, *NB.* Continuatum autem substantivum sive appositum dicitur quod

1 *Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnae copiae concurrebant.* Sall *C.* 56, 5; i. e. *cujus generis.* Codex tamen Leidensis saec. XIV habet *quorum.*

alteri proxime jungitur, ut illud quodammodo definiat aut explicet. [1] *M. Cicero S. D.* P. LENTULO PROCONSULI. Cic. *Fam.* 1, 1. *Scito* C. SEMPRONIUM RUFUM, RUFUM, MEL *ac* DELICIAS TUAS, *calumniam maximo plausu tulisse.* M. Cael. *ib.* 8, 8, 1. [Si appositum et praedicativum pro generis aut numeri diversitate duplici terminatione praedita sunt, concordant cum primario substantivo etiam genere: STILUS *optimus dicendi* EFFECTOR *ac* MAGISTER. Cic. *de Or.* 1, 33, 150. *Illa* EFFECTRIX *beatae vitae* SAPIENTIA. Id. *Fin.* 2, 27, 87. PHILOSOPHIA MAGISTRA *morum.* Id. *Tusc.* 5, 2, 5. *Omittam illas omnium doctrinarum* INVENTRICES ATHENAS. Id. *de Or.* 1, 4, 13. Si primum substantivum neutrum est, alterum in genere masculino usurpatur: TEMPUS *vitae* MAGISTER.]

II. Appositum quod possessivo pronomini adjungitur est genitivi casus. TUUM HOMINIS *simplicis pectus vidimus.* Cic. *Phil.* 2, 43, 111; tu pecho de hombre s. [*Juravi rempublicam atque hanc urbem* MEA UNIUS *opera esse salvam.* Id. *Pis.* 3, 6: tan sólo por mi trabajo. *Vim* TUAM PRAESENTIS EXERCITUS*que* TUI *experiri.* Liv. 36, 7, 5. *Cum* MEA *nemo scripta legat vulgo recitare* TIMENTIS. Hor. *Sat.* 1, 4, 22; vel *qui timeo:* cf. *Nec* MEA *verba legis,* QUI *sum summotus ad Histrum.* Ov. *Pont.* 3, 4, 91. Cf. n. **251**, I, adn. 1 in ima pag.

III. Tanquam apposita in praedicato adhibentur frequenter substantiva quae munus significant aut aetatem, dein multa verbalia; ubi nos usurpamus saepe adverbium *cuando* vel participium *siendo* vel substantivum abstractum. *Defendi rempublicam* ADULESCENS; *non deseram* SENEX. Cic. *Phil.* 2, 46, 118; cuando joven, siendo joven, de joven, en mi juventud. *Audivi hoc de parente meo* PUER. Id. *Balb.* 5, 11. Sic: *Cicero* PRAETOR *legem Maniliam suasit,* CONSUL *conjurationem Catilinae oppressit. Hunc quemadmodum* VICTOREM *feremus, quem ne victum quidem ferre possumus?;* si sale vencedor? Eodem pacto: *Ante* vel *post Ciceronem consulem;* antes (después) del consulado de C. *(Ante Christum natum, post urbem conditam.)*

NB. Cum in appositione adhibetur *dico,* casus non mutatur, nisi est nominativus, qui in accusativum transit. *Quam hesternus dies* NOBIS, CONSULARIBUS DICO, *turpis illuxit!* Cic. *Phil.* 8, 7, 20. SUPERIORES *magis ad omne genus apti (sunt),* CRASSUM DICO *et* ANTONIUM. Id. *Or.* 30, 106].

1 Substantivis adduntur etiam per appositionem voces *alter-alter, alius-alius,* cet., n. **202**.

201 Praedicatum in appositione concordat cum substantivo personae; alias plerumque cum magis communi. TULLIOLA, *deliciolae nostrae, tuum munusculum* FLAGITAT. Cic. *Att.* 1, 8, 2. *Corioli* OPPIDUM CAPTUM. Liv. 2, 33, 9: fué tomada. [*Cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. et* P. SCIPIONES EXSTINCTI *occidissent.* Cic. *Balb.* 15, 34. *Corinthum patres vestri, totius Graeciae* LUMEN EXSTINCTUM *esse voluerunt.* Id. *Man.* 5, 11. *Manlio Vejentes* PROVINCIA *evēnit.* Liv. 2, 54, 1.]

202 Cum, quod frequens est, subjecto plurali vel expresso vel ex superius dictis intellecto junguntur in appositione *quisque, unus — alter*, et *alius, alter* repetita, adhibetur praedicatum saepius in plurali, aliquoties in singulari.

Ambo EXERCITUS, *Vejens Tarquiniensisque, suas* QUISQUE (ABEUNT) *domos.* Liv. 2, 7, 1. *Ea tempestate* COEPERE *se* QUISQUE *magis extollere.* Sall. *C.* 7, 1; sc. *Romani*, de quibus agitur; at semper dicendum: *Quam* QUISQUE NORIT *artem, in hac se* EXERCEAT. — PICTORES *et* POETAE *suum* QUISQUE *opus a vulgo considerari* VULT. Cic. *Off.* 1, 41, 147. [*Ita* DUO *deinceps* REGES, *alius alia via, ille bello hic pace, civitatem* AUXERUNT. Liv. 1, 21, 6. *Quod cum accidisset, ut* ALTER ALTERUM *necopinato* VIDEREMUS, *surrexit statim.* Cic. *Fin.* 3, 2, 8. *Istis duae res maximae,* ALTERA ALTERI *defuit.* Id. *Brut.* 55, 204.]

NB. Intercedente praepositione *cum*, appositum est semper pluralis numeri. *M. ad me Brutus* CUM T. POMPONIO *venerat,* HOMINES *mihi cari.* Cic. *Brut.* 3, 10. [*Dicaearchum vero* CUM ARISTOXENO, *doctos sane* HOMINES *omittamus.* Id. *Tusc.* 1, 18, 41.]

203 I. Habentur continuata mensium nomina, quia adjectiva sunt, et montium semper; fere semper fluminum, urbium, regionum. Sic dicitur: *mensis Majus, Kalendae Januariae* [*Nonas Octobres, Idibus Decembribus* [1]], *mons Jura,* [2] *nemus Pelion, amnis Rhenus* [*Garumna flumen, lacus Lemannus*], *urbs Roma* [*Puteoli colonia, terra Italia*], et aliquando, apud poëtas praesertim, *Erydani amnis*, Verg. *Aen.* 6, 659; *urbs Patavi, ib.* 1, 247; [3] [*tellus Ausoniae*, Verg. *Aen.* 3, 477; *Pachyni promontorium*, Liv. 24, 35, 3.

1 *Kalendae Januarii, Idus Februarii,* cet. minus recte dicitur; *Kalendae Octobris, Nonas Decembris* recte, nam *Octobris, Decembris* sunt hic pluralis numeri: 41.

2 *Romani ad montem Victoriae castra communivere.* Liv. 24, 41, 4: en la falda del m. de la (diosa) V.

3 Apud Cic. *Att.* 5, 18, 1 legitur *oppidum Antiochiast* (= *Antiochia est*), vel *Antiochia*, vel *Antiochiae.*

II. Contra nomina arborum, herbarum, virtutum, cet. fere in genitivo usurpantur, v. c. *arbor fici*, Cic. *Flacc* 17, 41; *abietis arbores*, Liv. 24, 3, 4; *herba veneni*, Verg. *B.* 4, 24, *graminis*, *ib.* 5, 26; *virtutes continentiae*, *gravitatis*, *justitiae*, *fidei*, Cic. *Mur.* 10, 23.]

[X. De consensu substantivorum per idem verbum conjunctorum

204 Interrogatio et responsio casu consentiunt; item substantiva vel vincta vel soluta cum ad idem verbum referuntur. Cujus *est haec oratio?* Ciceronis. — Cui praeceptori *dedisti operam?* Platoni. — Quem *existimas fuisse principem oratorum?* Demosthenem *aut* Ciceronem. — Quo morbo *fuisti impeditus?* Assidua febricula. *Pro tantis rebus nullum ego a vobis* praemium *postulo*, praeterquam *hujus diei* memoriam *sempiternam.* Cic. *Cat.* 3, 11, 26. Maximam multitudinem, *id est*, totam Italiam *suis opibus obsidebunt.* Id. *Agr.* 2, 28, 75. Quibus (verbis), ut aliis multis, *consuetudo jam utitur pro Latinis.* Id. *Ac.* 1, 7, 25.

NB. Aliquando huic constructioni certa dictionum proprietas obstat, ut: Cujus *est hoc pallium?* Meum. — *Emistine librum* centusse *an* minoris? *Malim* Panormi *quam* Syracusis *esse.*]

CAPUT II. DE NOMINATIVO ET VOCATIVO

I. De nominativo

[205 Verbum personale tam finiti modi quam infiniti utrimque nominativum habere potest, cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet. Cf. n. **123**, VII.

Senectus *ipsast* morbus. Ter. *Phorm.* 4, 1, 9 [575]; por sí misma. *(Liber)* qui *inscribitur* Laelius. Cic. *Off.* 2, 9, 31. (Aristides) unus *omnium* justissimus *fuisse traditur.* Id. *Sest.* 67, 141: cf. n. **187**, I. [1]

1 Verba huc spectantia sunt dependentia seu copulativa, ea quae cum praedicativo usurpantur, qualia sunt:

1.m quae significant esse, fieri, manere, ut *sum, fio, efficior, evado, exsisto, maneo, appareo, nascor, vivo, morior* et alia in nonnullis locutionibus, v. g. *venio, eo,*

NB. Verba dependentia in participii praeteriti nominativo aut accusativo praedicativum admittunt, in aliis casibus raro. MAGISTRO *equitum* CREATO *filio suo, novo exercitu profectus ad bellum.* Liv. 4, 46, 11. *Remisit (Octavianus Antonio)* HOSTI JUDICATO *amicos omnes.* Suet. *Oct.* 17.]

206 Verba impersonalia, n. **137,** ut ipsum nomen declarat, subjecto carent; attamen raro cum tertia persona usurpantur:

1.m ea quae naturae phaenomena significant, maxime in poësi et sensu translato. CAELUM TONAT *omne fragore.* Verg, *Aen.* 9, 540. [(PERICLES) *si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poëta* FULGERE, TONARE, *permiscere Graeciam* DICTUS ESSET. Cic. *Or.* 9, 29. [1]

2.° Alia saepius, adhibito neutro pronomine vel infinitivo, nonnunquam substantivo. *Neque enim quod quisque potest,* ID *ei* LICET. Cic. *Phil.* 13, 6, 14. PECCARE *nemini* LICET. Id. *Tusc.* 5, 19, 55. *Ei sorte* PROVINCIA SICILIA *obvēnit.* Id. *Verr.* 2, 6, 17. [Cf. *piget,* cet. n. **226,** *NB. In servum omnia licent:* cf. Sen. *de Clem.* 1, 18, 2. *Illud parvi refert.* Cic. *Man.* 7, 18.]

207 Adhibentur in voce passiva cum nominativo tertiae personae maxime a poëtis nonnulla verba intransitiva, ea praesertim **a)** quae admittunt accusativum communem, n. **218,** aut

proficiscor, abeo. T. Albucius perfectus EPICURĒUS EVASERAT. Cic. *Brut.* 35, 131; había llegado a ser, h. salido. *Illis* REVERTOR HOSTIS *qui me laesĕrunt.* Phaed. 3, 2, 19. *Rebus angustis* ANIMOSUS *atque* FORTIS APPARE. Hor. *C.* 2, 10, 21. *Ipse* SOLUS PROFECTUS EST. Cic. *Inv.* 2, 4, 15. *Nunquam (Darius)* SITIENS BIBERAT, *nec* ESURIENS *Ptolemaeus* EDERAT. Id. *Tusc.* 5, 34, 97. *Sic* FATUR LACRIMANS. Verg. *Aen.* 6, 1. EXPERTUS LOQUOR. Sen. *Thy.* 453; por experiencia.

2.° in voce passiva verba

a) vocandi seu vocativa, ut *appellor, dicor, inscribor, nominor, nuncupor, salutor, vocor,* cet.; item *audio,* soy llamado, oigo que me llaman. *Illa vis quae* INVENTIO *atque* EXCOGITATIO *dicitur.* Cic. *Tusc.* 1, 25, 61. NOMINOR LEO. Phaed. 1, 5, 7. POËTA SALUTOR. Hor. *Pis.* 87. REX*que* PATER*que* AUDISTI *coram.* Id. *Epist.* 1, 7, 38.

b) eligendi, ut *creor, declaror, eligor, instituor, renuntior, dari,* cet. (non *reddor). Carthagine quotannis* ANNUI *bini reges* CREABANTUR. Nep. *Hann.* 7, 4: dos gobernadores por un año. *Servius tanto consensu quanto haud quisquam alius ante,* REX EST DECLARATUS. Liv. 1, 46, 1.

c) existimandi, ut *ducor, existimor, habeor, judicor, numĕror, videor,* aliquando *putor,* in poësique *credor. Q. Rubrius Varro a senatu* HOSTIS *cum C. Mario* JUDICATUS EST. Cic. *Brut.* 45, 168. *Reliqui (oratores) qui tum* PRINCIPES NUMERABANTUR, *in magistratibus erant. Ib.* 89, 305. *(Dialectica) quasi contracta et astricta* ELOQUENTIA PUTANDA EST. *Ib.* 90, 309. *Virtus* CLARA AETERNA*que* HABETUR. Sall. *C.* 1, 4. CREDEBAR *sanguinis* AUCTOR *ego.* OV. *Fast.* 3, 190.

[1] *Un padre de familias luego en* AMANECIENDO DIOS *salió a la plaza.* CABRERA, *dom. de septuag., exord.* N.B. 3, 5[1].

b) cognatae significationis, n. 214, vel c) animi motum significant, n. 213, 2. a) *In republica* MULTA PECCANTUR. Cic. *Off.* 1, 10, 33. b) ILLA (PUGNA) *summa contentione* PUGNATA. Id. *Mur.* 16, 34. *Pyrrhi* RIDETUR LARGITAS *a consule*. Id. *Rep.* 3, 28, 40 [31]. [1] [*Biduo* SEPTINGENTA MILIA *passuum* ESSE DECURSA. Id. *Quinct.* 29, 88. *Vixi annos bis centum; nunc* TERTIA VIVITUR AETAS. Ov. *Met.* 12, 188. NOCTES VIGILANTUR *amarae*. Id. *Her.* 12, 169. TOTA *mihi* DORMITUR HIEMS. Mart. 13, 59, 1. PERSUASUS EST. Caec. ap. Cic. *Fam.* 6, 7, 2. *Quam expedita* TUA CONSILIA, *quam* EVIGILATA *tuis cogitationibus!* Cic. *Att.* 9, 12, 1. *Addam urbes Asiae domitas bisque* TRIUMPHATAS *utroque ab litore* GENTES. Verg. *G.* 3, 33; in prosa oratione dicitur *de aliquo triumphare*. QUAE VIGILANDA VIRIS? *Ib.* 1, 313; sobre qué cosas han de velar los labradores? las cosas sobre que han de v.? «lo que se ha de velar en la labranza?» León, *est.* 71.]

NB. In locutione *venit (mihi, tibi,* cet.) *in mentem,* «viéneme al pensamiento, a la memoria,» potest usurpari genitivus vel nominativus; qui semper adhibetur si subjectum pronomen neutrum est. *Venit enim mihi* PLATONIS *in mentem*. Cic. *Fin.* 5, 1, 2. *Non venit in mentem* PUGNA *apud Regillum lacum?* Liv. 8, 5, 10; ¿no os ? [HAEC *mihi veniebant in mentem*. Q. Cic. *Pet. cons.* 14, 54. *Nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset*. Cic. *Att.* 12, 37, 2.]

208 I. *En, ecce* nominandi saepius quam accusandi casum admittunt. EN *tibi* SEBOSUS. Cic. *Att.* 2, 15, 3; hete aquí a S. ECCE *autem* NOVA TURBA *atque* RIXA. Id. *Verr.* 4, 66, 148. EN *quattuor* ARAS: [ECCE DUAS *tibi, Daphne*. Verg. *B.* 5, 65. *En crimen, en causa*. Cic, *Dejot.* 6, 17. [2]]

II. In exclamatione adhibetur nominativus, si judicium exprimitur, tacita saepius interjectione *o*. FELIX *qui potuit rerum cognoscere causas!* Verg. *G.* 2, 190; i. e. *felix ille est*. Ruaeus. O VIR FORTIS ATQUE AMICUS! Ter. *Phorm.* 324 [2, 2, 10]; i. e. *o Ph., vir fortis atque amicus es*. [3]

1 *Las cartas* FUERON *solemnizadas,* REÍDAS, *estimadas y admiradas*. Cerv. *Quij.* 2, 52, fin. B. 4, 515[2].

2 *Em (hem) tibi talentum*. Plaut. *Truc.* 952; ubi GOETZ et SCHOELL: *Em tibi: talentum. Em astutias* Ter. *Andr.* 604. *Eccum*, cet. n. 96 in ima pag.

3 *Oh! vir forti's atque amicus*. FLECKEISEN. Cf. duplicem versionem Ludovici Legionensis, alteram Latinis verbis, alteram sensui respondentem. *Dichoso el que de pleitos alejado: Beatus ille qui procul negotiis*. Hor. *Epod.* 2, 1. ES BIENAVENTURADO | VARÓN *el que en concilio malicioso | No anduvo: Psalm.* 1, 1; pro: *bienaventurado el varón que: Beatus vir qui*, cet. —Nominat. *ipse* cet. Livii v. ap. RIEM., n. 46.

II. De vocativo

209 I. Adhibetur vocativus, cum ad aliquem oratio convertitur, sive cum aliquem alloquimur; ut *vincere scis*, Hannibal; *victoria uti nescis*. Tityre, *tu patulae recubans sub tegmine fagi*...

NB. 1. Aliquando in poësi atque in stili archaici imitatione nominandi casus pro vocandi ponitur. *Projice tela manu*, sanguis meus. Verg. *Aen.* 6, 835 *Audi tu*, populus Albanus. Liv. 1, 24, 7. [1]

NB. 2. Vocativo addi potest a poëtis interjectio *o* in simplici compellatione seu apostrophe. O Meliboee, *deus nobis haec otia fecit*. Verg. *B.* 1, 6; un dios. [*Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti*. Verg. *Aen.* 9, 523; prestadme inspiración tú, C., y tus hermanas.]

II. In exclamatione qua aliquem alloquimur vocativus cum *o* et *heu* usurpatur. O dii boni! *quid est in hominis vita diu?* Cic. *C. M.* 19, 69. [O *paterni generis* oblite, *materni vix* memor! Id. *Pis.* 26, 62. *Auctor*, heu *nimis longo* satiate *ludo!* Hor. *C.* 1, 2, 37; *auctor* sc. *generis Romani, Mars, pater Romuli* [2] Cf. n. **208**, II.]

210 Interjectio *pro* vocandi casum postulat; accusandi solum in locutione *pro deum* (aut *hominum*) *fidem! pro deum hominumque fidem!* Pro curia *inversique* mores! Hor. *C.* 3, 5, 7.

1 Unde liquet non esse *agnus* et *chorus* vocandi casum, sed nominandi, nisi asseras *meus, populus, Albanus*, cet. etiam esse vocativos; quod jure merito nemo dixerit.

2 Cum nominat. an vocat. incertum in hoc exemplo aliisque id genus: *Heu pietas, heu prisca fides invictaque bello Dextera!* Verg. *Aen.* 6, 878. — *Heu* cum dat. aut obsolevit, aut est dubiae lectionis pro *hei: Heu miserae mihi!* Plaut. *Merc.* 4, 3, 2. [701]. *(Foederis heu taciti.* Prop. 5 (4), 7, 21. Cf. Lucian. *Timon.* 7: φεῦ τῆς ἀλλαγῆς.) Loci allati ab Handio, vol. 3, p. 69, ubi particula *heu* est cum dativo non ad rem faciunt. Nam ap. Ter. *Phorm.* 4, 3, 26 [478], et Horat. *Epod.* 5, 101 dativus *mihi* regitur a *nuntiet* atque a *superstites*. In Propert. 4, 3, 33; 5 (4), 1, 58; 5 (4), 8, 48; in Ovid. *Trist.* 1, 2, 45; 3, 12, 51; *Met.* 1 (perperam 2), 523; 6, 227; 7, 843; 8, 491; 9, 520 (perperam 490); in Verg. *Aen.* 11, 57 critici recentiores habent *ei* aut *hei*. Cf. Biblioth. Teubneriana.

CAPUT III. DE ACCUSATIVO

I. Accusativus post verba transitiva aut transitive sumpta. De activis passive permutandis

211 [I. Omne verbum transitivum, cujuscumque id demum positionis est, post se accusandi casum postulat, ut *Deum cole. Amplectere virtutem Novi animi tui moderationem.* [1]

NB. Latina verba non raro aliter ac nostra construuntur; quorum constructio a probatis scriptoribus petenda est; ut *consolor alicujus dolorem*, consuelo a alg. en su dolor; *Italiam petere*, encaminarse a It.

II. Cum activa passivis permutantur, accusativus in nominativum migrat; nominativus, etiam occultus, in ablativum cum praepositione *ab*, si est rei animatae vel quasi animatae (personificada), in simplicem ablativum, si est rei inanimae, ut *agnum lupus lacerat*, pass. *agnus laceratur* A LUPO. *Malva decepit me*, pass. A MALVA *deceptus sum.* Cic. *Fam.* 7, 26, 2; hic *malvae* tribuitur actio personae propria: *decipere.*]

NB. 1. Quod si verbum ablativum habet cum praepositione *ab*, ambiguitas vitanda est in voce passiva; v. g. *aufero a te vestem;* passive: *vestis aufertur a me* TIBI; non vero: *vestis aufertur a me a te.*

NB. 2. Si verbum geminum accusativum habet ejusdem rei, n. **222,** uterque in nominativum mutatur, n. **205,** 2.°; ut *creo* CAESAREM CONSULEM, passive: CAESAR *creatur a me* CONSUL.

NB. 3. Si verbum duplicem accusativum habet personae et rei, mutatur in nominativum accusativus personae, altero permanente; ut *doceo Antonium litteras;* passive: ANTONIUS *docetur a me litteras. Nec ea, quae nos natura monet, audimus;* pass *Nec ea, quae ab natura* MO-

1 Verbi transitivi accusativus est complementum directum, i. e. nomen personae vel rei in qua proxime actio subjecti exercetur, seu substantivum in quod actio transit quae per verbum significatur; v. g. in primo exemplo DEUS, *quem colere debemus;* in altero VIRTUS, *quae nobis amplectenda est,* cet. Verbi transitivi accusativum ab aliis casibus distinguimus hac simplici interrogatione: ¿A QUIÉN *(hemos de reverenciar)?* ¿QUÉ COSA *(hemos de abrazar)?* Unde la persona o cosa reverenciada, abrazada, etc. in accusativo ponitur. Cf. n. **22,** IV, et **101,** III.

NEMUR, *audimus*. Cic. *Lael.* 24, 88.—Excipe petendi verba, n. **224**. [1]

[*Adn.* In hoc exemplo et similibus: *Notum est apud Issum Alexandrum Darium superasse* solet passiva usurpari ad vitandam amphibologiam: *Notum est apud Issum Darium esse ab Alexandro superatum*.

III. Verba transitiva, tanquam impersonalia usurpata, accusativum servant. *De Caesare* FUGERAT ME *ad te scribere*. Cic *Q. fr.* 2, 10 [12], 4. Sic: *non me fallit, - fugit, - praeterit*, no se me escapa, no me olvido; *me juvat, - delectat*, me agrada, gusto de. *Te hilari animo esse valde me juvat. Ib.* 2, 11 [13], 1. *Me status hic reipublicae non delectat.* Id. *Fam.* 1, 7, 10.]

212 *Jubeo* cum *impero* significat, «ordeno, mando», a) apud aureae aetatis scriptores habet accusativum communem, n. **217**, vel solum vel cum accusativo personae; b) habet accusativum rei fere apud solos poëtas et aevi sequioris scriptores; c) cum dativo personae est serioris aetatis.

a) *Lex* JUBET EA *quae facienda sunt, prohibetque contraria*. Cic. *Leg.* 1, 6, 18. *Litterae non quae* TE ALIQUID JUBERENT. Id. *Fam.* 13, 26, 3; hinc passivum *jubeor, jubemur, jussus* apud idoneos scriptores, ut apud Caes. *G.* 3, 6, 1: *Quod* JUSSI SUNT *faciunt* [2]. b) *Non civium ardor* PRAVA JUBENTIUM. Hor. *C.* 3, 3, 2. [*Si volucres habuissem* REGNA JUBENTES. Ov. *Fast.* 5, 461; i. e. *bono auspicio regnum mihi portendentes:* unde passive Hor. *Epod.* 17, 37: *Jussas cum fide poenas luam.* JUBERE CAEDEM *fratris*. Tac. *Ann.* 13, 15. [3]] c) TRIBUTUM IIS *Drusus* JUSSERAT. *Ib.* 4, 72, había ordenado, h. impuesto. [*(Jubeo te scribere, jubeo (ut) scribas*, non vero *jubeo tibi* vel *te (ut) scribas*, cf. n. **343** et *NB.* in fine. [4]]

1 Praeceptum ALVARI, n. 322: *Si verbum geminum accusativum postulet, mutabitur in nominativum qui praestantior est, hoc est, qui personam significat, altero permanente*, verum est, si de iis verbis intellegitur quorum accusativus personae fixus est seu immutabilis; falsum, si de illis quae accusativum habent commutabilem in ablativum. Verbo: valet cum verbis docendi et iis transitivis quae accusat. habent communem; cum petendi non valet. Cf. tamen n. **224**.

2 Sunt qui existiment, cum non bene Latine dicatur *Jubeo te ut scribas*, ab hoc verbo accusativum personae respui; quem si aliquando habere videatur, occulte aliunde, i. e. ab infinitivo, pendere, v. g. *Ut me jubet Acastus, confido te jam ut volumus valere*, Cic. *Att* 6, 9, 1; *me jubet*, sc. *confidere*. At non semper haec ratio manifeste valet, ut videre est in his passivis atque in Ciceronis exemplo *Fam.* 13, 26, 3, nuper allato.

3 Ap. Cic. *jubeo foedus, legem*, sanciono. *Mario provinciam Numidiam populus jussit.* Sall. *J.* 84, 1; decretó la pr. para M.

4 JUBEO TIBI HOC, JUBEO TIBI (UT) SCRIBAS, NE SCRIBAS *nondum, quod meminerim,*

213 Multa verba neutra more transitivorum usurpata accusativum postulant; quorum sunt praecipua nonnulla sensuum et affectuum sive animi motuum. PASTILLOS *Rufillus* OLET. Hor. *S.* 1, 2, 27; a pastillas. *Ingrati animi* CRIMEN HORREO. Cic. *Att.* 9, 2, 2; de la ingratitud.

[1.m Verba sensuum, ut *oleo*, *redoleo*, huelo a, *sapio*, *resipio*, tengo resabios de, t. gusto a, una cosa sabe a, *sitio*, estoy sediento, *anhelo*, respiro, *sono*, sueno a, cet., v. g. *spirare tribunatum*, soñar con el tribunado. *Orationes* REDOLENTES ANTIQUITATEM. Cic. *Brut.* 21, 83. EDORMI CRAPULAM, *inquam, et exhala.* Id. *Phil.* 2, 12, 30; pasa tu borrachera amodorrido, y echa su vaho (vahea, avaha). *L. Catilinam furentem audacia*, SCELUS ANHELANTEM *ex urbe ejecimus.* Id. *Cat.* 2, 1, 1. *Nec* HONORES SITIO, *nec desidero gloriam.* Id. *Q. fr.* 3, 5, 3. COMITEM ILLUM SUUM INCLAMAVIT *semel et saepius.* Id. *Inv.* 2, 4, 14; llamó a gritos. *Nec vox* HOMINEM SONAT. Verg. *Aen.* 1, 328. RESONANT AMARYLLIDA *silvae:* cf. id. *B.* 1, 5; resuenan con el nombre de Amarilis, repiten el nombre de A. *Ego illius* SENSUM *pulchre* CALLEO. Ter. *Ad.* 533 [4, 1, 17]; veo, penetro, perfectamente su ánimo.

2.° Quae animi motum significant, ut *doleo*, siento, me duelo de, *lugeo*, deploro, lloro, *horreo*, horrorízome de, *miror*, admiro, me admiro de, *queror*, me quejo de, *gemo*, me lastimo de, *lamentor*, me lamento de, *rideo*, me río de. *Quis bonus non* LUGET MORTEM *Trebonii? quis non* DOLET INTERITUM *talis et civis et viri?* Cic. *Phil.* 12, 10, 25. MAEREO CASUM *ejusmodi.* Id. *Fam.* 14, 2, 2. FUGAM *virginum atque puerorum* PERHORRESCO. Id. *Cat.* 4, 6, 12. *Sua contio* RISIT HOMINEM. Id. *Har. r.* 5, 8; su auditorio se rió de él.

NB. Notandus cum verbis et adjectivis motuum seu affectus accusativus *vicem alicujus*, *meam*, *vestram*, cet., *sortem*, *fortunam* (fere adversam). TUAM VICEM *saepe* DOLEO. Cic. *Fam.* 12, 23, 3; «siento en el alma tu desgracia». Abril. SUAM VICEM INDIGNANS *dictator:* cf. Liv. 2, 31, 11. GEMENTES TRISTEM *fortunae* VICEM. Phaed. 5, 1, 6. — SOLLICITI VICEM *imperatoris milites. Tribuni* SUAM VICEM ANXII; cf. Liv. 28, 19, 17 et 8, 35, 1.

3.° Alia in nonnullis locutionibus, apud poëtas praesertim, ut

apud classicos repperi. ALVAR. n. 310. Neque quicquam probant exempla quae vulgo afferuntur, v. g. a KÜHNER, vol. 2, p. 503, a THEIL, *Dictionn. jubeo*, I, *b*, ex Cic. *Att.* 9, 13, 2, Caes. *C.* 3, 98, 2, et Liv. 27, 16, 8; cum genuina Cic. lectio sit *me*, non *mihi*, Caesaris *commendavit*, non *jussit*, Liviana *interroganti* aut *interroganti scriba* in ablat. absoluto, minime *interroganti scribae.—Jube famulos rem divinam mi apparent*, Plaut. *Stich.* 396, per attractionem pro: *jube (ut) famuli rem*, cet.; cf. n. 469, X.

crepo militiam, Hor. *C.* 1, 18, 5, hablo de la guerra; *erumpo stomachum*, desahogo la ira; *stomachor omnia*, todo me hastía. Sic *insto: Cyclopes Marti* CURRUMQUE ROTASQUE *volucres* INSTABANT, Verg. *Aen.* 8, 434; se daban prisa en hacer el carro para M.; *stillo:* STILLABIT *amicis Ex oculis* ROREM, Hor. *Pis.* 429; *mano: Fidis enim* MANARE POËTICA MELLA *Te solum*, id. *Ep.* 1, 19, 44; in soluta oratione dicitur *manare melle* aut *mel manat ex;* [1] *sudo: Et durae quercus* SUDABUNT ROSCIDA MELLA, Verg. *B.* 4, 30; cf. Ov. *Met.* 1, 112: *Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*

NB. Raro passive haec neutra adhibentur, maxime in soluta oratione. Quae numero 1.° comprehenduntur passiva omnino carent. Cf. n. **207,** II.]

214 Quaedam verba neutra accusativum admittunt ejusdem aut cognatae significationis, cum adjectivo aut pronomine fere conjunctum. *Ego vestros patres* VIVERE *arbitror et* EAM *quidem* VITAM *quae est sola vita nominanda.* Cic. *C. M.* 21, 77. [CONSIMILEM LUDUM *ille* LUSERAT. Ter. *Eun.* 586 [3, 5, 39]. *Non* EOSDEM CURSUS CUCURRERUNT. Cic. *l. Agr.* 2, 17, 44. *Magna voce* JURAVI *verissimum pulcherrimumque* JUSJURANDUM. Id. *Fam.* 5, 2, 7.

Sic dicitur: *mirum somnium somniare, justam servitutem servire, insanire similem errorem*, Hor. *S.* 2, 3, 63; *stadium currere*, Cic. *Off.* 3, 10, 42; *maria ambulare, terram navigare*, id. *Fin.* 2, 34, 111; *pugnam acerrimam pugnare;* et passive: *hac pugna pugnata*, Nep. *Hann.* 5, 1; *fretum natare*, Ov. et pass. *unda natatur piscibus*, id. Cf. n. **207** b).]

215 I. *Decet*, queda (está, cae) bien, *dedecet*, queda (está, cae) mal, et apud poëtas et posteriores *latet*, se oculta, cum accusativo construuntur. PARVUM *parva* DECENT. Hor. *Ep.* 1, 7, 44 ME *causa* LATEBAT. Ov. *Fast.* 5, 361; i. e. *a me ignorabatur.* [*Haec* ME *vestis* DECET: cf. Plaut. *Most.* 166 [1, 3, 10].

NB. Decet et *latet* cum dativo vix usurpanda. [2]]

II. *Attinet, pertinet, spectat*, atañe, compete, pertenece, toca,

1 Cf. LEGIONENSIS, *Virgil.* égl. 4, terc. 19: «Los robles en las selvas apartadas *Miel* dulce *manarán»;* et *Nombr.* 1, *Past.:* «Cristo *mana* de contino *en amor*». *Clásicos Castellanos* 28, pp. 138-39, Madrid, 1914. Cf. B. 37, 90 [1].

2 Locus Cic. *Cat.* 1, 6, 15: *Nihil moliris, quod mihi latere valeat* ab omnibus fere criticis repudiatur. Sed ap. eundem *post red. in s.* 6, 13: *nobis haec auctoritas latuit. Decet* cum dat. ap. comicos et posteriores invenitur.

convenit, cuadra, accusativum postulant cum praepositione *ad*. AD REM PERTINET. Cic. *Div.* 2, 47, 98; hace al caso. [*Id quod* AD ME *nihil* ATTINET. Id. *S. Rosc.* 43, 124. *Perturbationes animorum poteram ego morbos appellare, sed non* CONVENIRET AD OMNIA. Id. *Fin.* 3, 10, 35; at *convenit mihi*, conviéneme: n. **260**.]

216 I. Multa verba motus composita ex verbo neutro et praepositione naturam induunt transitivorum et accusativo gaudent, passiveque usurpari possunt. Sunt hujus generis:

1.m Composita cum praepositione *circum*, *per*, *praeter*, *subter*, *super*, *trans*, et nonnulla cum *ad*, *con*, *in*, *prae*; item *obeo*. *Num aut tuum aut cujusquam nostrum nomen* CAUCASUM HUNC TRANSCENDERE *potuit vel* ILLUM GANGEN TRANATARE? Cic. *Rep.* 6, 20, 22. [1] *Cur ipse Pythagoras Persarum* MAGOS ADIIT? *cur tantas* REGIONES *barbarorum pedibus* OBIIT? Id. *Fin.* 5, 29, 87.

[En tibi notiora: *circumeo*, *circumvehor*, *circumvenio*, *percurro*, *pervagor*, *praetereo*, *praetergredior*, *praetervehor*, *praetervolo*, *subterfugio*, *subterlābor*, *supergredior*, *transeo*, *transgredior*, *transilio*, *tranato*, *transno*, *transcendo*; *adeo* v. g. *colonias*, *deos*, me encamino, visito; *libros Sibyllinos* (etiam *ad libros S.*, Cic. *Verr.* 4, 49, 108); recurro a, echo mano de; *hereditatem*, tomo posesión de; *periculum*, arrostro (*adeo ad aliquem*, me acerco a), *aggredior*, acometo, embisto, *coëo* v. g. *societatem*, me junto en compañía, *convenio*, voy a ver, visito, *ineo* v. g. *consilium*, *consilia*, tomo la resolución, delibero, *magistratum*, tomo posesión de la m., comienzo a ejercer el cargo de magistrado, entro en el ejercicio de un cargo; *societatem*, entro en compañía, *praecedo*, *praegredior*, *praefluo*, *praevenio*; *obeo* v. g. *regionem*, recorro; *negotia*, me ocupo en, me ejercito en; *diem*, *mortem*, cet., muero. IPSOS *a tergo* CIRCUMVENIRE. Caes. *C.* 3, 44, 4. *Caesar* OMNEM AGRUM PICENUM PERCURRIT. *Ib.* 1, 15, 1. *Populus solet nonnunquam* DIGNOS PRAETERIRE. Cic. *Planc.* 3, 8. *Cum studiorum causa* MARE TRANSISSEM. Id. *Or.* 42, 146. *Neutris* TRANSGREDIENTIBUS AGMEN. Liv. 37, 38, 5. NEMINEM CONVĒNI Cic. *Fam.* 9, 14, 1. *Helvetii* RELIQUOS GALLOS *virtute* PRAECEDUNT. Caes. *G.* 1, 1, 4: se aventajan, se adelantan. [2] — *Hostis circumventus*, *societas inita est*, *flumen transitur*. [3]]

1 «Nosotros peregrinos, | *Transcendiendo caminos* | Tarde o nunca pisados». Calderón, *La Siembra del Señor, Sale el Padre* (t. 4, p. 276, Madrid, 1759).

2 Apud Plautum, *Asin.* 629, cum dat. *Vostrae fortunae meis praecedunt.*

3 Dicitur *insĭdĕre locum*, ocupar un lugar, fijarse en un sitio, et *insĭdēre locum*,

2.° *Antegredior*, voy delante de, *antevenio*, llego antes, me adelanto, *excedo* et *egredior*, paso, traspongo, v. g. *fines. Stella Veneris* ANTEGREDITUR SOLEM. Cic. *N. D.* 2, 20, 53. [*Magnis itineribus* METELLUM ANTEVĒNIT. Sall. *J.* 56, 2; a fuerza de marchas, a marchas forzadas. [1]]

II. Accusativum sibi adsciscunt aliqua verba composita ex *circum* et verbo intransitivo, locum aut sonum significantia. Item *allatro, alloquor, expugno, impugno, oppugno, obsideo*, asedio, sitio.

Desinant CIRCUMSTARE TRIBUNAL *praetoris urbani*, OBSIDERE *cum gladiis curiam.* Cic. *Cat.* 1, 13, 32. CIRCUMSONAT *clamor* HOSTES. Liv. 3, 28, 3; passive *circumsonor armis.* Ov. *Tr.* 5, 3, 11.

[Composita ex *circum: circumjaceo, circumsedeo* vel *circumsideo* (et *circumsīdo* ap. Liv. et Tac.), *circumsisto, circumsto; — circumfremo, circumlatro, circumsono, circumstrepo. Populi Romani exercitus Cn. Pompejum circumsedet.* Cic. *Att.* 9, 12, 3; in passiva *Pompejus circumsedetur.*]

II. ACCUSATIVUS COMMUNIS SIVE ADVERBIALIS

217 Multis verbis transitivis atque intransitivis adnectitur praeter suos casus accusativus neuter pronominis vel adjectivi numeralis aut quantitativi. UNUM *oro.* Verg. *Aen.* 6, 106. *Nec ea,* QUAE *ab natura* MONEMUR, *audimus.* Cic. *Lael.* 24, 88. ID GAUDEO. Ter. *Andr.* 362 [2, 2, 25]. [2]

[Accipe frequentiores accusativos: *hoc, illud, id (eam rem), idem, quod, quid, aliud, alterum, aliquid, quidpiam, quicquam, quicquid,*

tener un lugar ocupado, estar fijo en un punto, *insistere iter* et *ingredi iter*, ponerse en camino, *ingredi magistratum*, i. e. *inire m.*, *ingredi urbem* vel *in urbem*, *invadere hostem* vel *in hostem*, *irrumpo in urbem*, *insilio in equum*, aliquando *irrumpo urbem*, *insilio equum.* Alia composita cum *in* motum significantia accusativum habent, praepositione repetita, aut dativum; raro et solum apud poëtas simplicem accusativum, ut *incĭdo, incurro, involo: Ne tu istas (fores), faxo, calcibus insultabis.* Ter. *Eun.* 285 [2, 2, 2, 54]; i. e. *pedibus pulsabis.* Cf. n. 164. *Supervenio*, sobrevengo, dativum habet; sed a poëtis et posterioribus fit transitivum aliquando. *Munientibus supervenit Marcellus.* Liv. 24, 35, 9. *Unda supervenit undam.* Hor. *Ep.* 2, 2, 176.

1 *Antevenio* cum dativo est archaicum; *excedo* et *egredior*, cum *exeo* significant, fere junguntur cum praepositione *ex:* cf. n. 290. *Omnibus rebus amorem credo antevenire.* Plaut. *Cas.* 217 [2, 3, 1].—*Exire* transitivum poëtarum est, v. c. *modum.* Cf. LEBRETON, *Caesar. synt.*, p. 2.

2 Accusativus communis *nihil* ponitur, sed raro, cum adjectivis. *Plebs (Ardeatium)* NIHIL *Romanae plebi similis.* Liv. 4, 9, 8.

utrumque; — unum, multa, pauca, cetera, omnia, cuncta, multum, plus, plurimum, nimium, tantum, quantum, totum. nihil.

I. Ex verbis transitivis recensenda quae consilium, hortationem petitionemve significant: *moneo, admoneo, commoneo, hortor, consulo, cogo, obsecro, oro, precor, obtestor, veneror, vereor;* alia. *Id ipsum* QUOD *me mones.* Cic. *Att.* 14, 19, 1. Hoc *te ita* ROGO, *ut majore studio rogare non possim.* Id. *Q fr.* 1, 2, 3, 11. *Haec sunt* QUAE *me ludens Crassus modo* FLAGITABAT. Id. *de Or.* 2, 45, 188. *Non quemvis* HOC IDEM INTERROGAREM. Id. *Tusc.* 5, 19, 55. PAUCA *pro tempore milites* HORTATUS. Sall. *J.* 49, 6. IDque POSTREMUM *parentes suos liberi* ORABANT, *ut,* cet. Cic. *Verr.* 5, 45, 119: cf. n. **224**. Hoc *te* OBSECRAT. Cic. *Quinct.* 31, 99. *Non quo me* ALIQUID JUVARE *posses.* Id. *Att.* 6, 3, 1. QUID *non mortalia pectora* COGIS, *Auri sacra fames?* Verg. *Aen.* 3, 56.

II. Ex neutris praecipua sunt: 1.° quae animi sensum exprimunt, ut *assentior, dubito, glorior, irascor, laetor, studeo, succenseo, volo, jubeo, suadeo, auctor sum, gratificor,* cet. *Ego domi ero, si* QUID *me* VOLES. Ter. *Haut.* 872 [4, 8, 31]. [1] UTRUMQUE LAETOR, *et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse.* Cic. *Fam.* 7, 1, 1. *Omnes mulieres* EADEM STUDENT: cf. Ter. *Hec.* 199 [2, 1, 2]; se inclinan a lo mismo, tienen las mismas inclinaciones. *A me consilium petis,* QUID SIM *tibi* AUCTOR. Cic. *Fam.* 6, 8, 2; me pides qué te debo aconsejar. *Sin* QUID OFFENDERIT, *sibi* TOTUM, NIHIL *tibi* OFFENDERIT. *Ib.* 2, 10, 3; si cometiere algún error, suyo será todo el daño, a ti en nada te perjudicará. IDEM GLORIARI, QUOD *Cyrus.* Cic. *C. M.* 10, 32. (*Coepi suadere pacem.* Id. *Fam.* 7, 3, 2.)

2.° Verba aliqua commodi et incommodi, ut *prodest, proficio, refert, utor, invehor, noceo;* alia. *Cum in oratione sua* MULTA INVECTUS ESSET *in Thebanos.* Nep. *Epam.* 6, 1; habiéndose desatado en muchas invectivas contra. *Si uredo aut grando* QUIDPIAM NOCUIT. Cic. *N. D.* 3, 35, 86. — *Poëtis pingue* QUIDDAM SONANTIBUS *atque peregrinum.* Id. *Arch.* 10, 26; que pronunciaban con (un) acento algo rudo y extranjero. [2]

NB. Si complementum substantivum est, verba neutra aliam

1 *Volo* cum complemento directo substantivo est fere poëtarum; v. g. Verg. *Aen.* 7, 340. *Te volo,* subaudi *convenire;* te quiero hablar, te he menester.

2 Fideliter omnino et venuste Rodrigo de Oviedo: *en cuya pronunciación habia cierta groseria y barbarie;* non ita Miguel: *en cuyo canto se notaba algo de rudeza* neque Calvo: *a los rudos y extraños cantos de.*

constructionem exigunt. LAETARI *omnes* DE COMMUNI *omnium* SALUTE *sentio*. Cic. *Marc* 11, 33. *Me* AUCTOREM FUISSE CAESARIS INTERFICIENDI *criminatur*. Id. *Fam.* 12, 2, 1; que aconsejé la muerte (el asesinato) de C.]

III. ACCUSATIVUS POST VERBA PASSIVA (ACCUSATIVUS GRAECUS)

218 Verba cingendi, induendi, exuendi in voce passiva accusativum pro ablativo instrumenti sibi assumunt apud poëtas non raro, raro apud alios, sensu saepe reflexo.[1] *Inutile* FERRUM CINGITUR. Verg. *Aen.* 2, 210; ciñe la espada, se ciñe la e., cf. *ib.* 2, 749: *cingor fulgentibus armis. Septem et viginti virgines* LONGAM INDUTAE VESTEM *carmen in Junonem reginam canentes ibant.* Liv. 27, 37, 12; i. e. *longa indutae veste.* [*Androgei* GALEAM *clipeique* INSIGNE DECORUM INDUITUR. Verg. *Aen.* 2, 392; i. e. *induit galeam et clipeum*, vel *induit se galea et clipeo.* SIDONIAM *picto* CHLAMYDEM CIRCUMDATA *limbo. Ib.* 4, 137; i. e. *quae se chlamyde* vel *sibi chlamydem circumdederat.* INDUCTA *cornibus* AURUM *Victima vota cadit.* Ov. M. 7, 161; revestidos, cubiertos de oro los cuernos.

NB. Accusativo etiam junguntur apud poëtas alia passivae vocis perpauca, maxime in participio praeteriti. *Perque pedes* TRAJECTUS LORA *tumentes.* Verg. *Aen.* 2, 273; pro *trajectis pedibus* vel *trajectus pedibus* sive *pedes loris*, cf. n. **280**; id est, *cui lora per pedes trajecta erant*, a quien habían pasado correas por los pies, a quien h. atravesado los p. con c. *Nunc* SATYRUM, *nunc* AGRESTEM CYCLOPA MOVETUR. Hor. *Ep.* 2, 2, 125; i. e. *saltando repraesentat Satyrum, refert Polyphemum.*[2] *(Est) liber et ingenuus, praesertim* CENSUS EQUESTREM SUMMAM *nummorum.* Id. *Pis.* 383; tiene registrada en el censo la renta de los caballeros; cf. Cic. *Q. fr.* 1, 2, 2, 6: *Homo levis ac sordidus, sed tamen equestri censu,*[3] *Catienus.* MARIA OMNIA VECTI. Verg. *Aen.* 1, 524. Cf. accusat. partis pro ablat., n. **280**.]

1 Cum sensus est reflexus, vox proprie media, non passiva est: cf. n. **430**, I, et LAURAND, 366, 2.°

2 Cf. id. *S.* 1, 5, 63: *Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat;* i. e. *rog. ut salt. pastorem Cyclopem*, sc. *ut imitaretur saltando pastorem C.*

3 400.000 H S., circiter 85,000 *pesetas.*

IV. Accusativus vel dativus

219 I. Nonnulla verba composita motum significantia accusativo gaudent vel dativo. *Timor* PATRES INCESSIT. Liv. 1, 17, 4. *Cura* PATRIBUS INCESSIT. Id. 4, 57, 10; etiam *incessit in castra vis morbi*, id. 29, 10, 3; cf. n. **227**, I, et **263**.

[Sunt praecipue *incedo*, sobrevengo, me apodero de, *obambulo*, paseo al rededor de, delante de, *obequito*, cabalgo hacia, delante de, *oberro*, doy vueltas por, vagueo por, *praecurro*. *Ille quidem totam fremebundus* OBAMBULAT AETNAM. Ov. *M.* 14, 188. OBAMBULARE MURIS *coepit*. Liv. 36, 34, 4. *Horum uterque* ISOCRATEM *aetate* PRAECURRIT. Cic. *Or.* 52, 176. *Qui* MIHI *studio paene* PRAECURRITIS. Id. *Cat.* 4, 9, 19.

NB. *Subeo* accusativum habet; dativum apud poëtas tantummodo. *Deinde cogitatio* ANIMUM SUBIT, *indignum esse*, cet., Liv. 36, 20, 3; viene a la mente el pensamiento de. *Et* SUBEUNT ANIMO *Latmia saxa* TUO. Ov. *Her.* 18, 61; *subeo ad*, me acerco, cf. n. **227**, *NB.* 1, a).]

II. Etiam accusativum aut dativum admittunt *comitor*, acompaño, *despĕro*, desespero de, *illudo*, me burlo de, *praestŏlor*, espero. [1] COMITATI EOS. Caes. *G.* 6. 8, 8. TARDIS *enim* INGENIIS *virtus non facile comitatur*. Cic. *Tusc*, 5, 24, 68. PACEM *enim* DESPERAVI. Id. *Att.* 7, 20, 1; hinc *pace desperata*. DESPERANS REBUS TUIS. Id. *Pis.* 36, 89; dicitur etiam *desperare de aliquo, de aliqua re*. [IPSA *vero* PRAECEPTA *sic* ILLUDERE *solebat*. Id. *de Or.* 1, 19, 87; no tenía cuenta con, no hacía caso de. *Hic non* ILLUDIT AUCTORITATI *horum omnium?* Id. *Dom.* 39, 104; *in aliquem illudere:* cf. n. **263**. QUEM PRAESTOLARE, *Parmeno, hic ante ostium?* Ter. *Eun.* 975 [5, 5, 5]. *Qui* TIBI *ad forum Aurelium* PRAESTOLARENTUR *armati*. Cic. *Cat.* 1, 9, 24.]

220 I. *Adūlor* et *aemulor* saepius cum accusativo quam cum dativo adhibentur. ADULANTEM OMNES *videre te volui; vidi*. Cic. *Pis.* 41, 99. *Neque (Atticus)* ADULATUS EST ANTONIO. Nep. *Att.* 8, 6. [2] [AGAMEMNONEM AEMULARI. Id. *Epam.* 5, 6. IIS AEMULEMUR *qui*, cet. Cic. *Tusc.* 1, 19, 44. *(Nec mecum aemuletur*. Liv. 28, 43, 4.)]

1 Altera syllaba brevis est apud Ter. *Eun.* 975. *Praestōlor* est infimae Latinitatis.
2 *Huic non hunc adulari jam dicitur*. Quintil. 9, 3, 1.

II. *Maneo*, «espero, aguardo», accusativum habet personae apud oëtas praesertim, raro dativum;[1] *maneo*, «quedo, permanezco», solum dativum. *Longius aut propius mors sua* QUEMQUE MANET. Prop. 2, 21, 58; a cada uno le espera. [*(Acerba)* MANENT VICTOS. Liv. 26, 13, 18.] *Cujus quidem* TIBI *fatum, sicuti* C. CURIONI, MANET. Cic. *Phil.* 2, 5, 11. — MANENT *ingenia* SENIBUS. Id. *C. M.* 7, 22.

[III. *Attendo* cum dativo est serioris aetatis: dicitur *attendo aliquid* et *aliquem, attendo animum ad aliquid.*]

221 Aliqua verba prout diversas habent significationes, accusativo vel dativo (fere commodi, **254**) junguntur.

I. *Metuo, timeo, caveo* cum accusativo significant «temo, i. e., me guardo de, me cautelo de, contra»[2]; cum dativo «temo por, velo por». *Quamquam* OMNIA SUNT METUENDA, NIHIL *magis quam* PERFIDIAM TIMEMUS. Cic. *Fam.* 1, 5, 2. *Inopi* METUENS *formica* SENECTAE. Verg. *G.* 1, 186. [*Considera* QUOS CAVEAS: cf. Cic. *Fam.* 1, 7, 9. *Altera (lex) privatorum* AEDIFICIIS, *altera* IPSIS SEPULCRIS CAVET. Id. *Leg.* 2, 24, 61. *Metuere de alicujus vita. Caveo (mihi) ab aliquo, ab aliqua re*, me pongo en precaución contra. *Cavere ab homine impuro.* Cic. *Phil.* 12, 10, 25; *a veneno.* Id. *Fin.* 5, 22, 64.[3]]

II. *Prospicio, provideo* cum accusativo sunt «preveo, proveo»; cum dativo «miro por, atiendo a.» *Longe* PROSPICERE *futuros* CASUS *reipublicae.* Cic. *Lael.* 12, 40. PROSPICITE PATRIAE. Id. *Cat.* 4, 2, 3. [PROVIDERE REM. *An ego non* PROVIDEAM MEIS CIVIBUS? Cic. *Phil.* 6, 6, 17. *Prospicere exercitui frumentum, arma*, proveer al ejército de.]

III. *Tempero, moderor aliquid* valent «ordeno, regulo, dirijo», ut *temperare legibus rempublicam, consilia moderari;* cum dativo «modero, contengo», ut *irae, laetitiae moderari, lacrimis temperare* (et *a lacrimis*, Verg. *Aen.* 2, 8, cet.) [*Totae autem res rusticae ejusmodi sunt, ut* EAS *venti tempestatesque* MODERENTUR. Cic. *Verr.* 3, 98, 227. *(Oratio soluta) sine vinculis* SIBI *ipsa* MODERETUR. Id. *de Or.* 3, 48, 184; conténgase a sí misma (váyase a la mano), aunque no con trabas (las del metro). *Victoriae temperare*, Cic. *Marc.* 3, 8, et Sall. *C.* 11, 8; «usar con moderación de la v.» Oviedo, «moderarse en la v.» Sueyro.]

IV. *Consulo aliquem* est consilium ab aliquo peto, «consulto», ut: *Judices, jam* VOS CONSULO, *quid mihi faciendum putetis.*

1 Cum subjecto personae adhibetur *exspecto, praestolor*, cet.
2 Cf. Cuervo, *Dicc.* 2, p. 89 [1].
3 *Mater pallet pueris*, apud poëtas.

Cic. *Verr.* 1, 11, 32, *Consulo alicui* est prospicio seu provideo alicui, ut: CONSULITE VOBIS. Id. *Cat.* 4, 2, 3. [— *Consulo in aliquem*, trato a alguno, v. g. *crudeliter*.]

V. *Deficere* cum accusativo est «faltar algo a alguno, no bastar»; cum dativo «faltar uno a» *Tempus, hercule,* TE *citius quam oratio* DEFICERET. Cic. *S. Rosc.* 32, 89 [passive *tempore deficior*, cf. Ov. *Tr.* 2, 407; *mulier consilio et ratione deficitur*, Cic. *Cluent.* 65, 184.] ILLIS LEGIBUS *populus Romanus prior non* DEFICIET. Liv. 1, 24, 7.

[VI. *Cupio aliquid* sonat «deseo algo»; *cupio alicui* «deseo el bienestar de», ut: *Quid? ego* FUNDANIO *non* CUPIO? Cic. *Q.fr.* 1, 2, 3]

V. GEMINUS ACCUSATIVUS

222 Multa verba duplicem ejusdem rei accusativum habent. ME AUGUREM *Cn. Pompejus et Q. Hortensius* NOMINAVERUNT. Cic. *Phil.* 2, 2, 4. *Caesar* DOLABELLAM CONSULEM ERAT JUSSURUS; cf. *ib.* 2, 32, 80.

[Praeter verba vocativa atque efficiendi, eligendi, existimandi, n. **205**, 2.°, huc spectant quae significant se exhibere, ostendere, alia: *me praebeo, praesto, ostendo, exhibeo, profiteor, ago; video, cognosco, agnosco, perspicio, intellego, reperio... Quis* ILLUM *igitur* CONSULEM *nisi latrones putant?* Cic. *Phil.* 4, 4, 9. *Non minus* ME BONUM AMICUM HABEBIS *quam* FORTEM INIMICUM *ille* EXPERTUS EST. Nep. *Them.* 9, 3; tendrás en mí un amigo.

NB. Dicitur etiam *aliquem habere pro hoste*, tener a uno por enemigo, tratar a alg. como a enemigo; *aliquem in hostium numero habere, parentis loco* aut *in parentis loco habere, ducere.*]

223 *Doceo*, enseño, *edoceo*, instruyo, *dedoceo*, desenseño, *celo*, oculto, praeter accusativum personae alium rei admittunt. Item *erudio* apud poëtas.

Quid nunc TE, *asine,* LITTERAS DOCEAM? Cic. *Pis.* 30, 73. JUVENTUTEM *multis modis* MALA FACINORA EDOCEBAT. Sall. *C.* 16, 1. [*Non enim* TE CELAVI SERMONEM *T. Ampii.* Cic. *Fam.* 2, 16, 3. *Nec* ME *tantum Tritonia* CURSUS ERUDIIT. Val. Flacc. 2, 49. [1]]

1 «Sic Ovidius aliquoties», inquit Alvarus, n. 313, sub fin. Cf. *Met.* 8, 215: *(Daedalus Icarum) damnosas erudit artes.* Sed haud scio an aliud exempl. ap. Ovid. invenias.

NB. 1. *Celo* habet etiam ablativum cum praepositione *de;* item *doceo* et *edoceo* pro *certiorem facio*, informo de. *Bassus noster me* DE HOC LIBRO CELAVIT. Cic. *Fam.* 7, 20, 3; no me dió noticia de este l. DE ITINERE *hostium senatum* DOCET. Sall. *C.* 48, 4; informa al senado acerca de. [Sed cum pronomine et adjectivo neutro, **217,** I, servatur accusativus: *Cicero ab legatis* CUNCTA (OMNIA, HOC, ILLUD) EDOCTUS EST, fué informado. EADEM *fere* QUAE *Volturcius de itinere hostium senatum* DOCET. Sall. *C.* 48, 4; informa al s. acerca de. *Nosne* HOC CELATOS *tamdiu!* Ter. *Hec.* 645 [4, 4, 23]. ID *Alcibiades diutius* CELARI *non potuit.* Nep. *Alc.* 5, 2.[1]

NB. 2. Cum verbis docendi passive dicitur, servato accusativo rei, **211,** II, *NB.* 3: *L. Marcius* OMNES *militiae* ARTES EDOCTUS FUERAT, Liv. 25, 37, 3; sed crebrius *discere aliquid.* Etiam dicitur: *Docti et Graecis litteris et Latinis*, Cic. *Brut.* 46, 169; *docere aliquem fidibus, pilā*, cet. (ablat. instrumenti), enseñar a tocar un instrumento de cuerda, a jugar a la pelota.]

224 *Oro*, pido por favor, *flagito*, pido instantemente, *posco*, raro *reposco* et *percontor*, et apud priscos alia, ut *exoro*, accusativum personae et rei simul admittunt, quorum accusativus personae mutari potest in ablativum cum praepositione *ab.*

Non ME FRUMENTUM FLAGITABAT? Cic. *Dom.* 6, 14. ABS TE *filium optimum atque innocentissimum* FLAGITAT. Cic. *Verr.* 5, 49, 128. HANC VENIAM *illis sine* TE EXOREM. Plaut. *Bacch.* 5, 2, 82 [1199]; perdón para ellos. [*Verres* PARENTES *pretium pro sepultura liberûm* POSCEBAT: cf. Cic. *Verr.* 1, 3, 7; in passiva *poscor aliquid* poët. est: *Nec tantum segetes alimentaque debita dives Poscebatur humus.* Ov. *M.* 1, 138. *Forte* MEUM *siquis* TE PERCONTABITUR AEVUM. Hor. *Ep.* 1, 20, 26. *Si hoc* A ME *muneris non universa provincia poposcisset.* Cic. *Verr.* 2, 47, 117. *Rationem* AB ALTERO *vitae reposcere.* Id. *Caecil.* 9, 27. *Veniamque oremus* AB IPSO. Verg. 11, 358. *(Pacem orare,* cum solo accus. rei. QUOD DEOS *immortales expoposci.* Liv. 7, 40, 5, cum altero accus. communi. HAEC *cum* PRAETOREM *postulabas.* Cic. *pro Tull.* 16, 39.)[2]] Cf. **287.**

1 In variis edd. perperam *Alcibiadi.*

2 Nonnulli Grammatici (KÜHNER, vol. 2, p. 221, RIEMANN-LEJAY, p. 69) etiam verbo *postulo* duplicem tribuunt accusat. hoc loco Cic. *Att.* 2, 7, 1 ducti: *Orationes me duas postulas;* ubi tamen Teubner ex recognitione MUELLERI legit *a me;* de quo autem BOOT ap. Teubner sic in adnotatione critica: *vel* A ME *corrigendum est, vel* ME *inducendum.* — *Orare aliquid ab aliquo* est poëtar. et aevi sequioris.

NB. 1. *Percontor* generatim cum accusativo personae et ablativo rei cum praepositione *de* conjungitur: *percontor aliquem de*, vel cum accus. rei et ablat. personae cum *ex* (vel *ab*): *percontor aliquid ex aliquo, ab aliquo.* [*Ego* ILLUM DE SUO REGNO, *ille* ME DE NOSTRA REPUBLICA PERCONTATUS EST. Cic. *Rep.* 6, 9 [*Somm. Sc.* 1]. *Solebat* EX ME *Dejotarus* PERCONTARI *nostri augurii* DISCIPLINAM, *ego* EX ILLO *sui.* Id. *Div.* 2, 36, 76. AB ADVERSARIIS PERCONTABITUR *accusator quid futurum sit. Ad Herenn.* 2, 15, 22.]

NB. 2. Dicitur *rogare, interrogare aliquem sententiam, testimonium*, vel *id, quod*, cet., n. **217**, I; alias fere *interrogare de* (n. **289**). [*Razilius de privatis* ME *primum* SENTENTIAM ROGAVIT. Cic. *Q. fr.* 2, 1, 3; el primero entre los particulares: unde in passiva *sententiam rogatus.* [1] *Visne igitur... ego* TE *vicissim* IISDEM DE REBUS *Latine* INTERROGEM? Id. *Part.* 1, 2. PUSIONEM QUENDAM *Socrates* INTERROGAT QUAEDAM *geometrica* DE DIMENSIONE *quadrati.* Id. *Tusc* 1, 24, 57. *(Rogare auxilium; ab Metello missionem rogat.* Sall. *J.* 64, 1.) Huc referenda locutio: *Quid me vis?* qué quieres de mí? cf. n. **217**, II, 1.°]

225 *Traduco, trajicio, transporto* praeter objecti accusativum alium loci admittunt sine praepositione, vel praepositione *trans* aliquando repetita.

HIBERUM COPIAS TRAJECIT. Liv. 21, 23, 1: TRADUXIT, *ib.* [TRADUCTI SILVAM *exercitus.* Id. 9, 39, 1. *Ne* MULTITUDINEM *hominum* TRANS RHENUM *in Galliam* TRADUCERET. Caes. *G.* 1, 35, 3.

NB. Eodem pacto dicitur: *adigo aliquem arbitrum*, obligo a alg. a presentarse al árbitro, al juez, Cic. *Off.* 3, 16, 66, et *adigo aliquem jusjurandum, ad jusjurandum, jurejurando*, juramento (obligo a jurar) a alg.]

VI. ACCUSATIVUS CUM GENITIVO (CAUSAE)

226 *Miseret, paenitet, piget, pudet, taedet*, et composita, n. **137**, 3.°, cum accusativo personae praeter genitivum construuntur. Pro genitivo rei infinitivus quandoque reperitur. [Sunt hujus loci *subpaenitet, suppudet, distaedet, pertaesum est;*

1 «*Yo*, dice el Padre, *no deseo nada deso.* PREGUNTADO LA CAUSA, respondió.» Ribad. *Vida de S. Ign.* 5, 4, p. 285, Madrid, 1594, p. 187 [1], Madrid, 1605.

miserescit, *miseritum est* et *me miseretur* pro *misereor*, *me veritum est* pro *veritus sum*, cet.]

MISERET TE ALIORUM, TUI *nec* MISERET *nec* PUDET. Plaut. *Trin* 431 [2, 4, 30]; te compadeces de los demás, de ti ni te c. ni te avergüenzas. *Nunquam* SUSCEPTI NEGOTII EUM PERTAESUM EST. Nep. *Att.* 15, 2; nunca se hastió de lo que una vez había emprendido. PAENITUIT JURASSE PATREM. Ov. *M.* 2, 49; vel *juramenti*, at minime *jurandi*. [*Et* ILLUM FURORIS, *et* HUNC NOSTRUM COPIARUM SUPPAENITET. Cic. *Att.* 7, 14, 1. EORUM (LIBRORUM) ME SUPPUDEBAT. Cic. *Fam.* 9, 1, 2; tenía yo cierto empacho de los l. *(eos enim jam dudum non legeram.)* — *Solet* EUM, *cum aliquid furiose fecit*, PAENITERE. Cic. *Att.* 8, 5, 1; minime *solet is paen*; siempre que hace algo: cf. **304.** II.]

NB. *Piget, paenitet, pudet* cum neutro demonstrativo aut relativo, tanquam subjecto, inveniuntur nonnunquam. *Non te* HAEC PUDENT? Ter. *Ad.* 4, 7, 36 [754]; [pro *horum te non pudet?* QUOD *nos post* PIGEAT. Id. *Phorm.* 3, 3, 21 [554]; lo cual después nos apesadumbre, de lo cual d. nos apesadumbremos. [1]]

VII. ACCUSATIVUS LOCI

227 I. Nomina urbium minorumque insularum, item *rus* et *domus* solo accusativo efferuntur si per adverbium **quo** fit interrogatio, sc. si ingressio in haec loca significatur; propria vero regionum et majorum insularum, item appellativa ponuntur in accusativo cum *in*, raro *ad*.

Epistulas CATINAM, TAUROMENIUM, SYRACUSAS *commodius mittere potero*. Cic. *Att.* 16, 11, 7. RUS *ibo*. Ter. *Eun.* 187 [1, 2, 107]. DOMUM *revertor*. Id. *Haut.* 68 [1, 1, 16]. [DOMUM *reditus*. Cic. *Pis.* 3; etiam usurpatur *domos*, cum agitur de patria, secus *in domus: Ubi*

1 Nota exemplum *Sapientis est proprium nihil quod paenitere possit facere*. Cic. *Tusc.* 5, 28, 81; i. e. *quod paenitere eum possit*. Ubi MADVIG, n. 218 a, adnot., NEUE-WAGENER, vol 3, p. 653-54, JANSS. n. 293, 1, alii opinantur esse *quod* nominat.; contra accus. THEIL in sua *Grammaticae Madvigianae* versione, n. 218 a, 2, KÜHNER, vol. 1, n. 206, adnot. 7, p. 540, RAMSHORN, *Gr. Lat.* 113, 2, ZUMPT. *Gr. Lat.* 442, FREUND, *Dictionn. poenitet;* RIEMANN et GOELZER dubitant, n. 50, III.—Invenitur etiam nominativus substantivi pro genitivo cum *paenitet*; at est insolens. *Et me quidem haec condicio nunc non paenitet*. Plaut. *Stich.* 1, 1, 51. — Vide sensum hujus exempli et similium: *Me pudet deorum hominumque*, me avergüenzo, siento vergüenza, delante de los d.

vos dilapsi DOMOS *et* IN RURA *vestra eritis.* Liv. 39, 16, 4; *Socrates autem primus philosophiam* IN DOMUS *introduxit.* Cic. *Tusc.* 5, 4, 10.] IN MACEDONIAM AD *Cn. Pompeji* CASTRA *venit.* Cic. *Lig.* 9, 27. IN INFERIOREM AMBULATIONEM *descendimus.* Id. *Tusc.* 4, 4, 7. [*Ipsumque* AD MOENIA *ducat.* Verg. *Aen.* 1, 645; i. e. *in urbem Carthaginem.* [1] — Insulae minores habentur *Chius*, Quío, *Delos*, *Lemnus*, *Rhodus*, *Salamis*, *Samos*, cet. *Cum accessisset* LEMNUM. Nep. *Milt.* 1, 4.]

NB. 1. Praepositione *ad* solet in motu significari

a) propinquitas seu accessio ad locum. *Atque iterum* AD TROJAM *magnus mittetur Achilles.* Verg. *B.* 4, 36; al campamento de Tr., a los muros de. [*Adulescentulus miles* AD CAPUAM *profectus sum, quintoque anno post* AD TARENTUM. Cic. *C. M.* 4, 10; fuí de soldado a C , i. e., a los alrededores de C., al campo militar de; erant enim illae urbes penes Hannibalem. *Quae spes nisi ut* AD URBEM *vel in urbem potius exercitum maximum adduceret?* Id. *Phil.* 5, 8, 22. AD RIVUM EUNDEM *lupus et agnus venerant.* Phaed. 1, 1, 1; non enim undas sunt ingressi.]

b) mera directio. *Qui cum facibus* AD CURIAM *cucurrerunt.* Cic. *Mil.* 33, 91; hacia, en dirección a. [*Duplices tendens* AD SIDERA *palmas.* Verg. *Aen.* 1, 93; *ib.* 86, 103, 644, 656 [2]. — Etiam sine verbo motus: *tres viae sunt* AD MUTINAM. Cic. *Phil.* 12, 9, 22.]

c) locus tralaticius. *Proficiscere* AD *impium* BELLUM *ac nefarium.* Cic. *Cat.* 1, 13, 33. [AD FACTA *veniamus.* Id. *Rep.* 2, 2, 4.]

d) persona. *In Macedoniam* AD PLANCIUM*que perrexi.* Cic. *Planc.* 41, 98. [AD SENATUM*ne venient?* AD POPULUM ROMANUM *confugient?* Id. *Verr.* 5, 48, 126; i. e. *ad senatores, ad cives R.;* cf. *Venio in senatum frequens*, id. *C. M.* 11, 38. *Eamus* AD ME. Ter. *Eun.* 612 [3, 5, 65]; vayamos a (mi) casa. — Nomina populorum sive gentium saepe sumuntur tanquam regionum, non personarum: *Hic bellum lacrimosum a populo* IN PERSAS *aget.* Hor. *C.* 1, 21, 14; i. e. *in Persiam.*]

NB. 2. Accusativo *domum* et *domos* adjungi potest genitivus possessoris vel adjectivum possessivum; v. g. *eo domum Pompeji, domum*

1 Cf. Cic. *Mil.* 19, 51: *Aricīā rediens* DEVERTIT *Clodius ad se* IN ALBANUM... AD VILLAM SUAM DEVERTI, et *ib.* 20, 54: DEVERTIT IN VILLAM *Pompēji.* Item: *Eos* IN CAELUM *laudibus* EXTOLLERE, *Harusp. r.* 22, 47, et *Quem tu* AD CAELUM *laudibus* EXTULISTI. *Fam.* 12, 25, a, 7.

2 At illustrius directio particula *versus* significatur. *Verti igitur me a Mintur nis* ARPINUM VERSUS. Cic. *Att.* 16, 10, 1. IN GALLIAM VORSUS *castra movere.* Sall. *C.* 56, 4. AD OCEANUM VERSUS *proficisci.* Caes. *G.* 6, 33, 1.

meam, alienam, regiam, i. e. *regis*. At etiam dicitur: *eo in domum meam, in domum Pompeji* et *domum ad Pompejum*. [DOMOS SUAS *discedere*, Nep. *Them.* 4, 2; *aurum argentumque* DOMUM REGIAM *comportant*, Sall. *J.* 76, 6. *Venisse* IN M. LECCAE DOMUM. Cic. *Cat.* 1, 4, 8. Cum ceteris adjectivis adhibenda praepositio: *in domum amplam et magnificam venire*]

NB. 3. Si interrogatio fit per adverbium **quo**, detrahi praepositio potest aliquando cum nominibus magnarum insularum et cum Graecis in *us* loci majoris. [1] Et poëtae interdum dativo etiam utuntur. SARDINIAM *cum classe venit*. Cic. *Man.* 12, 34: cf. *Pompejus in Sardiniam profectus est*. Id. *Fam.* 1, 9, 9. AEGYPTUM *proficisci*. Nep. *Dat.* 4, 1. — *Hic alii spolia occisis derepta Latinis Conjiciunt* IGNI. Verg. *Aen.* 11, 194; i. e. *in ignem*. [*It* CAELO *clamorque virum clangorque tubarum*. *Ib.* 192; pro *ad caelum:* cf. *ib.* 12, 409: *It tristis ad aethera clamor*. *Verba refers* AURES *non pervenientia* NOSTRAS. Ov. *M.* 3, 462; pro *ad aures*. CHERSONESUM *profectus*. Nep. *Milt.* 1, 4. Cf. n. **285**, *NB.* 2 et 3.]

II. Ubi vel cum motu vel sine motu indicatur extensio, liber est usus praepositionis *ad* cum nominibus loci minoris. *Usque ab Dianio* AD SINOPAM *navigaverunt*. Cic. *Verr.* 2, 1, 34, 87. *Municipia quae sunt a Vibone* BRUNDISIUM. Id. *Planc.* 41, 97; vel *a Vibone ad Brundisium*. Cf. n. **285**, *NB.* 1.]

228 *Propius, proxime* accusandi casum saepius exigunt, quam dandi; contra *propior* et *proximus*. Dicitur etiam *propius* et *proxime ab, propior* et *proximus ab*.

Exercitum PROPIUS URBEM *admovere:* cf. Cic. *Phil.* 7, 9, 26. *Exercitum habere quam* PROXIME HOSTEM. Id. *Att.* 6, 5, 3. *Quam* PROXIME *potest hostium* CASTRIS, *castra communit*. Caes. *C.* 1, 72, 5. PROPIUS A TERRA *Jovis stella fertur*. Cic. *N. D.* 2, 20, 52. [*Stellae aliae* PROPIUS A TERRIS, *aliae remotius eadem spatia conficiunt*. *Ib.* 1, 31, 87. A SURA PROXIME *est Philiscum*. Plin. *N. H.* 5, 26, 89 (5, 21, 4). *Est* PROXIMUS A POSTREMO. Cic. *Or.* 64, 217. PROPIOR PATRIAE. Ov. *Pont.* 1, 2, 130. PROPIOR MONTEM *suos collocat*. Sall. *J.* 49, 1.]

1 Inter Graeca notanda *Aegyptus, Bosphorus, Chersonesus, Epirus, Peloponnesus*...

VIII. Accusativus mensurae, distantiae aetatis, temporis

229 In **a)** extensione et **b)** motu mensura accusativo exprimitur (cum verbis, adjectivis et adverbiis).

a) Mille *et* ducentos passus *ibi latitudo patet.* Liv. 37, 31, 9. **b)** *A recta conscientia* transversum unguem *non oportet discedere.* Cic. *Att.* 13, 20, 4; un negro de uña, un canto de u. [*Negat unquam se a te* pedem *discessisse.* Id. *Dejot.* 15, 42. *Fossam sex* cubita *altam, duodecim latam cum duxisset.* Liv. 37, 37, 10. [1]

Generalem dimensionem sive extensionem significant *longus, latus, altus*, alto, profundo (cave usurpes hic *profundus*), cum suis adverbiis, v. g. *terram duos pedes alte infodere;* certam mensuram *digitus, palmus, pes, cubitum, passus, stadium, iter*, v. g. *unius diei, tridui: Ariovistus tridui iter processit.*

NB. *Crassus* ex. c. *pedes duos*, ut est apud Cat. *R. R.* 18, de arboribus, *sex digitos*, Plin: *H. N.* 36, 25, 187 (62) eruditius saeculum rejecit, maluitque dicere: *arbores duum* pedum crassitudine. *Clavi ferrei* digiti *pollicis* crassitudine. Caes. *G.* 3, 13, 4. *Patebat* parietum crassitudo *pedes quinque.* Id. *C.* 2, 8, 2. [2] — Genitivus mensurae aevi sequioris est; item ablativus, nisi a comparativo pendet: *Palus lata pedes quinquaginta;* sed *palus non* latior pedibus *L.* Caes. *G.* 7, 19, 1: n. **294,** I.]

230 Nomen distantiam loci significans accusativo vel ablativo effertur, addita loco **unde** praepositione *ab. Teanum abest* a Larino *XVIII* milia *passuum.* Cic. *Cluent.* 9, 27. *Aesculapii templum V* milibus *passuum* ab Epidauro *distat:* cf. Liv. 45, 28, 3. [*Quattuor* milia ab hoste *posuit castra.* Liv. 37, 38, 2; i. e. *passuum. Is locus est citra Leucadem* stadia *centum et viginti.* Cic. *Fam.* 16, 2. *Cum reliquae legiones magnum* spatium *abessent.* Caes. *G.* 2, 17, 2. Milibus *passuum sex* a *Caesaris* castris *sub monte consedit. Ib.* 1, 48, 1. *Hic locus aequo fere* spatio ab castris *Ariovisti et Caesaris aberat Ib.* 1, 43, 1: cf. *NB.* 2.]

NB. 1. Si locus distans tacetur, saepe distantia construitur cum

1 Haec genuina lectio, non *cubitis.*
2 *Pedum* pro *pedes* mendosum est.

praepositione *ab*. A MILIBUS *passuum minus duobus castra posuerunt*. Caes. *G.* 2, 7, 3; a menos de dos mil p.

NB. 2. Nisi cum verbis *abesse* et *distare*, vox *spatium* et *inter vallum* in distantia semper ablativo effertur. *Sex milium passuum* INTEVALLO *ab Saburra* CONSEDERAT. Caes. *C.* 2, 38, 3. *Quindecim ferme milium* SPATIO *castra ab Tarento* POSUIT. Liv. 25, 9, 3.]

231 Cum adjectivo *natus* numerus annorum seu mensura aetatis in accusativo ponitur. *Masinissa* NONAGINTA NATUS ANNOS. Cic. *C. M.* 10, 34; de noventa a. de edad, a los noventa a. (cumplidos).

NB. Dicitur etiam *nonaginta annorum*, et *nonagesimum primum annum agens;* annus enim vertens cum verbo *ago* numeratur, usurpaturque numerus ordinalis.

232 I. Si per **quamdiu** fit interrogatio, i. e. si spatium temporis preteriti vel futuri (duración) exprimitur, accusativus adhibetur, raro ablativus: ¿cuánto tiempo una cosa fué o será, duró o durará?

Romulus septem et triginta regnavit ANNOS [*Numa* TRES *et quadraginta*] Liv. 1, 21, 6. *Habendas* TRIDUUM *ferias*. Cic. *Leg.* 2, 22, 57. *Triginta* ANNIS *vixisse*. Cic. *Off.* 3, 2, 8. [Cum comparativis adhibetur ablativus: *Etsi cupidissime expetitum a me est ne* DIUTIUS ANNO *in provincia essem*. Cic. *Att.* 7, 3, 1: n. **294**, I. — Accusativo additur *per* ad designandam rem continenter gestam. *Ludi* PER DECEM DIES *facti sunt*. Cic. *Cat.* 3, 8, 20; durante diez días (consecutivos).[1] *At pius Aeneas* PER NOCTEM *plurima volvens*. Verg. *Aen.* 1, 305; toda la noche.] *Addita et* UNUM DIEM SUPPLICATIO. Liv. 39, 22, 4.]

II. Sin vero interrogatio fit per **quamdudum**, hoc est, si res adhuc perseverans significatur, utuntur Latini accusativo et numero ordinali: ¿cuánto tiempo hace (hacía) que una cosa sucede (sucedía)?

ANNUM *jam* TERTIUM *et* VICESIMUM *regnat*. Cic. *Man.* 3, 7; reina ya veintitrés años, hace ya v. años que reina, es ya el año vigésimo tercero que r. [*Is Lilybaei multos jam annos habitat*. Id. *Verr.* 4, 18, 38.]

III. *Abhinc* verbis praeteriti temporis et accusativo, raro abla-

1 Distinctius: *Menses octo continuos his opus non defuit*. Cic. *Verr.* 4, 21, 54; no les faltó quehacer.

tivo, *ante* et accusativo et ablativo jungitur: ¿cuánto tiempo ha que una cosa sucedió? *Quaestor fuisti* ABHINC ANNOS *quattuordecim*. Cic. *Verr*. 2, 1, 12, 34. *Quo tempore?* ABHINC ANNIS *quindecim*. Id. *R. Com*. 13, 37. ANTE *hos sex* MENSES *male, ait, dixisti mihi*. Phaed. 1, 1, 10; ha seis meses que hablaste mal de mí, seis meses antes (de ahora). *Catilina paucis* ANTE DIEBUS *erupit ex urbe*. Cic. *Cat*. 3, 1, 3. [— *Ante* suo casui interjicitur: *decem ante dies* et *decem ante diebus*, vel postponitur: *decem dies ante* et *decem diebus ante*, vel praeponitur: *ante decem dies*, raro *ante diebus decem*.]

NB. Pro *abhinc* vel *ante* adhibetur interdum ablativus pronominis *hic, ille*. HIS ANNIS *quadringentis Romae rex erat*. Cic. *Rep*. 1, 37, 58; hace como cuatrocientos años, unos cuatroc. a., que en Roma había rey. [*Respondit illud argentum se paucis* ILLIS DIEBUS *misisse Lilybaeum*. Id. *Verr*. 4, 18, 39; por aquellos días, no había muchos días.]

233 I. Quaestioni in quodnam tempus et in quantum tempus «para cuándo, para cuánto tiempo» respondetur cum accusativo et praepositione *in*, aliquando *ad*.

Omnem hanc disputationem IN ADVENTUM *tuum differo*. Cic. *Fam*. 2, 3, 2. *Te* AD MENSEM JANUARIUM *exspectamus*. Id. *Att*. 1, 3, 2; para Enero. IN CENTUM ANNOS *indutiae datae*. Liv. 1, 15, 5. [*Solis defectiones itemque lunae praedicuntur* IN MULTOS ANNOS. Cic. *Div*. 2, 6, 17; los eclipses se predicen, anuncian, para muchos años adelante, i. e. con mucha anticipación. *(Latinas)* IN ANTE DIEM TERTIUM *Idus Sextiles edixit*. Liv. 41, 16, 5; i. e. *in diem tertium;* cf. id. 41, 16, 1: *Latinae feriae fuere ante diem tertium Nonas Majas*: cf. **591**, IV. *Currus rogat ille paternos* INque DIEM *alipedum jus et moderamen equorum*. Ov. *M*. 2, 47.

Dicitur: *crescit in dies*, vel *in dies singulos, hostium numerus*, Cic. *Cat*. 1, 2, 5; *minorem in diem urbem Saguntini faciunt*, Liv, 21, 11, 11, diariamente, de día en día; *in diem vivere*, Cic. *de Or*. 2, 40, 169, Liv. 22, 39, 13, sive *nulla cura de futuro*, vivir al día; *puer mutatur in horas*, Hor. *Pis*. 160, a cada hora, de hora en hora; *ad constitutam diem tempusque venisse*, Cic. *Caec*. 11, 32, para el día y hora señalada; *ad tempus redire*, id. *Att*. 13, 45, 2, i. e. *opportuno tempore*, a tiempo; *quem ad annum tribunum plebis videbam fore, ib*. 5, 2, 1, dentro de un año, al año.]

II. Interrogationi **quousque** «hasta cuándo, h. qué tiempo» respondetur praepositione *ad, usque ad*, aliquando *in*.

Sophocles AD *summam* SENECTUTEM *tragoedias fecit.* Cic. *C. M.* 7, 22; hasta la última vejez. *Philosophia jacuit* USQUE AD *hanc aetatem.* Id. *Tusc.* 1, 3, 5; estuvo postrada. *Sermonem* IN *multam* NOCTEM *produximus.* Id. *Resp.* 6, 7 [*Somn. Sc.* 1]; hasta muy entrada la n., h. altas horas de la n. [*Cui est exploratum se* AD VESPERUM *esse victurum?* Cf. id. *C. M.* 19, 67. QUEM AD FINEM *sese effrenata jactabit audacia?* Id. *Cat.* 1, 1, 1; i. e. *quousque, quamdiu;* ¿hasta cuándo te jactarás de (esa) tu desenfrenada osadía? ¿cuándo tendrá fin (esa) tu presumida y des. os ?[1] *Dormire in lucem.* Hor. *Ep.* 1, 18, 34; hasta ser de día, h. muy tarde.]

234 *Pridie* et *postridie* accusativum casum postulant (apud probatos auctores cum nominibus festorum et dierum mensis tantum). *(Venatio)* POSTRIDIE LUDOS APOLLINARES *futura est.* Cic. *Att.* 16, 4, 1. PRIDIE NONAS JUNIAS *litteras tuas accepi.* Id. *Fam.* 3, 4, 1.

NB. Semper dicitur *pridie, postridie ejus diei.*

IX. ACCUSATIVUS IN EXCLAMANDO ET PRO ALIO CASU

235 In exclamationibus admirantis aut dolentis adhibetur accusativus vel sine interjectione vel cum *o* et *heu*, ut: *me miserum! o me miserum! heu me miserum!* Cic. *Phil.* 7, 4, 14.[2]

236 In paucis locutionibus adhibetur accusativus loco alterius casus. Sic dicitur: *id temporis* pro *eo tempore. Quos ad me* ID TEMPORIS *venturos esse praedixeram* Cic. *Cat.* 1, 4, 10. Dicitur etiam: *id* seu *illud aetatis* pro *ejus, illius aetatis. Id aetatis jam sumus, ut...* Cic. *Fam.* 6, 20, 3; somos de tal edad, de tantos años.[3]

1 Non igitur recte omnino RODRIGO DE OVIEDO: «¿hasta qué término ha de llegar esa tu desenfrenada osadía?» Male CALVO: «¿a qué extremos se arrojará tu desenfrenada audacia?» et LAGUNA (saec. XVI,: «¿Adónde irá a dar consigo esa tu osadía desenfrenada?»

2 In Tullianis orationibus passim accusativus hic reperitur; v. g. *O miserum et infelicem illum diem!... O falsam spem! o volucrem fortunam! o caecam cupiditatem! o praeposteram gratulationem! Sull.* 32, 91. *O patrem (Cornelium) sapientem! Ib.* 18, 51. *Miserum me!* Id. *Pis.* 1, 3. Cf. *de Or.* 3, 2, 7. — *(Edepol mortalis malos.* Plaut. *Bacch.* 293. *Euge litteras minutas. Ib.* 4, 9, 68 [991]; ¡qué letras tan pequeñas! ¡qué letra tan diminuta!) Cf. 209, II.

3 Minime vero: *vivimos en tal época.*

[*Hominem id aetatis adoriantur*, id. *Verr.* 2, 14, 37. Quibus adde: *id (hoc, omne) genus* pro *ejus (hujus, omnis) generis: Scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere*, Cic. *Att.* 13, 12, 3. *Simulacra omne genus*, Lucr. 4, 737. *Res hoc genus*, id. 6, 918, Varro *R. R.* 2, 1, 23.

Dicitur tandem in poësi praesertim: *quo mihi (tibi...)* cum accus., ¿de qué me sirve? *unde mihi...* ¿a dónde iré a buscar? ¿dónde podré hallar? *Quo mihi fortunam, si non conceditur uti?* Hor. *Ep.* 1, 5, 12; i. e. *quid mihi fortuna prodest? Quo mi, inquit, mutam speciem, si vincor sono?* Phaed. 3, 18, 9. *Unde mihi tam fortem tamque fidelem?* Hor. *S.* 2, 5, 102; sc. *ubi inveniam?*]

X. Accusativi vel ablativi praepositiones

(Cf. n. **162**, I, et **298**)

237 *In* accusativum amat 1.ᵐ cum motus proprie significatur, «a = para dentro de», n. **227**. *Venio* IN SENATUM *frequens*. Cic. *C. M.* 11, 38.

Sic: *adventus in urbes sociorum; in carcerem conjicere, condere; convenire, congregari, exercitum contrahere in locum aliquem* (unde *congregari aliquo, eo*, non vero *alicubi, ibi); cogere copias in unum; comportare arma in templa, aquam in arcem; concludere aliquem in cellam; concursus fit in praetorium; confluunt in hanc urbem multi inquinate loquentes; Midae dormienti formicae in os tritici grana congesserunt; convehere lintribus in insulam materiam, calcem*, cet., *frumentum et commeatus in castra; convocare philosophos in Academīam; in terram egredi*, salir (del barco) a tierra, saltar en t., desembarcar; *incursionem facere in fines Romanorum; in exsilium proficisci; in civitatem recipere; in curiam reditus; in custodiam, in pistrīnum* (tahona, molino) *aliquem tradere*.

In accusativum amat 2.° etiam cum translate motus designatur:

a) cum notat finem; ubi saepius adhibetur *ad*. *Regium* IN PRAESIDIUM *missa legio*. Liv. 28, 28, 2 (cum verbo motus). [IN HANC REM *te, te, inquam, testem, Naevi, citabo*. Cic. *Quinct.* 11, 37, *Verr.* 4, 59, 146 (sine verbo motus). *Nec locus* IN TUMULOS, *nec sufficit arbor* IN IGNES. Ov. *M.* 7, 613.]

b) cum notat modum seu formam rei aut dispositionem.

Cives Romani SERVILEM IN MODUM *cruciati et vexati.* Cic. *Verr.* 1, 5, 13. *Diffindere aliquid* IN LONGITUDINEM: cf. id. *Tim.* 7, 24; hender a lo largo. [*(Apes)* MAGNUM *mixtae glomerantur* IN ORBEM. Verg. *G.* 4, 79; se aglomeran en un gran pelotón, formando un grande p.; cf. Ov. *Met.* 1, 35; *Terram magni* SPECIEM *glomeravit* IN *orbis.*]

c) cum notat distributionem aut divisionem. *Describebat censores binos* IN SINGULAS CIVITATES *Timarchides.* Cic. *Verr.* 2, 53, 133. *Gallia est omnis divisa* IN PARTES TRES. Caes. *G.* 1, 1, 1.

Sic: **a)** *Denariûm XXXIX milia contulerunt in statuam.* Cic. *Verr.* 2, 55, 137; *esse in usum,* servir para. **b)** *Bonam in partem accipere.* Cic. *Att.* 11, 7, 8. *Marii virtutem in majus celebrare.* Sall. *J.* 73, 5; exagerando. *Hoc senatusconsulto in meam sententiam facto.* Cic. *Fam.* 1, 9, 9; dado este decreto del senado conforme a mi parecer. *In hanc sententiam scriberem plura. Ib.* 2, 4, 2; a este propósito, en este sentido. *Pax data Philippo in has leges (in haec).* Liv. 33, 30, 1 et 32, 24, 7; con estas condiciones. *In aurem, in aurem dexteram, in latus dormire,* Ter. *Haut.* 2, 3, 101 [342], Plaut. *Pseud.* 1, 1, 123-24 cet. *Silva in longitudinem patet;* cf Caes. *G.* 6, 28; tiene de largo; *patet in latitudinem,* tiene de ancho; *tres pedes habet in longitudinem;* cf. Caes. *G.* 1, 2, 5. *Nec pingues unam in faciem nascuntur olivae.* Verg. *G.* 2, 85; ni las olivas nacen en una sola forma, con la misma figura, presentando el mismo aspecto. [1] *Latus rupis excisum in antrum.* Verg. *Aen.* 6, 42. *Congeriem secuit sectamque in membra redegit.* Ov. *Met.* 1, 33; y dividida (la masa) la dispuso en partes. *Belgae spectant in Septentriones.* Caes. *G.* 1, 1, 6; Bélgica mira al norte: etiam dicitur *spectare ad,* Cic. *Verr* 5, 66, 169. Caes. *G.* 7, 69. *Portus in meridiem vergit.* Liv. 37, 31, 10; etiam *ad meridiem,* cf. Caes. *G.* 1, 1, 5. *Minantur in caelum scopuli.* Verg. *Aen.* 1, 165. *In saxum mutari,* cet. **c)** *Verres ab aratoribus pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegit,* cf. Cic. *Caecil.* 10, 30. *Jamque ad denarios in singulos modios annona pervenerat.* Caes. 1, 52, 2. *Distribuere populi partes in tribus,* Cic.

[1] OCHOA minus recte totum hunc locum videtur reddidisse, quippe qui versione usus sit Valentiae edita, 1778, in quo tamen libro, pag. 375, Ludovicus Legionensis sic pulchre:

Ni las olivas grassas sin arreo (son)
De un mismo talle todas; que si adviertes
Hay luenga *(radii)*, hay ocal, hay la [s] que creo
Que llaman pausia oliva, a quien ninguna
Iguala en amargura de aceituna.

Ocal (vide *Diccionario de la Acad.)* legendum fortasse *(orcal?) oval,* id enim sonat *orchades* Vergilianum. Cf. *Enciclopedia Espasa,* t. II, p. 46[1].

Leg. 3, 3, 7; *populum in quinque classes*, id. *Rep.* 2, 22, 39; *pecuniae summam in singulos judices*, id. *Cluent.* 27, 74, etiam *singulis judicibus*, cf. Cic. *Att* 7, 14, 2 et Caes. *G.* 4, 22, 3. *In utramque partem omnia paria reddere.* Cic. *Fin.* 3, 4, 12.]

In accusativum amat, rarissime ablativum, 3.° cum ponitur pro *erga* vel *contra*, ut *Brutus fuit pius* IN PATRIAM, *crudelis* IN LIBEROS.

[Sic: *Magna ejus in me officia et merita.* Cic. *Fam.* 11, 17, 1; *studia in nos hominum augentur*, id. *Att.* 2, 22, 3, la afición que nos tienen; *summum odium omnium hominum in eos qui tenent omnia*, *ib.* 2, 22, 6 (nota alliterationem praesertim characterum *u* et *m*); *convertit se in nos*, *ib.* 2, 22, 1, se vuelve contra n.; *quod in vulgus gratum esse sentimus*, *ib.* 2, 22, 3; *ad impietatem in deos in homines adjunxit injuriam*, id. *N. D.* 3, 34, 84; *Callimachi epigramma in Cleombrotum*, id. *Tusc.* 1, 34, 84; *in hostem pugnare*, Sall. *C.* 9, 4; *dicere in aliquem*, cui opponitur *dicere pro aliquo*, en (a) favor de. — IN HOC *tantum fuit odium multitudinis, ut* cet. Nep. *Phoc.* 4, 3; contra éste.]

NB. Cum certis verbis usurpatur aliquando *in* cum accusativo vel ablativo vix immutata significatione, ut *includere aliquem in carcerem*, meter en la c., nonnunquam *in carcere*, encerrar, etiam *carcere* tanquam ablat. instrumenti [*condere in carcerem*, *in vincula* et *condere aliquid in visceribus; incīdere aliquid in aes*, grabar en bronce, *in tabula*, en una tabla; *abdere aliquem* vel *aliquid in silvam*, *in intimam Macedoniam*, *domum*... et *abdere milites in insidiis*, *abditus in tabernaculo*, cet. — *In* cum accusativo pro ablativo invenitur in nonnullis locutionibus minus accuratis, ut *in amicitiam dicionemque populi Romani esse*, *habere in potestatem.*

Adn. In cum ablat. vide n. **298.**]

II. *Sub* accusandi casum fere postulat 1.m cum motus significatur «(para) debajo de», ut *cadere sub oculos*, *sub jugum mittere* (et *sub jugo*). [SUB *populi Romani* IMPERIUM DICIONEMQUE *ceciderunt.* Cic. *Font.* 5, 12. *Ditem patrem ferunt penetrasse* SUB TERRAS. Id. *Verr.* 4, 48, 107. *Vatis portat* SUB TECTA *Sibyllae* (*Aeneas ramum*). Verg. *Aen.* 6, 211; *succedere sub montem.*]

Sub accusandi casum postulat fere 2.° cum tempus adsignificat pro *post*, *paulo post*, *circiter*, *per;* ut *sub vesperum*, *sub lucis ortum*, *sub idem tempus.* — *Sub ipsa profectione.* Caes. *C.* 1, 27, 3; en el momento mismo de la partida. [SUB EAS *(Lepidi litteras) statim recitatae sunt tuae.* Cic. *Fam.* 10, 16, 1. *Pompejus* SUB NOCTEM *naves*

solvit. Caes. *C.* 1, 28, 3; zarpó, levó anclas, se hizo a la vela al anochecer, en anocheciendo. SUB *equestris* FINEM *certaminis coorta est peditum pugna.* Liv 22, 47, 4.]

At cum verbis quietis ablativus poscit, ut *sub mensa jacere, esse sub oculis.* [*Si essent, inquit, qui* SUB TERRA *semper habitavissent.* Cic. *N. D.* 2, 37, 95. *Requiesce* SUB UMRRA. Verg. *B.* 7, 10.]

III. *Super* accusativo servit, apud poëtas etiam ablativo; at in soluta oratione ablativo jungitur tantummodo cum pro *de* ponitur: «sobre = acerca de». *(Demetrius)* SUPER *terrae* TUMULUM *noluit quicquam statui nisi columellam.* Cic. *Leg.* 2, 26, 66. FRONDE SUPER VIRIDI. Verg. *B.* 1, 80. HAC SUPER RE *scribam ad te Regio.* Cic. *Att.* 16, 6, 1.

IV. *Subter*, n **162**, I. *(Plato) cupiditatem* SUBTER PRAECORDIA *locavit.* Cic. *Tusc.* 1. 10, 20; debajo del diafragma. *Ferre juvat* SUBTER *densa* TESTUDINE *casus.* Verg. *Aen.* 9, 514; gustan de arrostrar los peligros bajo la densa empavesada. [1]

1 Etiam *pavesada, testud* et *testudo*, i. e. *cubierta* o *bóveda formada de escudos o paveses trabados.* Cf. Diccionario de la Acad., *empavesada, pavesada, testudo.* Audiatur praeterea Saavedra Fajardo, *Idea de un principe...*, *empresa* 26: «Si acometían aquellos (los gentiles) una fortaleza, era debajo de empavesadas y testudes». Sic habent edd. quas quidem adire potuerim, ann. 1640 et 1642, «En Monaco, En Milan», p. 175; Bibl. de Rivaden., t. 25, p. 70, et Diccionario de autoridades, t. 3, p. 407, *empavesada.* Sed *testudos* legit idem Vocabularium, t. 6, p. 264. artic. *testudo* = «cierta especie de galería que formaban los soldados, uniendo los escudos de unos con los de otros, para no ser heridos de alto».

Idem Saavedra, *Corona Gothica...* cap. 26, año 674 (Madrid, 1670, pp. 388-89): *Sobre ruedas secretas se mouiã vnas galerias largas de madera cubiertas de cueros, y betunes, que resistiessen a las piedras, y al fuego para que se arrimassen seguramente los soldados, unos à deshazer, ò quemar las puertas, y otros apicar* (lege *a picar*) *los muros. Para el mismo efecto, y con la misma traza, aunq̃ en forma de tortugas, caminauan otras llamadas Testudos, unas sencillas, otras rostradas, y otras arietarias.* «Véase a Saavedra, Coron. Got. en Wamba, donde describiendo tan elegantemente, como suele, el famoso cerco que aquel rey puso a Nimes, dice *que unos (de los espugnadores) arrimaban escalas, y otros levantando sobre las cabezas los escudos hacian empavesadas.* Pág. 193, tom. II, edic. de Amber. año de 1681». Goya y Muniáin, *Notas para la mejor inteligencia de Julio César, y justificación de la versión castellana*, libro 1.º de la *Guerra galicana*, nota 35.

CAPUT IV. DE GENITIVO [1]

I. GENITIVUS POST SUBSTANTIVA, ITEM POST ADJECTIVA, PRONOMINA ATQUE ADVERBIA SUBSTANTIVE SUMPTA [2]

238 I. Quotiescumque duo nomina substantiva in oratione continuantur, alterum erit genitivi casus, si ab altero regitur, modo ne obstet particulare praeceptum. [3]

Supplicium est POENA PECCATI. Cic. *Pis.* 19, 43. *Maximum* ORNAMENTUM AMICITIAE *tollit, qui ea tollit verecundiam.* Id. *Lael.* 22, 82. Cf. n. **203**, II. [4]

1 Genitivus adhibetur primum ad definiendum nomen substantivum vel substantive sumptum; deinde tanquam verbi complementum sive indirectum sive alicujus circumstantiae; tum ut adjectivi complementum; denique sensu partitivo.

2 Gen. possessivus, subjectivus, objectivus, generis, definitivus, finalis, quantitatis.

3 *Vir praestanti prudentia* (ablat. qualitatis), *interitus ferro, fame* (ablat. causae), *victoria de patribus*, alcanzada de los patricios, *insidiae a meis*, de parte de, *ex urbe reditus* (unde), *judicium de Volscis*, sobre, acerca de (ablat. materiae, cet.)

4 Praecipui genitivi huc spectantes sunt:

I. genit. auctoris, qui indicat a quo quid sit vel procedat, ut *carmina Vergilii, res gestae Caesaris, conjuratio Catilinae.*

II. genit. possessivus et subjectivus, sc. ejus rei vel personae quae aliquid habet vel quodammodo possidet aut agit, ut *domus Pompeji (mea), filius Majae, Asparagium Dyrrachinorum, provincia imperii nostri, consensus bonorum, timor populi*, temor del pueblo, que el pueblo tiene.

«Es sujetivo, (si) corresponde al sujeto del verbo; v. g. *amor de padre=el padre ama*... Es objetivo, (si) corresponde al acusativo de *amar: el amor de la vida=amamos la vida*». Cuervo, *Dicc.* 1, 438 [1], *c.* «En obsequio de la claridad se reemplaza a menudo el *de* objetivo con *a* (más frecuentemente hoy que en tiempos anteriores». *Ib.* 438 [2], β). Nonnunquam etiam usurpamus *para: Fateor me communium malorum consolationem nullam invenire.* Cic. *Fam.* 6, 4, 2; que *para* los males comunes no hallo ningún consuelo: cf. ABAIL, h. l. (6, 3). *Corporis sepulcrum.* Id. *Mil.* 38, 104; genit. subject.

III. genit. objectivus, qui ad subtantiva significationis transitivae sive directae sive indirectae refertur tanquam objectum seu verbale complementum: *spes salutis* (cf. *spero salutem*), *ignoratio veri, timor populi*, t. que uno tiene del pueblo, al p., *memoria beneficiorum, taedium vitae (taedet vitae), incitamentum periculorum*, incentivo (estímulo) para las pruebas *(incitare aliquem ad pericula), laus recte factorum.*

NB. 1. *Instar* cum genitivo hujus est loci, aequiparationemque significat. *Plato mihi unus* INSTAR *est* CENTUM MILIUM. Cic. *Brut.* 51, 191; tiene para mí el valor (la importancia) de, vale tanto como, vale por. *(Epistula)* VOLUMINIS INSTAR *erat.* Id. *Att.* 10, 4, 1, equivalía a.

NB. 2 Aliqua adjectiva quae dativo junguntur, cum genitivo tanquam substantiva frequenter adhibentur. *Est enim temperantia* LIBIDINUM INIMICA. Cic. *Off.* 3, 33, 117.

[Talia sunt: *amicus, inimicus, familiaris, par,* (un) igual, *aequalis, cognatus, propinquus,* pariente, *necessarius,* deudo, *affinis, vicinus.* Hunc genitivum *amicus, inimicus, familiaris* etiam in superlativo servant, ut *familiaris* et *familiarissimus meus,* Cic. *Fam.* 13, 13; *inimicissimus vester.* [1]

NB. 3. Hic genitivus ambiguae significationis esse potest, v. g. *amor Dei,* sc. *quo Deus amat* vel *quo Deus amatur; libri Ciceronis,* nimirum vel *a Cicerone scripti* vel *quos C. habet.* Utra vera sit ex contextu orationis dijudicandum.

NB. 4. Verbalia substantiva raro dativum sui verbi pro genitivo habent: *obtemperatio legibus.* Cic. *Leg.* 1, 15, 42. *(Caesar) exspectabat suis lenissimis postulatis responsa.* Caes. *C.* 1, 5, 5.]

II. Duo genitivi ab uno eodemque substantivo aliquando pendent. ILLIUS (APPII) *administratio* PROVINCIAE. Cic. *Fam.* 2, 13, 2.

Huc spectat silva substantivorum verbalium in *or (sor, tor), trix, io, ium, us, mentum,* ut *timor hostium,* que se tiene a los e., *censor morum, servator patriae, expultrix vitiorum, moderatio animi, studium virtutis, contemptus divitiarum, monumenta rerum gestarum.*

Pro genit. objectivo adhibetur nonnunquam praepositio ad majorem perspicuitatem aut vim orationis. *De summo meo* ERGA TE *amore.* Cic. *Fam.* 3, 12, 3; pro *meo tui amore.* Cf. n. 255, III. — Etiam adjectiva ponuntur aliquando pro genitivo subjectivo et object. *Servili tumultu.* Caes. *G.* 1, 40, 5 (subject.). Cf. n. 393, III. *Servilis percontatio.* Cic. *de Or.* 2, 79, 327 (object.).

IV. genit. generis vel quantitatis, qui rem emensam aut numeratam significat, adhibeturque post substantiva mensurae, numeri aut quantitatis: *modius tritici, par amicorum, pecuniae quinquaginta talenta, magna vis (copia) auri argentique.*

V. genit. definitivus, explicativus seu epexegeticus, qui notionem universalem alterius substantivi magis determinat et circumscribit, ut: *nomen regis,* el nombre de rey (etiam del rey, hic, n. II), *verbum monendi,* el verbo *monere, vox voluptatis,* la palabra deleite, *familia Scipionum, opus Academicorum,* la obra titulada *Academica, virtus continentiae, vitium irae, arbor fici,* higuera, *flos violae, flumen sanguinis, montes auri.*

VI. genit. finalis, qui intentionem aut propositum notat: *oratores pacis petendae,* Liv. 9, 45, 18; *exercitus opprimendae libertatis,* Sall. *or. Philippi,* 3. Sed hic genit. rarus est.

1 Cf. *San Gregorio Nazianzeno fué* AMICÍSIMO *y* FAMILIARÍSIMO DE *los dos.* Ribad. *Flos S., San Greg. Niseno.*

[SUPERIORUM TEMPORUM *fortuna* REIPUBLICAE. *Ib.* 9, 8, 2. HELVETIORUM *injuriae* POPULI ROMANI: cf. Caes. *G.* 1, 30, 1; pro *in populum R.*]

239 I. Adjectiva et pronomina in nominativo vel accusativo singulari substantive posita more substantivorum genitivum poscunt ad quantitatem significandam.

TANTUM CIBI *et* POTIONIS *adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Cic. *C. M.* 11, 36. HOC *ad te* LITTERARUM *dedi.* Id. *Fam.* 2, 8, 3. [QUODCUMQUE MILITUM *contrahere poteritis.* Pompej. ap. Cic. *Att.* 8, 12, A. 4. ID AETATIS *jam sumus;* cf. n. **236.**

Hujus classis sunt adjectiva (et adverbia) quantitativa *multum, plus, plurimum, amplius, paulum, minus, minimum, tantum, quantum, tantundem, aliquantum, nimium, nihil, omnia, dimidium, plerumque,* raro *exiguum,* pronomina demonstrativa, relativa, interrogativa, infinita, item superlativa pluralia, v. gr. *summa,* et apud poëtas et serioris aetatis scriptores alia plurima etiam in plurali sine ulla notione quantitatis; v. gr. *summum, extremum, ultimum, postremum, medium, reliquum, incerta fortunae, occulta saltuum. Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus fuit.* Cic. *Caecil.* 5, 19; *minus virium, minimum firmitatis habere; hoc tantum laboris itinerisque; quid tu hominis es?* qué clase de h. eres tú? *plerumque Europae,* la mayor parte (lo más) de E.; *summa pectoris,* Cic. *Fam.* 1, 9; *dimidium pecuniae,* id. *Q. fr.* 2, 4; *exiguum campi,* Liv. 27, 27 (fere dicitur *exiguus campus); — medium noctis, extremum aestatis, ultima Orientis, plana urbis,* cet., pro quibus apud aureae aetatis auctores leges: *media nox, extrema aestas, ultimus Oriens, plana urbis loca.* Item in poësi: *acuta belli, cuncta terrarum, strata viarum* pro *(silice) stratae viae,* cet.]

Nota locutiones: *nihil reliqui facere,* no dejar nada por hacer, no omitir nada, *nihil pensi habere,* litt. no tener cosa alguna pesada cuidadosamente, i. e. no tener cuenta con nada, no importár(sele) nada. [Similiter: *Nec quicquam iis pensi est quid faciant. Illis nec quid dicerent nec quid facerent quicquam unquam pensi fuisse.* Liv. 34, 49.]

NB. 1. Adjectiva neutra cum genitivo fere praepositionem respuunt; attamen invenies: *in multum diei,* Liv. 27, 2, 9; pro *in multum diem;* cf. Cic. *de Rep.* 6, 7, *(Somn. Sc.* 1): *in multam noctem* [atque *ad multam noctem;* ventum *ad inopiae ultimum,* Liv. 10, 11,

9, al último extremo (grado) de miseria; [1] *ad id temporis, loci, locorum*].

NB. 2. Genitivus quantitatis potest esse adjectivum declinationis secundae, non tertiae, sine complemento. *Pythagoras, cum in geometria* QUIDDAM NOVI *invenisset, Musis bovem immolasse dicitur.* Cic. *N. D.* 2, 36, [At dices: *aliquid memorabile, exspectatione vestra dignum* (rarius: *aliquid pulchri et memorabilis* [2]).

NB. 3. Raro pro genitivo quantitativo usurpatur ablativus partitivus. *Nihil* EX TANTA *superis placet* URBE *relinqui.* Verg. *Aen.* 2, 659.]

II. Adverbia quantitativa *satis, parum, nimis, abunde, affătim,* copiosamente, genitivum casum postulant, tanquam substantiva in nominativo vel accusativo. SATIS ELOQUENTIAE, SAPIENTIAE PARUM. Sall. *C.* 5, 4; subaudi *erat Catilinae, Catilina habebat* [NIMIS *enim* INSIDIARUM *adhiberi videtur.* Cic. *Or.* 51, 170. *Commeatus abunde.* Sall. *C.* 58, 9. *Armorum affatim erat captorum.* Liv. 27, 17, 7. — Pro: *satis militum, satis copiarum* fere dicitur: *satis multi milites, satis multae copiae,* nam *milites* et *copiae* numerari possunt. Genitivus cum *largiter* priscorum est.]

240 I. Adverbia loci *eo, huc, quo* genitivum casum postulant, cum terminum motus significant. Eo MISERIARUM *venturus eram.* Sall. *J.* 14, 3; a tal grado de m., «a este extremo de infelicidad.» Inf. D. Gabriel.

[Sic (nunquam tamen apud Ciceronem et Caesarem): *(Nescire) videmini quo amentiae progressi sitis.* Liv. 28, 27. *Huc malorum ventum est, ut* —, Curt. 7, 1, 36. Etiam *quovis, quoquo: abeat quovis gentium.* Eodem pacto: *quoad ejus facere potero, fieri poterit.*]

II. *Ergo* pro *causā* genitivo postponitur apud archaicos scriptores, raro apud alios. VICTORIAE NAVALIS *ergo in diem unum supplicatio decreta est.* Liv. 37, 47; acción de gracias de un solo día, para un solo día. [3]

1 *Llegados* A LO ÚLTIMO DE *la desventura.* Mariana, *Hist.* 7, 1. B. 30, 189 [1].
2 Cf. RIEMANN-GOELZER. Synt. prol p. 10.
3 Sic Cic. legum mentionem faciens, *Att.* 3, 23, 2: *Si quid contra alias leges ejus* LEGIS ERGO *factum sit;* et *Leg.* 3, 3, 9: *Plebes pro se contra vim* AUXILII ERGO *decem creassit.*

II. Genitivus post partitiva

241 I. Cum partitionem significant, genitivo gaudent qui mutari potest in ablativum cum *ex* vel *de:*[1]

1.m Substantiva. *Maxima* PARS VATUM. Hor. *Pis.* 24. [*Magna pars militum, duo genera civium;* raro cum praepositione: *homo* vel *accusator de plebe, civis e conventu Panormitano.*]

2.° Pronomina interrogativa et indefinita, nonnunquam demonstrativa. *Elephanto* BELUARUM NULLA *prudentior.* Cic. *N. D.* 1, 35, 97. *Reperire* EX *magna* TURBA NEMINEM *possumus.* Id. *Att.* 1, 18, 1.

[Sic: *alius, aliquis, alter, alteruter, nemo, neuter, nullus, quis, quicumque, quidam, quilibet, quisquis, quivis, quispiam, quisquam, quisque, solus, ullus, unusquisque, uter, uterque, utercumque, uterlibet, utervis. Neque stultorum quisquam beatus, neque sapientium non beatus est; illi Graecorum qui* vel *qui Graecorum,* aquellos de los griegos que; *nemo mortalium (nemo mortalis,* ningún mortal), *alter de duobus, aliquis de heredibus, vestrum utervis,* Cic. *C. M.* 10, 32; *quis nostrum?; quidam e philosophis,* id. *Ac. pr.* 2, 6, 17. *Permitto ut de tribus Antoniis eligas quem velis.* Id. *Phil.* 10, 2, 5.]

3.° Numeralia. VESTRUM PRIMUS. Liv. 1, 56.

[Sic ordinalia et distributiva, raro cardinalia: *nolo singulos vestrum excitare,* Curt. 8, 8, 9; *unus fuit de magistratibus, ex tribus, octoginta Macedŏnum* (fere *octoginta Macedones.*]

4.° a) Positiva, b) comparativa, et c) superlativa sive adjectiva sive adverbia. a) MULTAE *etiam* ISTARUM ARBORUM *mea manu sunt satae.* Cic. *C. M.* 17, 59. b) *O* MAJOR JUVENUM. Hor. *Pis.* 366; el mayor (de los dos): cf. **397**, IV. c) *(Theophrastus)* ELEGANTISSIMUS OMNIUM PHILOSOPHORUM *et* ERUDITISSIMUS. Cic. *Tusc.* 5, 9, 24. MAXIME OMNIUM NOBILIUM *Graecis litteris studuit.* Id. *Brut.* 20, 78.

[Sic: a) *multi, pauci, nonnulli, complures, plerique, aliquot, reliqui: multi militum, multi de militibus,* saepissime *multi milites;*[2] b)

1 Inveniuntur etiam aliae praepositiones, maxime *in, inter,* cum partitivis, quae tamen ex ipsis proxime pendere non videntur: *Thales sapientissimus* IN SEPTEM *fuit.* Cic. *Leg.* 2, 4; entre. *Ipse honestissimus* INTER SUOS *numerabatur.* Id. *Rosc.* 6, 16. INTER OMNES *unus excellit.* Id. *Or.* 2. *Longe* ANTE ALIOS *acceptissimus militum animis.* Liv. 1, 15.

2 Genit. partitivus cum adjectivo non quantitativo rarus est, atque a Livio videtur inventus: v. g. *expediti militum,* 30, 9, pro *expedili milites.*

comparativa vim superlativi habentia, fere cum duo, non plura, comparantur: *epistula ex duabus tuis prior; minor (melior) ex duobus liberis; juniores patrum*, de los patricios, i. e. *juniores patres; recita de epistula reliqua*, Cic. *Verr.* 5, 53; c) superlativa quibus plura inter se conferuntur; his adde *medius*, el más céntrico: *pax est tranquilla libertas, servitus postremum malorum omnium*. Cic. *Phil.* 2, 44, 113. *Vir unus totius Graeciae facile doctissimus Plato. Cicero eminentissimos Graecorum est secutus. Ex his omnibus natu minimus*. Cic. *Cluent.* 38, 107. *De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum*. Id. *Fam.* 14, 1, 3 *Locum esse delectum medium fere regionum earum quas*, cet. Caes. *G.* 4, 19, 3. Poëtice: *locus medius juguli summique lacerti;* pro *inter jugulum et lacertum*. Ov. *Met.* 6, 409. *Medius Polluce et Castore ponar*. Id. *Am.* 2, 16, 13. [1]

NB. 1. *Uterque*, junctum pronominibus pluralibus, a) in singulari genitivum habet. UTERQUE EORUM *ex castris exercitum educunt*. Caes. *C.* 3, 30, 3. [*Domus* UTRIUSQUE NOSTRUM *aedificatur strenue*. Cic. *Q. fr.* 2, 4, 2; de nosotros dos.]

b) in plurali adhibetur ut adjectivum; quod fit etiam cum adhaeret substantivis. HIS UTRISQUE *persuaserant, uti eandem belli fortunam experirentur*. Caes. *G.* 2, 16, 2. — UTERQUE EXERCITUS. *Ib.* 7, 35, 1. [UTRUMQUE HOC *falsum est*. Ter. *Eun.* 121 [1, 2, 41] *(Uterque legatorum*. Vell. 2, 50.)]

NB. 2. Nonnunquam nomen ipsum partitivum desideratur. *Valde hominem diligo: est* EX MEIS DOMESTICIS *atque intimis familiaribus*. Cic. *Fam.* 3, 1, 3; «es uno de mis amigos más familiares.» Abril. [*Fies* NOBILIUM *tu quoque* FONTIUM. Hor. *C.* 3, 13, 13; una de las f. célebres. *Ad ipsas venio provincias,* QUARUM *Macedonia a barbaris vexatur*. Cic. *Prov. cons.* 2; una de las cuales, M.]

II. *Pars, dimidium, aliquid* et similia partitiva, cum de corpore humano animove dicuntur, cum genitivis *mei, tui, sui, nostri vestri* adhibentur. *Tetigin* TUI QUICQUAM? Ter. *Ad.* 178 [2, 1, 24]. NOSTRI *melior* PARS *animus est*. Sen. *N. Q.* 1, prol. 14.

III. Adverbium *partim* usurpatur cum genitivo partitivo vel

1 Huc revocantur verba dandi, detrahendi, cet. sensu partitivo usurpata et cum *ex* aut *de* constructa. *Dat de lucro*. Cic. *Flacc.* 37, 91, da de su ganancia, diversum a *dat lucrum. De eo quod ipsis superat aliis gratificari volunt*. Id. *Fin.* 5, 15, 42. *De aratorum bonis praedabitur?* Id. *Verr.* 3, 78, 182. *Illum ex ea pecunia detraxisse*. Id. *Font.* 2, 3. *E quo si quis sibi appetet, violabit jus humanae societatis*. Id. *Off.* 1, 7, 21; de lo cual si alguien intentare usurpar algo para sí, violará. Cf. *Come* DEL PAN *y bebe* DEL AGUA *que aqui queda*. Ribad. *Flos, S. Martiniano*, 11 Febr., etc.

cum praepositione, tanquam nominativus aut accusativus. EORUM PARTIM *in pompa*, PARTIM *in acie illustres esse voluerunt.* Cic. *de Or.* 2, 22, 94. PARTIM E NOBIS *timidi sunt.* Id. *Phil.* 8, 11.

242 I. *Mille*, cf. p. 86, M, seqq., est adjectivum indeclinabile, v. gr. *mille pedites, mille peditum, mille et quingentis peditibus;* [1] item substantivum quod genitivo jungitur [fere non extra nominativum vel accusativum]. *Quo in fundo facile* MILLE HOMINUM *versabantur valentium.* Cic. *Mil.* 20, 53; litt. un millar de h. [MILLE OVIUM *insanus morti dedit.* Hor. *S.* 2, 3, 197.]

II. *Milia (millia)* est substantivum, et genitivum postulat: *Septingenta* MILIA PASSUUM. Sed nonnunquam pro genitivo adhibetur res numerata quasi substantivum continuatum: *Quattuor* MILIA FUNDITORES. Liv. 37, 40. [*Philippēi* NUMMI *aurei* QUATTUORDECIM MILIA. Id. 34, 52.

NB. Cum post plurale *milia* adhibentur numeri minores, res numerata, si subsequitur, ponitur in eodem casu quo *milia;* in genitivo fere, si antecedit. *Duo milia et* QUINGENTI SAGITTARII *his adjuncti erant.* Liv. 37, 40. EQUITUM *duo milia et* QUINGENTI. *Ib.*]

III. Nonnullis adverbiis loci adduntur genitivi partitivi *loci, locorum, terrarum, gentium* ad vim orationi addendam. UBICUMQUE TERRARUM *et* GENTIUM. Cic. *Verr.* 5, 55, 143.

[Sunt hujus generis: *ubi, ubicumque, ubinam, ubivis, ibidem, nusquam*, cet. *Ubinam gentium sumus? Nusquam gentium*, en ninguna parte del mundo. Dicitur et *longe gentium: tu autem abes longe gentium*, Cic. *Att.* 6, 3, 1; *postea loci*, después; *interea loci*, entre tanto; *adhuc locorum*, hasta ahora. Huc tandem spectant ablativi substantive sumpti *hoc, eo, eodem* cum genitivo *loci* pro: *hoc, eo, eodem loco. Res eodem est loci quo reliquisti.* Cic. *Att.* 1, 13, 5; el asunto.]

III. GENITIVUS (ET ABLATIVUS) QUALITATIS

243 I. Substantivum cum adjectivo conjunctum, ab altero substantivo rectum et rei qualitatem proprietatemve significans in genitivo vel ablativo ponitur. Sed potest intercedere verbum *sum.*

[1] *¿Qué abismo es aquel tan copioso, que en tantos* MIL AÑOS *nunca se agota?* Granada, *Simb.* 1, 9. B. 6, 204 [2].

Neque monere te audeo PRAESTANTI PRUDENTIA VIRUM, *nec confirmare* MAXIMI ANIMI HOMINEM. Cic. *Fam.* 4, 8, 1. [*Antonius*, VIR ANIMI MAXIMI, *utinam etiam* SAPIENTIS CONSILII FUISSET! Ad Octav. ap. Cic. *ad Brut. postrema*, 3.

Sic: *puer egregiae indolis* vel *egregia indole*, *tardi ingenii* vel *tardo ingenio; M Tullius, vir singularis ingenii* vel *singulari vir ingenio. Nimium me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor.* Cic. *Sest.* 16, 36. *(Magnae* HABITUS EST *auctoritatis.* Caes. *G.* 7, 77, 3. *Di me pusilli* FINXERUNT *animi.* Hor. *S.* 1, 4, 17.) —*Singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino.* Cic. *Div.* 1, 25, 53. *Summo iste quidem dicitur ingenio fuisse.* Id. *Brut.* 58, 212. *Summa integritate pudicitiaque existimabatur;* cf. id. *Verr.* 1, 25. *Difficili transitu flumen ripisque praeruptis.* Caes. *G.* 6, 7, 5.—*Servum illo nomine habet neminem;* cf. Cic. *Verr.* 5, 7, 17. *(Hombre de talento* sine adjectivo dicitur *vir ingeniosus).* [1]]

II. Non semper quae genitivo efferuntur, ablativo efferri possunt aut contra: nam

a) fere usurpatur genitivus descriptivus, cum significatur rei species vel genus, ut *homo infimi generis.* [*Vir ordinis senatorii; —novo quodam genere imperator*, Cic. *Verr.* II, 5, 22; *hic familia consulari est, ille praetoria*, id. *Planc.* 6, 14. Ubi notandus genitivus *modi* cum pronomine: *hujusmodi, ejusmodi, illiusmodi, istiusmodi, ejusdem modi, cujusmodi* (relativ. et interrogat.), *cujuscumque modi, cujusque modi* et *cuicuimodi*, v. g. *quis ejusmodi res credat?*]

b) semper, cum significatur:

1.m id quod res exigit, ut *res magni laboris*, de gran trabajo, que demanda grande tr. [*hospes multi cibi;* et cum verbo *sum* aliisque n. **205**: *virtus tantarum virium non est.* Cic. *Tusc.* 5, 1; *hoc tradere esset infiniti operis.* Quint. 5, 1, 3.]

2.° rei magnitudo ope numeralis, ut *classis trecentarum navium* [*fossa centum pedum, exsilium decem annorum.*

Apud Nep. et Liv. subaudito verbo *sum: cum annorum triginta in Aegyptum missus esset*, (siendo, ὤν) de tr. a. Nep. *Ag.* 8, 2.]

III. Contra fere usurpatur ablativus:

1.m cum agitur de externa rei qualitate aut corporis partibus, item de animi dispositione. *Velim mihi dicas* QUA FACIE *fuerit*, QUA

1 *Homines plebis* pro *plebeji* invenitur aliquoties apud Liv.; apud Cic. et alios *homo frugi* (et *frugi bonae)*, ubi *frugi* genit. pristinus est, qui tamen haberi solet adjectivum, n. 87.

STATURA. Cic. *Phil.* 2, 16, 41. *(Britanni)* CAPILLO *sunt* PROMISSO. Caes. *G.* 5, 14, 3. BONO ANIMO *es.* Ter. *Eun.* 84 [1, 2, 4]; tranquilízate. [*Fac* ANIMO MAGNO FORTI*que sis.* Cic. *Fam.* 6, 14, 3.

Sic: *nunquam aegro corpore fuerunt.* Cic. *post. r. ad Quir.* 1, 4. *Forma et specie et statura esse apposita ad dignitatem. Ad Her.* 4, 47. *Homo maximi corporis terribilique facie*; cf. Nep. *Dat.* 3, 1; et *cervus vasti corporis*, Phaedr. 1, 5, 5. *Capite et superciliis semper est rasis.* Cic. *Rosc. Com.* 7, 20. *Esse animo erecto, virili praestantique, vacuo, ea mente ut; hoc animo qui sunt*, cet. *Mira sum alacritate ad litigandum.* Cic. *Att.* 2, 7, 2.[1] At semper: *maximi animi homo*, si de indole sermo est.

2.° Si substantivum qualitatis est numeri pluralis, aut si genitivo jungitur pro adjectivo. SUMMIS INGENIIS *exquisitaque doctrina philosophi.* Cic. *Fin.* 1, 1. *Transtra confixa clavis ferreis* DIGITI POLLICIS CRASSITUDINE. Caes. *G.* 3, 13, 4; del grosor del dedo pulgar.]

IV. GENITIVUS (OBJECTIVUS) POST ADJECTIVA[2]

244 I. Cum genitivo junguntur adjectiva haec cum contrariis:

1.m quae cognitionem significant. *Fabius Pictor et* JURIS *et* LITTERARUM *et* ANTIQUITATIS *bene* PERITUS. Cic. *Brut.* 21, 81.

[Huc pertinent: *conscius, inscius, nescius, gnarus, ignarus, peritus, imperitus, consultus, expertus, prudens, imprudens*, que ignora, *rudis, insolens, insuetus, memor, immemor* et alia apud poëtas et sequioris aetatis auctores, ut *callidus, scitus, doctus, indoctus, praescius* (Verg.), *insolitus: multarum rerum consciis servis*, Cic. *Cael.* 29, 68; *multarum rerum peritus;* etiam *jure peritior*, Cic. *Cluent.* 38; *eruditionis ignarus; rerum omnium rudes; gnarus reipublicae; insuetus contumeliae, laboris; memor beneficii; non magis juris consultus quam justitiae;* etiam *jure consultus; fandi doctissima*, Verg.; *indoctus pilae discive*, Hor.]

2.° quae a) cupiditatem sive studium (deseo, afición) et b)

1 Ablativus dispositionem animi exprimens ut modi complementum a nonnullis habetur. Est enim vero, cum non intercedit *esse*, v. g. *aequissimo animo mori.*

2 Ab nonnullis genit. pendens a *proprius, communis...* dicitur possessivus, pendens ab adjectivis rei judiciariae genit. causae, cet.

curam exprimunt. *Homo* TUI CUPIDUS. Cic. *Fam.* 5, 5, 1. *Vir* OMNIS OFFICII DILIGENTISSIMUS. Id. *Cael.* 30, 73.

[a] *avarus* (poët.), *avidus*, *aemulus*, cum dat. poët. et poster., *cupidus*, *studiosus*, *perstudiosus*, *invidus*, *fastidiosus: Graji praeter laudem nullius avari*, Hor.; *laudis avidus*, *invidus; aemulus mearum laud(i)um exstitisti; aemula labra rosis*, Mart. = *similia, aequiparanda; contentionis cupidiores quam veritatis*. Cic. *de Or.* 1, 11, 47; *studiosi dicendi adulescentes; Memmius (fuit) fastidiosus sane Latinarum (litterarum).* — b) *providus*, que prevé, previsor, *improvidus*, *diligens*, et apud poët. et posteriores *curiosus*, *incuriosus*, cet.: *natura provida utilitatum*, Cic. *N. D.* 2, 22, 58; *(Mithridates) medicinae peculiariter curiosus*, Plin. 25, 2, 7 (25, 3 extr.).]

3.° quae a) communionem (participación), et b) culpam crimenve *Omnes* VIRTUTIS COMPOTES *beati sunt.* Cic. *Tusc.* 5, 13, 39. *Is est* REUS AVARITIAE. Id. *Flac.* 3, 7.

[a] *particeps*, *expers*, [1] *jejunus*, *consors*, *exsors* (poët. et Liv.), *socius*, *exheres*, desheredado de, *compos*, que posee, dueño de, *impos (animi)* (Plaut.), no dueño de sí, *potens* (poët. et Liv.), *praepotens*, *impotens* (Liv.): *bestiae sunt rationis et orationis expertes*, Cic. *Off.* 1, 16, 50; *socium et consortem gloriosi laboris amiseram*, id. *Brut.* 1, 2; *paternorum bonorum exheres filius*, id. *de Or.* 1, 38, 175; *tu mentis es compos ?* id. *Phil.* 2, 38, 97; *sui potens; impotens equi regendi; rerum omnium praepotentem Jovem*, Cic. *Div.* 2, 18, 42. [2] *(Praeda ingenti compos exercitus*, Liv. 3, 70, 13; *vir divitiis potens*, id. 1, 34, 1. — b) *reus*, *affinis* et *popularis*, que tiene parte en, cómplice de, *compertus* et *manifestus*, convencido de, *suspectus*, *insons* (Liv.) et apud posteriores *noxius*, culpado de, *innoxius*, inocente de: *reum furti aliquem facio* [3]; *affinis rei capitalis*, et cum dativo: *affinis ei turpitudini; populares conjurationis*, los conjurados; *nullius probri compertus; de manifestis rerum capitalium supplicium sumendum*, Sall. *C.* 52, 36.

Nonnulla etiam cum *in* vel *ad* construuntur: *prudens in jure civili; omnibus eram visus in omni officio diligentissimus*, Cic. *Planc.* 26; *avidus in pecuniis locupletium*, id. *Phil.* 5, 8, 22; *ad respondendum*

1 Raro cum ablat., maxime apud priscos, v. g. Sall. *C.* 33, 1.

2 No somos assi los hombres *poderosos de nuestros pensamientos*, que siempre podamos executallos. ALVAREZ, *Primera parte | de la Sylva spiritual | de varias consideraciones...* Zaragoza, 1590, p. 271.

3 *De vi reus.* Cic. *Sest.* 35, *Att.* 2, 24, 4; nam *vis* genitivo caret, n. 80, V.

peritus, id. *de Or.* 1, 48, 212; *doctae ad malitiam*, Ter. *Hecyr.* 2, 1, 6 [203]; *rudis ad pedestre certamen; insuetus ad onera portanda; avidae in direptiones manus*, Liv. 5, 20, 6.]

NB. Conscius, «sabedor, consabedor, que tiene conciencia de», praeter genitivum rei habet dativum personae, aliquando solum dativum rei. Cum SIBI *nullius essent* CONSCII CULPAE. Cic. *Off.* 3, 18, 73. CONSCIUM *illi* FACINORI *fuisse arbitrabatur*. Id. *Cluent.* 20, 56.

II. *Certior* genitivo vel saepius ablativo cum *de* gaudet in locutione *certiorem aliquem facere*. FACIAM *te* CONSILII *nostri* CERTIOREM. Cic. *Att.* 3, 10, 3; sabedor de mi determinación. *Te* DE *his* REBUS *quae hic geruntur* CERTIOREM FACIAM. Id. *Fam.* 4, 5, 6. [1]

III. Genitivum petunt (apud poëtas, Livium et sequentes) adjectiva in *ax* a verbis transitivis oriunda; item apud omnes participia praesentis verborum transitivorum, adjective sumpta, i. e. cum non ad tempus referuntur. TENACISSIMI *sumus* EORUM *quae rudibus annis percepimus*. Quint. 1, 1, 5. ALIENI APPETENS. Sall. *C.* 5, 4.

[Hujus generis sunt: *capax, edax, ferax, rapax, tenax: capacissimus cibi vinique*, Liv. 9, 16, 13; *tempus edax rerum*, Ov. *M.* 15, 234; *negligens amicorum; efficiens utilitatis; sciens regionum; linguae Latinae scientissimus; sitiens virtutis*, 213, 1.[m]; *corpus patiens inediae, vigiliae, algoris; homo et mei observantissimus et sui juris dignitatisque retinens; cives amantes (amantiores, amantissimi) reipublicae; injuriarum perferens; patiens ovis injuriae;* at cum adverbio fere usurpatur accusativus: *homo facile injurias perferens*. Multa leguntur hujusmodi apud Cic.; apud Caes. hoc unum: *fugiens laboris. C.* 1, 69, 3.]

IV. Cum genitivo etiam junguntur *liberalis, profusus* et alia apud poëtas, ut *pauper* et *prodigus*, quae copiam et inopiam significant, n. 268, I. SUI PROFUSUS. Sall. *C.* 5, 4, derrochador, desperdiciador de lo s. [2] [*Pecuniae liberalis, parcissimus somni, pauper argenti, prodigus aeris, satur altilium*. Hor., *modicus voluptatis*.]

245 Adjectiva haec copiae et inopiae *plenus, inanis, inops, egenus*, et apud poëtas et recentiores alia, ut *indigus, sterilis*, genitivum postulant, raro ablativum.

Omnia PLENA CONSILIORUM, INANIA VERBORUM *videmus*. Cic. *de Or.* 1, 9, 37. INOPS HUMANITATIS. *Ib.* 2, 10, 40.— *Externis* BONIS PLENIOR.

1 Apud Caes. semper *certiorem facio (certior fio) de*. Cf. *Lexicon Caesarianum* R. Menge et S. Preuss, *certus*.

2 Era (la Magdalena) pródiga y *desperdiciada* de su patrimonio. ALVAREZ. *Segunda parte | de la Sylva spiritual*. Zaragoza, 1590, p. 300.

Cic. *Fin.* 3, 13, 43. [*Omnium egeni; inopes amicorum; stipendiorum indigus; virtutum sterile saeculum.—Cn. Lentulus non tardus sententiis, non inops verbis.* Cic. *Brut.* 70, 247. [1] *Tam inops autem eram ab amicis?* Id. *Dom.* 22, 58. [1]]

246 I. *Proprius, communis, sacer* et *superstes* frequentius genitivo quam dativo gaudent. *Id quidem non* PROPRIUM SENECTUTIS *vitium est, sed* COMMUNE VALETUDINIS. Cic. *C. M.* 11, 35. *Quid tam est* COMMUNE *quam spiritus* VIVIS, *terra* MORTUIS, *mare* FLUCTUANTIBUS, *litus* EJECTIS? Id. *Sex. Rosc.* 26, 72.

[*(Memoria) communis est multarum artium.* Cic. *Or.* 17, 54. *Illa insula eorum deorum sacra putatur.* Cic. *Verr.* 3, 18. *Sacra Jovi quercus.* Ov. *M.* 7, 623; *hoc commune est potentiae cupidorum cum otiosis; superstes omnium suorum*, vel minus saepe *omnibus suis*. Dicitur semper cum dativo pronominis personalis: *comune mihi (tibi, sibi) cum aliquo. Sunt quaedam tibi cum multis communia.* Cic. *Verr.* 2, 3, 88. *Proprius* et *communis* junguntur cum dat. pronominis personalis.]

II. A poëtis et aevi sequioris scriptoribus, raro ab aliis, multa alia adjectiva cum genitivo adhibentur, saepe more Graecorum, ut *timidus procellae*, Hor., pro *timens procellam; integer vitae*, id., pro *vita*, i. e. *moribus*. [Notandus praesertim genitivus *animi*, maxime cum iis adjectivis quae affectum significant: *aeger, anxius, confusus, dubius, incertus, ingens, laetus, praeceps, praestans animi.* [2]]

V. GENITIVUS POST VERBA

247 I. *Sum* genitivum petit, cum possessionem significat; item *facio* et *fio* (genit. possessivus).

1 Ablativum *verbis* aliqui esse volunt limitationis, qualis est ablat. *sententiis*; item *ab amicis*.

2 Sic: *vini somnique benignus*, Hor., h. e. *vino somnoque indulgens, fessus belli, ambiguus* et *securus futuri*, i. e. *de futuro, exsul patriae*, Hor.; *certus eundi, anxius furti* sive *ob furtum, spes animi credula mutui*, Hor., credulidad en el mutuo amor; *fortunatus laborum*, Verg. *Aen* 11, 416, por causa de, *maturus aevi, ib.* 5, 73; *notus in fratres animi paterni*, Hor. *C.* 2, 2, 6, por el afecto paternal para con sus h.: cf. n. 255, III.; *pavidus nandi*, Tac. *H.* 4, 14; *sanus mentis*, Plaut. *Trin.* 457; *nolim ceterarum rerum te socordem, (secordem)*, Ter. *Ad.* 695; *o seri studiorum*, Hor. *S.* 1, 10, 21, «oh tarde para saber», Villén de B.; *trepidus rerum*, Verg. 12, 589; *veri vana, ib.* 10, 630. Hoc genitivo causa saepe significatur aut limitatio. Cf. BRENOUS, p. 121 seqq., ALVAR. n. 248, KÜHNER, 2, § 85 *b*, 87, et in toto hoc genitivo adjectivorum A. HAUSTEIN *De genitivi adjectivis accommodati in lingua Latina usu*, Halle, 1882.

Jam me POMPEJI *totum* ESSE *scis.* Cic. *Fam.* 2, 13, 2. *Thebae* POPULI ROMANI *belli jure* FACTAE SUNT. Liv. 33, 13. [*Hic versus* PLAUTI *non* EST, *hic est.* Cic. *Fam.* 9, 16, 4; éste sí. *Patris mei haec domus est, est tua; facere aliquid suae dicionis, potestatis*, sujetar algo a su dominio, *arbitrii sui*, hacerlo dependiente de su arbitrio. Cf. n. **243**, I.]

II. *Sum* genitivum petit cum significat esse proprium alicujus; etiam *ducor, habeor, putor, videor. Nihil* EST *tam* ANGUSTI ANIMI *tamque* PARVI *quam amare divitias.* Cic. *Off.* 1, 20, 68. *Necessitati parere semper* SAPIENTIS EST HABITUM. Id. *Fam.* 4, 9, 2. [*Petulantia magis* EST ADULESCENTIUM *quam* SENUM. Id. *C. M.* 11, 36.

Sic frequenter cum infinitivo, tanquam subjecto, et genitivo vel neutro pronomine: *Cujusvis hominis est errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare.* Cic. *Phil.* 12, 2, 5. *Est igitur adulescentis majores natu vereri.* Id. *Off.* 1, 34, 122. *Puto esse meum quid sentiam exponere.* Id. *Fam.* 6, 5, 2. *Non nostrum inter vos tantas componere lites.* Verg. *B.* 3, 108. *Quae eximia plerisque et praeclara videntur contemnere fortis animi magnique ducendum est.* Cic. *Off.* 1, 20, 67. — Dicitur magis definite: *Judicis officium (munus) est parvis ex rebus conjecturam facere; sapientis est proprium*, cet.— *Stulti est*, es de (un) loco; *stultum est*, es (una) locura, *inanibus rebus commoveri.* Cum adjectivis unius terminationis fere genitivus (vix dum adjectivum neutrum) adhibetur: *Est prudentis sustinere impetum benevolentiae.* Cic. *Lael.* 17, 63; non facile: *est prudens s.*]

248 I. *Misereor* genitivum casum adsciscit. MISERERE TUORUM. Verg. 12, 653. [1] Cf. n. **226.**

II. *Memini, reminiscor*, «acuérdome», *obliviscor*, «me olvido», genitivum personae, accusativum vel genitivum rei postulant. VIVORUM MEMINI, *nec tamen* EPICURI *licet* OBLIVISCI. Cic. *Fin.* 5, 1, 3. NUMEROS MEMINI. Verg. *B.* 9, 45; de la tonada, del canto. [OMNIA OBLIVISCOR. Cic. *Phil.* 8, 8, 25; lo doy al olvido. *Est proprium stultitiae aliorum vitia cernere*, OBLIVISCI SUORUM. Id. *Tusc.* 3, 30, 73. REMINISCI VIRTUTIS *Helvetiorum:* cf. Caes. *G.* 1, 13, 4. Cf. n. **207**, *NB.*]

NB. Memini etiam accusativo personae gaudet, item ablativo cum

1 Dativus cum verbo *miserendi* soloecismus est. Genitivus cum *satago* non reperitur: *Is quoque rerum suarum satagit* lectio est obsoleta pro: *Is quoque suarum rerum sat agitat.* Ter. *Haut.* 225 [4, 3, 13]. *Vereor* est cum genit. apud Ter. *Phorm.* 971 et apud Cic. (?) *Att.* 8, 4, 1.

de maxime pro *mentionem facio*. (ANTIPATRUM) *tu probe, Catule,* MEMINISTI. Cic. *de Or.* 3, 50, 194; bien te acuerdas, tienes bien presente. MEMINISTI *ipse* DE EXSULIBUS. Id. *Phil.* 2, 36, 91. *(Mentionem facio rei* vel *de re).*

III. *Recordor* raro genitivum rei, fere accusativum habet vel praepositionem *de*, quae perpetua est cum persona. *Est operae pretium* DILIGENTIAM *majorum* RECORDARI. Cic. *Agr.* 2, 27, 73. DE ILLIS (LACRIMIS) RECORDOR. Id. *Planc.* 42, 104. *Velim scire ecquid* DE TE RECORDERE. Id. *Tusc.* 1, 6, 13. [*Ea quae pro salute omnium gessi* RECORDANDA *et cogitanda.* Id. *Sull.* 9, 26. FLAGITIORUM *suorum* RECORDABITUR. Id. *Pis.* 6, 12.]

249 *Admoneo, commoneo, commonefacio,* «recuerdo (advierto) una cosa a alguno», praeter accusativum personae habent genitivum, qui mutari potest in ablativum cum *de.*

(Catilina) ADMONEBAT *alium* EGESTATIS, *alium* CUPIDITATIS SUAE. Sall. *C.* 21, 4; a éste ponía delante su pobreza, a aquél lo que deseaba. DE QUO PROELIO) *vos paulo ante invitus* ADMONUI. Cic. *Man.* 15, 45. [*Grammaticos officii sui commonemus; de avaritia tua commonemur; te veteris amicitiae commonefacio; nemo est in Sicilia quin tui sceleris ex illa oratione commonefiat.* Cf. **217**, I.]

NB. Moneo eandem constructionem amat; sed genitivus deterioris aetatis est. *Terentiam* MONE DE TESTAMENTO. Cf. Cic. *Att.* 11, 16, 5. TEMPORIS *ac* NECESSITATIS MONUIT. Tacit. *Ann.* 1, 67. Cf. **244**, II.

250 I. Verba accusandi, absolvendi, damnandi praeter accusativum genitivum admittunt qui crimen poenamve significet. *Miltiades* PRODITIONIS EST ACCUSATUS. Nep. *Milt.* 7, 5. *Video Neronis judicio non te* ABSOLUTUM ESSE IMPROBITATIS, *sed illos* DAMNATOS ESSE CAEDIS. Cic. *Verr.* 2, 1, 28. [1]

[Sunt maxime judicialia: a) *accuso, ago (cum aliquo,* tengo pleito con alg.), *appello* et *arcesso,* llamo a juicio, acuso, *arguo, incuso, insimulo, postulo; coarguo* et *convinco,* convenzo de; b) *absolvo, libero;* c) *damno, condemno;* d) alia in nonnullis locutionibus: a) *accusare aliquem furti; ago tecum injuriarum; eos pecuniae captae arcessere, summi sceleris arguere; probri incusare, insimulare pudicissimam feminam, Verrem avaritiae et audaciae; consularem virum repetundarum*

1 Hoc genitivo causam, ablativo instrumentum fere significari existimant.

(pecuniarum) postulare, de cohechos; *te coarguo multorum maleficiorum, convinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiae;* b) *liberare culpae regem*, absolver; c) *unius peccati mulierem damnare, dupli, quadrupli*, cet., *octupli Apronium; capitis hominem innocentissimum condemnare; minoris sestertium tricies hominem non posse damnari*, Cic. Verr. 1, 13, 38; en menos de tres millones: cf. n. **282**, II, et **593**, IV; *quanti damnatus esset*, Liv. 5, 32, 8; d) *legibus ambitūs interrogati*, Sall. *C.* 18, 2, requeridos en juicio legalmente como reos de soborno; *judicatus pecuniae*, Liv. 6, 14, 3, condenado por deudas; *injuriarum satisfacere alicui*, sincerarse con alguno del delito de injuria, *ad Herenn.* 4, 27. *(Nullius probri compertus*, convencido: cf. n. **244**, 3.° b). [1]]

NB. 1. Genitivus criminis in ablativum cum *de* mutari potest; hoc tamen vocabulum *crimen* ablativo sine praepositione effertur. *Drusus* ERAT DE PRAEVARICATIONE *a tribunis aerariis* ABSOLUTUS. Cic. *Q. fr.* 2, 16, 3. *Te hoc* CRIMINE *non arguo.* Id. *Verr.* 6, 5, 18.

[Sic: *Quos de veneficiis accusabant.* Cic. *R. Am.* 32, 90. *Sestius ab judice de ambitu est postulatus.* Id. *Q. fr.* 2, 3, 5. *De majestate damnatus est.* Id. *Verr.* 1, 13, 39: cf. **244**, 3.° b). *Cujus etiam familiares de vi condemnati sunt.* Id. *ib.* 29, 71. (Nunquam tamen cum *arguo). — Arcessere aliquem crimine ambitus; damnatus crimine repetundarum; ceteris criminibus absolutus*, de los demás cargos. [2]]

NB. 2. Verba absolvendi et damnandi etiam ablativum habent sine praepositione, qui perpetuo adhibetur cum verbo *multo;* et est fere poenae, raro criminis. PRAEVARICATIONE EST *Ascitius* LIBERATUS. Cic. *Cael.* 10, 24. *Eum vos jurati* CAPITE DAMNASTIS. *Ad Herenn.* 4, 24, 33. [*Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte multantur.* Id. *de Or.* 1, 43, 194.

Sic: *damnare capitis, pecuniae* vel *capite, morte* (Sen.), *voti* et *votis*, obligar al cumplimiento del (de un) voto, de las promesas: Nep. *Timol.* 5, 2, Verg. *B.* 5, 80; *absolvi suspicione sceleris*, ser descargado de la sospecha de atentado. *Ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero.* Liv. 1, 58. *Eo nomine erat damnatus.* Caes. *C.* 3, 21, 1. — *Damno* et *condemno* semper ablativo junguntur cum exprimitur certa pecuniae aut terrae multa: *damnari decem milibus, tertia parte agri.* (*Damnari inter sicarios*, como malhechor (asesino), *ad bestias*, Suet. *Cal.* 27, a las fieras, *in metalla*, a trabajos forzados en las

1 Apud juris consultos *teneri*, v. g. *furti.* Cf. ALVAR. n. 299.
2 *Criminis postulari* apud recentiores.

minas. *In pari ante peccato convictus.* Cic. *Inv.* 2, 10, 32). Verba accusandi cum solo ablat. non reperiuntur.[1]].

II. Verba accusandi et damnandi, cum non sunt judicialia, fere accusativo rei junguntur et genitivo personae. *Venit ad me Q. Fufius* SCELUS ACCUSANS POMPEJI, LEVITATEM *et* STULTITIAM SENATUS. Cic. *Att.* 9, 5, 1.

[Sic: *accusare inertiam adulescentium*, quejarse de la indolencia, *alicujus desperationem, meam maestitiam; perfidiam, errorem eorum coarguere.* At etiam quasi in re judiciaria: *Jam me ipse inertiae nequitiaeque condemno.* Cic. *Cat.* 1, 2, 4. *Non committam posthac ut me accusare de epistularum neglegentia possis.* Id. *Att.* 1, 6, 1. *Condemnabo eodem ego te crimine.* Id. *Fam.* 2, 1, 1. *(Primum me tibi excuso in eo ipso in quo te accuso.* Id. *Q. fr.* 2, 2, 1.)]

251 I. *Interest* et *refert* genitivum habent, qui cum *refert* rei inanimae et rarus est; at pro *mei, tui, sui, nostri, vestri* ablativos *mea, tua, sua, nostra, vestra.*

INTEREST OMNIUM *recte facere.* Cic. *Fin.* 2, 22, 72; a todos importa obrar bien. TUA *et* MEA *maxime* INTEREST *te valere.* Id. *Fam.* 16, 4, 4.

[Sic cum subjecto orationis infinitivae vel subjunctivae aut pronominis neutri, perraro cum substantivo: *Ostendam quantum salutis communis intersit duos consules in republica esse.* Cic. *Mur.* 2, 4. *Plurimum refert compositionis quae quibus anteponas.* Quint. 9, 4, 44; es importante para la composición (oratoria). *Hoc magis reipublicae interest quam meā.* Liv. 26, 31, 10. *Vestrā enim qui cum summa elegantia atque integritate vixistis hoc maxime interest.* Cic. *Sull.* 28, 79. *Quis est enim hodie, cujus intersit istam legem manere?* Id. *Phil.* 1, 9, 21. [2] *Non quo meā interesset loci natura.* Id. *Att.* 3, 19, 1. [3]]

1 *Non enim possum quemquam insimulare falso.* Cic. *Verr.* 5, 41, 107; *falso* adverbium est. *Est accusatus eadem fere lege et crimine.* Id. *Cluent.* 37, 103; por (según) la misma l.; et cf. *NB.* 1.

2 Apud Priscian. etiam *cuja*: cf. ALVAR. n. 273.

3 «*Interest* et *refert* ablativos *mea, tua, sua, nostra, vestra* sibi vindicarunt, quibus ablativis addi possunt genitivi *unius, solius, ipsius* ceterique qui possessivis adduntur, ut: *Mea unius* interest; *Tua solius* refert; *Nostra ipsorum* interest vitia exstirpare; *Tua* rempublicam *administrantis* interest semper vigilare.

Hic nulla veterum occurrunt testimonia: dicemus etiam: *Vestra paucorum* interest cives conservare, quia *vestris paucorum laudibus* legimus apud Brutum, l. I, ep. 7. At *Vestra* seu *nostra omnium* interest bene vivere, tum dicam, cum apud idoneos auctores legero genitivum *omnium* possessivis junctum; interim dicam: Interest *omnium nostrum* recte vivere. Refert *omnium vestrum* ante actae vitae rationem reddere...

NB. *Interest* loco genitivi rei inanimae saepe accusativum cum *ad* recipit. AD *nostram* LAUDEM *non multum video* INTERESSE Cic. *Fam.* 5, 12, 2: n. 433, d). [1]

II. Genitivi *magni*, *permagni*, *parvi*, *tanti*, *quanti* (etiam *tantum*, *quantum*) junguntur cum verbis *interest* et *refert*; cetera ejusmodi per adverbium redduntur. PERMAGNI *nostrœ* INTEREST *te esse Romae*. Cic. *Att.* 2, 23, 3.

[Sic: *Magni ad honorem nostrum interest quam primum ad urbem me venire*. Cic. *Fam.* 16, 1, 1. *Parvi refert*. Id. *Q. fr.* 1, 1, 7, 20, et *Man.* 7, 18. *Scio quanti reipublicae intersit omnes copias in unum locum convenire*. Pompej. ap. Cic. *Att.* 8, 6, 2. *Ostendam quantum salutis communis intersit*, cet. Hujus loci adverbia sunt: *multum*, *plus*, *plurimum*, *minus*, *minimum*, *nihil*, *magnopere*, *vehementer*, cet.]

III. Nota genitivum *animi* cum nonnullis verbis, praesertim *pendeo* et *ango (me)*, «estoy solícito, me aflijo.» ANIMI PENDEO *et de me et de te*. Cic. *Att.* 16, 12. ANGI ANIMI. Id. *Verr.* 2, 34, 84; etiam *animo*. [*Discrucior animi*. Ter. *Ad.* 610. Cf. n. 246, II. [2]]

IV. Ut cum adjectivis per hellenismum, n. 246, II, sic cum paucis verbis adhibetur genitivus a poëtis et sequioribus. JUSTITIAENE *prius* MIRER *belline* LABORUM? Verg. *Aen.* 11, 126. [*Dum* DOMINATIONIS APISCERETUR. Tac. *Ann.* 6, 45 extr. *Daunus agrestium* REGNAVIT POPULORUM. Hor. *C.* 3, 30, 12. SERMONIS FALLEBAR. Plaut. *Epid.* 1, 2, 55.]

VI. GENITIVUS LOCI (LOCATIVUS)

252 I. Nomina urbium parvarumque insularum, **227**, I, primae vel secundae declinationis et singularis

Quoniam paulo ante (cf. n. 200, II) planum factum est pronomina possessiva genitivos admittere, quid causae est cur timeamus dicere: Interest *tua praetoris* provinciam a piratis defendere? Refert *mea consulis* rempublicam salvam et incolumem servare?» Hactenus Alvarus, n. 377, cui tamen durior oratio videtur, cum genitivus propriorum additur, ut: Interest *tua Caesaris* victis ignoscere, pro: *Tua, o Caesar*, interest victis ignoscere. Verum genitivo apposito cui suffragatur Alvarus recentiores refragantur, quod *nulla veterum occurrunt testimonia*. Quare pro: *Vehementer interest* VESTRA PATRUM, dicendum *vestra qui patres estis*. Cf. RIEM.-GOELZ. n. 127, adn. 1.

1 *Referre dedecori*. Tac. *Ann.* 15, 65.

2 Legendumne apud Cic. *Tusc.* 1, 40, 96: *pendemus animis* an *p: animi* non satis constat. Tauchnitz habet *animi*, recognoscente BAITER; Teubner *animis*, recognoscente MUELLER.

numeri ponuntur in genitivo, si locum significant **ubi** aliquid est aut evenit. *Egnatius* ROMAE *est.* Cic. *Att.* 4, 12. *Duo fana duabus in insulis posita sociorum,* MELITAE *et* SAMI. Id. *Verr.* 5, 72, 184.

NB. Graeca nomina loci majoris primae et secundae decl. genitivo efferuntur aliquando, si quaestio fit per **ubi**. *Conon plurimum* CYPRI *vixit.* Nep. *Chabr.* 3, 3. [*Domum* CHERSONESI *habere.* Id. *Milt.* 2, 3. *Graeciae,* Cic. *Rep.* 3, 9, 14. Cf. n. **227**, *NB.* 3.]

II. Efferuntur item genitivo *domi* et *humi;* etiam *belli, militiae* cum *domi* conjuncta. *Esse* DOMI. Cic. Brut. 3, 10. *Vel* BELLI *vel* DOMI *rempublicam augeant.* Id. *Off.* 2, 24, 85. DOMI MILITIAE*que boni mores colebantur.* Sall. *C.* 9, 1.

NB. Appellativo *domi* adjungi potest genitivus et adjectiva *meae, tuae, suae, nostrae, vestrae, alienae. Deprehensus* DOMI C. CAESARIS. Cic. *Att.* 1, 12, 3. *Nonne mavis sine periculo* TUAE DOMI *esse, quam cum periculo* ALIENAE? Id. *Fam.* 4, 7, 4.

[Sic: *corpora fundere humi,* Verg., *spargere dentes, prosternere juvencum humi,* Ov. et apud poëtas etiam *humo, in humo;* at semper *in humo nuda, in domo aliqua, in d. casta, in ipsa Alexandria* cum adjectivo aut pronomine; *in bello, in militia* (sine *domi*[1]*); domi Caesaris* et *in domo C.* — «En la celebrata Corinto» dicitur: *Corinthi, in urbe celebri:* cf. n. **285**, *NB.* 2, et **395**.]

VII. GENITIVI **nostrum, vestrum, nostri, vestri**

253 Substantiva, adjectiva et verba quae patrium casum postulant genitivis *nostri, vestri* gaudent; at partitiva, n. **241**, *nostrum, vestrum* exigunt. *Grata mihi vehementer est* MEMORIA NOSTRI *tua.* Cic. *Fam.* 12, 17, 1. *Habetis ducem* MEMOREM VESTRI, *oblitum sui.* Id. *Cat.* 4, 9, 19. — VESTRUM PRIMUS. Liv. 1, 56, 10.

[Sic: *pudet me vestri, sum memor vestri;* at *sum memor vestrum omnium, vestrum singulorum, vestrum utriusque, vestrum paucorum, vestrum multorum,* quia partitivum additum est.[2] — *Voluntas vestrum omnium* vel *voluntas vestra omnium,* n. **405**, III, *pars vestri,* n. **241**, II.

NB. Raro usurpantur *nostrum, vestrum* tanquam genitivi objectivi pro *nostri, vestri. Possumne eripere orationi tuae* CONTENTIONEM

1 Apud Sall. *Jug.* 81, 2, *militiae.*

2 MACEDONUM *fere* OMNIBUS *ut manerent persuasit.* Liv. 31, 45.

VESTRUM? Cic. *Planc.* 7, 17; la comparación que tú haces entre vosotros dos?[1]]

CAPUT V. DE DATIVO

I. DATIVUS COMMODI

254 I. Quodvis praedicatum admittit dativum ejus personae vel rei in cujus gratiam, commodum vel incommodum aliquid fit aut redundat. Quod a nobis per «para» generatim exprimitur. [2] *Sex. Roscius praedia coluit* ALIIS *non* SIBI. Cic. *R. Am.* 17, 49. *Non* SCHOLAE *sed* VITAE *discimus.* Sen. *Ep.* 106, 12.

[Sic: *Subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti otium.* Cic. *de Or.* 1, 60, 255. *Foro nata eloquentia est.* Id. *Brut.* 82, 283; cf. n. **257,** II. *Nil loci est segnitiae neque socordiae.* Ter. *Andr.* 206 [1, 3, 1]; para la indolencia ni para la inercia. *Magno illi ea cunctatio stetit.* Liv. 2, 36, 4; cara le costó. *Neque mihi ex cujusquam amplitudine praesidia quaeram.* Cic. *Man.* 24, 70. *Jovem Olympium, cui se exercebit, implorabit.* Id. *Tusc.* 2, 17, 40; en cuya honra. *Murena summo imperatori legatus fuit.* Id. *Mur.* 9, 20; sirvió de lugarteniente a un excelso general, fué l. de: cf. **267,** I. *Contemnuntur ii qui «nec sibi nec alteri», ut dicitur.* Id. *Off.* 2, 10, 36. *Spolia Jovi victori cremavit.* Liv. 10, 29; en honor de. *Temperare alicui,* ser moderado, considerado para con alguno; sed cf. n. **221,** III.]

II. Huc referuntur **a)** adjectiva et **b)** verba quibus commodum, voluptas, fidelitas, voluntas propensa, oboedientia, submissio, auxilium et his contraria significantur, qualia sunt incommodum, aversio, repugnantia.

GRATA MIHI *vehementer est memoria nostri tua.* Cic. *Fam.* 12, 17,

1 MADVIG regulam firmat his Ciceronis exemplis: *Cupidus vestrum. Verr.* 3, 96, 224. *Veneramini illum Jovem, custodem hujus urbis ac vestrum.* Id. *Cat.* 3, 12, 29. At primum alii legunt *cupidus vestri;* v. annotationem criticam BAITER-HALMII. In altero *vestrum* esse potest accusativus possessivi.

2 Sed post multa verba et adjectiva etiam per *a.*

1. *Ego vero quibus* ORNAMENTIS ADVERSOR *tuis? aut cui* DIGNITATI *vestrae* REPUGNO? Id. *Sull.* 18, 50. *(Graecia) tendit dexteram* ITALIAE, *suumque* EI *praesidium pollicetur.* Id. *Phil.* 10, 4, 9; y le promete su apoyo.

[En tibi nonnulla: a) *amabilis, formidabilis, optabilis* cum pluribus aliis in *-bilis, amicus, inimicus, invisus, intolerandus, benevolus, malevolus, carus, gratus, pergratus, ingratus, jucundus, molestus, fidus, infidus* [1], *aequus, iniquus, benignus, propitius, infensus, infestus, perniciosus, facilis, difficilis, par, impar, dispar, opportunus, contrarius, alienus*, contrario, desfavorable.

Fuit hoc LUCTUOSUM SUIS, ACERBUM PATRIAE, GRAVE BONIS *omnibus.* Cic. *de Or.* 3, 2, 8. *Erat meum consilium cum* FIDELE POMPEJO, *tum* SALUTARE UTRIQUE. Id. *Fam.* 6, 6, 4. *Consul salutaris* aut *perniciosus reipublicae, jucundus* vel *molestus civibus; intoleranda Romanis vox; Clodius inimicns est nobis*, está enemistado conmigo; *cui pax, praesertim civilis, fuit optabilis; litterae mihi pergratae; onus grave ferentibus; voluptas honestati contraria; illi causae maxime alienum; nihil mihi potius fuit.*

At etiam aliquoties: *benevolus, benignus, aequus, iniquus, gratus*, cet. *erga, in, adversus aliquem:* cf. n. **255**, III.

b) 1m. **Intransitiva** commodi et incommodi: [2] *placeo, displiceo, incommodo, insulto, morigeror, noceo, officio*, estorbo, *malefacio, satisfacio, suppeditare* et *suppetere*, haber para, et plura impersonaliter usurpata, ut *competit, conducit, confert, constat, convenit*, cf. n. **215**, II, *dolet, expedit, liquet, patet, restat, superat, stat mihi*, estoy resuelto; — *auxilior, medeor* (apud Ter. cum accus.), *opitulor, patrocinor (subvenio, succurro), benefacio, malefacio* Ter. *Ad.* 2, 1, 10 [164], *cedo (intercedo), gratificor, ignosco, indulgeo, parco, rideo (arrideo, assentior), assentor*, lisonjeo, *blandior*, halago, *bene dico* hablo bien de, *male dico* hablo mal de *(consentio), convicior, irascor, minor* et *minitor, succenseo*, me irrito; — *faveo, gratulor, plaudo, suffragor*, voto por, *auctor sum*, aconsejo, *studeo*, favorezco a, me dedico a, [3] *vaco*, tengo vagar (tiempo) para, doyme a, *libet* seu *lubet*, da gusto, *licet (adversor, obsisto, obtrecto*, digo mal de, apud Liv. cum accus., *refragor*, me opongo a), *insidior* (et *insidiae), invideo (repugno* et alia composita n. **263** contenta).

1 *Regina tui fidissima* per analogiam cum *amantissima.* Verg. *Aen.* 12, 659; a ti toda entregada.

2 Quae parenthesi includuntur etiam n. **263** contenta sunt.

3 *Studeo* praeter dativum admittit solum accusat. communem.

D ɪʟᴇᴛ ᴍɪʜɪ *quod tu nunc stomacharis.* Brut. ap. Cic. *ad Brut.* 1, 17, 6. Cᴇᴛᴇʀɪs ᴏᴘɪᴛᴜʟᴀʀɪ. Cic. *Arch.* 1, 1. *Cur* ᴛɪʙɪ *hoc non* ɢʀᴀᴛɪғɪᴄᴇʀ *nescio.* Id. *Fam.* 1, 10; «no sé por qué no te haya de dar gusto en esto». Abril. Sᴛᴜᴅᴜɪᴛ Cᴀᴛɪʟɪɴᴀᴇ *Caelius.* Id. *Cael.* 5, 12. *Ipse etiam sibi, non iis solum qui aderant displicebat.* Id. *Att.* 2, 21, 3. *Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.* Id. *Or.* 48, (160) 159. *An hoc significas, ne chartam quidem tibi suppeditare?* Id. *Fam.* 7, 18, 2; «por ventura me quieres dar a entender, que no medras ahí aun para papel?» Abril. *Quod tuae laudi conducere arbitror.* Id. *ib.* 13, 48. *Uter igitur est divitior, cui deest an cui superat?* Id. *Par.* 6, 3, 49. *Homini jam perdito et collum in laqueum inserenti subvenisti.* Id. *Verr.* 4, 17, 37. *Non ignara mali miseris succurrere disco.* Verg. *Aen.* 1, 630. *Festinationi meae brevitatique litterarum ignosces.* Caes. ap. Cic. *Att.* 9, 6, A. *Parce pio generi.* Verg. *Aen.* 1, 526. *Satis fiet a nobis, neque parcetur labori.* Cic. *Att.* 2, 14, 2. *(Bajae nostrae) tibi assentantur.* Id. *Fam.* 9, 12, 1; «los baños de B. quieren ganarte la voluntad». Abril. *Video quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur.* Id. *Acad.* 2, 45, 139. *Catoni irati omnia perdiderunt.* Id. *Att.* 2, 21, 1; airados con C., contra C. *Quis mihi jure succenseat?* Id. *Arch.* 6, 13. *Cui rei, cui gloriae, cui virtuti studes?* Id. *de Or.* 2, 55, 225. *Facite quod vobis lubet.* Ter. *Adelph.* 991 [5, 9, 34]. *Peccare nemini licet.* Cic. *Tusc.* 5, 19, 55. *Desinant insidiari domi suae consuli.* Id. *Cat.* 1, 13, 32. *(Neque insidiae consuli procedebant.* Sall. *C.* 32; las asechanzas al c., contra el c. no pasaban adelante, malográbanse.) *Cui bene dixit unquam bono?* Cic. *Sest.* 52, 110. *Male, ait, dixisti mihi.* Phaed. 1, 1, 10. [1]

Sed *conducit* et *confert* pro dativo rei inanimae admittunt accusativum cum *ad*, n. **433, d**). *Tum consultant* ᴀᴅ *vitae* ᴄᴏᴍᴍᴏᴅɪᴛᴀᴛᴇᴍ ᴊᴜᴄᴜɴᴅɪᴛᴀᴛᴇᴍ*que* ᴄᴏɴᴅᴜᴄᴀᴛ *id necne.* Cic. *Off.* 1, 3, 9.

Intransitiva oboedientiae et submissionis: *assentio, oboedio, obsecundo (obsequor), obtempero, pareo, ausculto, servio (inservio), famulor, dicto audiens sum alicui*, obedezco puntualmente a alg. *Ejus semper* ᴠᴏʟᴜɴᴛᴀᴛɪʙᴜs *non modo cives* ᴀssᴇɴsᴇʀᴜɴᴛ, *socii* ᴏʙᴛᴇᴍ-ᴘᴇʀᴀʀᴜɴᴛ, *hostes* ᴏʙᴏᴇᴅɪᴇʀᴜɴᴛ, *sed etiam venti tempestatesque* ᴏʙsᴇ-ᴄᴜɴᴅᴀʀᴜɴᴛ; cf. Cic. *Man.* 16, 48. *Mihi ausculta.* Cic. *R. Am.* 36, 104 *(Ego hunc ausculto lubens.* Plaut. *Aul.* 3, 5, 22 [496]. *Homi-*

1 *Bene dico* et *male diao (benedico, maledico)* cum accusat. sunt infimae Latinitatis; *benedico* cum significat «bendigo» etiam cum dativo; cujus loco dicitur *laudo, praedico, bene alicui precor.*

nes qui auscultant crimina. Id. *Pseud.* 1, 5, 13 [427].—*Obtemperatio*, n. **238**, *NB.* 4.]

2.° **Transitiva** dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, postponendi et alia id genus, praeter accusativum dativum exigunt.

Salutem TIBI *iidem* DARE *possunt qui mihi* REDDIDERUNT. Cic. *Planc.* 42, 102. *Praeda* MILITIBUS DIVISA. Sall. *J.* 91, 6. DEBEMUR MORTI *nos nostraque.* Hor. *Pis.* 63.

[**Dandi**, ut *do, (operam do), dedo, concedo, ministro*, sirvo, *praesto*, presto, *sufficio*, suministro, *suggero, suppedito*, suministro, *commodo*, presto, *praebeo*, ofrezco, *voveo, divido, largior*, doy generosamente, *exhibeo*, acarreo=ocasiono, *fenero*, presto a interés, *impendo, nego*, niego, *condono, remitto*, rehuso, *porrigo* et *tendo*, alargo, tiendo, *tribuo, claudo. Se lamentis muliebriter lacrimisque dedĕre.* Cic. *Tusc.* 2, 21, 48. *Ganymedes Jovi bibere ministrabat;* cf. *ib.* 1, 26, 65; i. e. *potum, pocula*, la bebida. *Aqua suppeditabatur templis.* Id. *Rab. perd.* 11, 31. *Aedes amico commodasse. Ad Her.* 4, 51, 64. *Tibi decimam partem praedae voveo.* Liv. 5, 21, 2. *Non habere domum clausam pudori et sanctimoniae.* Cic. *Quinct.* 30, 93.

Reddendi, quae sunt fere composita ex *re*, ut *reddo, refero*, devuelvo, *rependo*, pago a peso de, *repono, restituo, solvo*, pago, cet. *Referes ei (salutem) plurimam.* Cic. *Att.* 16, 3, 6. *Septumulejo pro C. Gracchi capite aurum erat repensum.* Id. *de Or.* 2, 67, 269. *Tibi ego idem repono:* cf. Cic. *Fam* 1, 9, 19; te devuelvo lo mismo, i. e. te pregunto lo mismo (que tú me preguntas).

Committendi et **praecipiendi**, ut *commendo*, recomiendo, *committo* et *permitto*, entrego, encargo, *credo*, confío, *concredo, debeo*, soy deudor de, *impero, mando, praecipio, trado. Ego me tuae commendo et committo fidei.* Ter. *Eun.* 5, 2, 47 [886]. *C. Antonius L. Petrejo legato exercitum permittit.* Sall. *C.* 59, 4; «entregó el mando del ejército». Inf. D. Gabr. *Victori sese crediderunt.* Cic. *Fam.* 4, 7, 3; «se rindieron al v.» Abril. *(Navis) tibi creditum* DEBES *Vergilium* FINIBUS *Atticis.* Hor. *C.* 1, 3, 5-6. [1] *Puero cenam imperare;* cf. Cic. *R. Am.* 21, 59; ordenar al muchacho (mozo, sirviente) que prepare la comida.

Promittendi, ut *polliceor, promitto, spondeo*, v. g. *legionibus honores spondere.*

1 Sic *Thesaur. L. L.* V, 90, l. 54-55. et Lucian. MÜLLER in biblioth. Teubner.

Declarandi, ut *aperio, declaro, demonstro, dico, edissero, explano, explico, expono, indico, monstro, narro, ostendo, prodo, significo. Meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus litteris.* Cic. *Att.* 10, 6, 1. *Hic mihi Africanus se ostendit.* Id. *Rep.* 6, 9 [Som. Sc. 1]. *Sacra posteris prodere.* Id. *Mil.* 30, 83; transmitir, legar.

Anteponendi et **postponendi**: *antefero, antepono, praefero, praeopto, praepono, posthabeo, postpono, postfero*, v. g. *longe Academiae illi ac Lyceo tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam,* Cic. *de Or.* 1, 21, 98; *otium urbanum militiae laboribus praeoptat,* Liv. 44, 22; *omnia virtuti postponi debent.*

3.° **Alia hujus ordinis:** *facio tibi injuriam; facio tibi fidem,* te doy crédito, *habeo tibi* vel *tuae narrationi fidem,* te creo; *maximas tibi omnes gratias agimus, majores etiam habemus,* Cic. *Marc.* 11, 33; dámoste las más rendidas gracias, y aun te estamos más agradecidos, reconocidos; *refero tibi gratias,* correspondo a tu beneficio, te pago el favor; *patefacio, praecludo aditum hosti,* abro, cierro la entrada al e.; *morem gerere alicui,* complacer a; *nullum locum relinquo precibus; probas mihi tuam sententiam,* me haces aceptable tu parecer; *libros oratorios tibi valde probabo,* Cic. *Att.* 4, 14, 1, haré que tengas por muy buenos; *conciliare Pompejum Caesari; placare aliquem alicui; purgare se amico,* disculparse con. Similiter: *pono modum irae, finem facio injuriis,* doy fin a las injusticias, et cum genitivo *finem facio scribendi.*

Quibus addi possunt nonnulla intransitiva transitive sumpta, ut *credo amico mille nummum, impero provinciae tributum, gratulor tibi victoriam* vel *de victoria, minor* vel *minitor tibi tormenta, mortem,* te amenazo con.[1]

NB. Dicitur *dare tabellario litteras,* dar una carta al correo (para que sea llevada a su destino); *dare litteras ad amicum,* escribir a un a.; *mitto tibi librum,* te envío para ti; *mitto legatos ad consulem;* et eodem sensu *scribo* vel *mitto tibi* et *ad te litteras.*]

255 I. Dativus commodi respondet aliquando genitivo aut praepositioni, maxime apud poëtas. *Neque mihi ex cujusquam amplitudine aut praesidia* PERICULIS *aut adjumenta* HONORIBUS *quaeram.* Cic. *Man.* 24, 70; i. e. *praesidia adversus pericula, praes. periculorum; adjumenta ad honores, adj. honorum;* ni procuraré

1 *Minor* vel *minitor tibi baculo,* con un bastón, ablat. instrum.

para mí protección contra los p. ni favor para las dignidades. HUIC *cum galea longe jacuit caput.* Verg. *Aen.* 9, 770; pro *hujus caput.* [CUI *plurima mento Canities inculta jacet,* cet. *Ib.* 6, 299.]

II. Haec notio **en defensa de, en (a) favor de, (por)** non cum dativo, nisi cum verbis quae dativum petunt, sed praepositione *pro* significatur, v. g. *dicere pro aliquo, pro patria mori.* [*Nullum periculum pro tua dignitate fugit:* cf. Cic. *Mil.* 25, 68; ningún riesgo rehusó en defensa de. *Aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Aelius Lamia.* Cic. *de Or.* 2, 65, en favor de, en auxilio de G., era defensor de G., cf. n. **264**.]

III. **Hacia, para con, con, (contra)** propensam aut contrariam voluntatem significantia exprimuntur per *in, erga, adversus (contra);* ut: *Brutus fuit pius* IN PATRIAM, *crudelis* IN LIBEROS. [*Magna ejus in me officia et merita:* cf. Cic. *Fam.* 11, 17, 1; *grata lex in vulgus; divina bonitas erga homines:* cf. Cic. *N. D.* 2, 23, 60; *crudelitas erga nobiles,* Nep. *Alcib.* 4, 4; *justitia adversus deos. Adversus ea consul victis respondit.* Liv. 4, 10, 2; contra esto. *Adversum divitias invictum animum gerebat.* Sall. *J.* 43, 5. *Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius.* Cic. *de Or.* 3, 20, 75.]

II. DATIVUS POST NONNULLA ADJECTIVA (ET ADVERBIA)

256 I. Adjectiva quibus consensio, conformidad, aequalitas, propinquitas et his contraria significantur dativum poscunt. *Cum ejus mors* CONSENTANEA VITAE *fuerit sanctissime honestissimeque actae.* Cic. *Phil.* 9, 7, 15. *Verbum Latinum* PAR GRAECO. Id. *Fin.* 2, 4, 13. ENNIO AEQUALIS *Livius:* cf. id. *Brut.* 18, 73; contemporáneo. *Est* FINITIMUS ORATORI *poëta.* Id. *de Or.* 1, 16, 70.

[Sic *concors, congruens, consentaneus, conveniens, discors* poët. et posterius, *absonus,* disonante de, *dissonus, aequalis,* igual; de la misma edad, contemporáneo, fere cum genit.; *propinquus* (sic *propinquare), propior, proximus,* n. **228**, *vicinus, finitimus, confinis, conterminus* poët. et poster., *affinis, cognatus, familiaris, concolor* et *discolor* poëtica et sequiora: *Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge. Si dicentis erunt fortunis absona dicta,* si las expresiones fueren disonantes de la condición del interlocutor. *(Sunt quidam, aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni,* Cic. *de Or.* 1, 25, 115. *Absoni a voce motus,* Liv. 7, 2, cf. ablat. limitat.) *Collo confine caput.* Ov. *M.* 1, 718. *Sunt*

k) *Subdo, subduco, subjicio, subjungo, submitto, subscribo, subtraho, suggero, suppono, surripio: subduc cibum unum diem athletae,* Cic. *Tusc.* 2, 17, 40; *anatum ova gallinis saepe supponimus,* id. *N. D.* 2, 48, 124.[1]

His adde *aufero. Id mihi tu, C. Verres, eripuisti atque abstulisti.* Cic. *Caecil.* 5, 19.]

NB. Verba composita transitiva saepe praepositionem repetunt, maxime si locus designatur; quam repetitionem habent fere *comparo, compono, confero, conjungo. Baltonius autem miros terrores* AD ME ATTULIT *Caesarianos.* Cic. *Att.* 6, 8, 2. *Tempus* EREPTUM E SUMMIS OCCUPATIONIBUS. Id. *Att.* 1, 14, 1. CONFER *nostram longissimam aetatem* CUM AETERNITATE. Id. *Tusc.* 1, 39, 94; nuestra más larga e. [*Anulum de digito detrahere.* Ter. *Haut.* 4, 1, 38; etiam *ex digito,* nam locus est **unde**: cf. Cic. *Q. fr.* 1, 2, 2, 6.

Sic: *Ad nos multi rumores afferuntur; fasciculum ad nares admovere; ad flammam se applicare,* acercarse, llegarse a la ll.; *se ad virtutem, ad philosophiam, ad jus civile, ad eloquentiam applicare; commeatus importari in oppidum,* n. **277,** I; *in rogum imponitur; in portum ex alto invehi,* desde alta mar; *injicere se in hostes; gladium hosti in pectus infigere; mansa pueris in os inserere; sub vestrum jus terrarum orbem subjungere; hominem cum homine comparate; cujus ob os Graji ora obvertebant sua,* Enn. ap. Cic. *Tusc.* 3, 18, 39, hacia cuya cara volvían la suya; *arcus obvertit in illum (Apollo in Achillem).* Ov. *Met.* 12, 600; cet. *(Cum honestate conjunctio.* Cic. *Off.* 3, 33, 120.) Dicitur semper *communico aliquid cum aliquo,* et *commuto aliquid aliqua re* vel *cum aliqua re.*]

II. Etiam cum dativo interdum inveniuntur *continuo, aequo, jungo, socio: continuo laborem nocturnum diurno,* junto sin interrupción el trabajo de la noche con el del día; *aequare turrem muris,* levantar una torre a la altura de los m.; at etiam dicitur *virtutem cum fortuna aequare.*

259 Verba passiva nonnunquam dandi casum admittunt: 1.m Maxime in perfecto et temporibus ab eo derivatis, cum non tam actio singularis quam repetita, vel effectus permanens designatur.

AUDITUS EST NOBIS *Laeliae Caji filiae saepe sermo.* Cic. *Brut.* 58,

1 Edd. Tauchn. et Teubn. *anitum.* Et cf. *Thesaurus linguae Lat., anas.*

[a] *Addico, addo, adhibeo, adimo, adjicio, adjudico, adjungo, admisceo, admoveo, affero, affigo, applico, appono, assero*, v. g. *cui me semper addixi*, Cic. *Planc.* 39, 93, fuí adicto; *animos mihi addidisti*, id. *Att.* 7, 2, 4; *(oratio) lumen exhibere rebus debet*, id. *de Or.* 3, 13, 50; *accessionem adjunxit aedibus*, id. *Off.* 1, 39, 138, agrandó la casa; *admiscere huic generi orationis genus illud alterum*, id. *de Or.* 2, 49, 200; *equitibus Romanis afferuntur ex Asia cotidie litterae*, id. *Man.* 2, 4.

b) *Circumdo, circumfundo, circumjicio, circumpono*, ut *circumdare bracchia collo*, Ov. *Met.* 9, 459, et cum tmesi: *collo dare bracchia circum*, Verg. *Aen.* 2, 792; 6, 700; *consuli circumfusa multitudo*, Liv. 26, 27, 10.

c) *Comparo, compono, confero, conjungo*, ut *Ennius equi fortis et victoris senectuti comparat suam*, Cic. *C. M.* 5, 14. *Dextrae conjungere dextram.* Ov. *M.* 8, 421. *(Conjicio*, n. 298, 1.[m])

d) *Decutio, defero, deripio* et *diripio, detero, detraho: tergora deripiunt costis*, Verg. *Aen.* 1, 211; les arrancan la piel de los costados (los desuellan); *detrahere aliquid alteri*, Cic. *Off.* 3, 5, 21; *omnem ei suam auctoritatem detulisse*, id. *Flacc.* 6, 14.

e) *Eripio, expono, extorqueo: hunc mihi timorem eripe*, Cic. *Cat.* 1, 7, 18; *non habere domum expositam cupiditati et voluptatibus*, id *Quinct.* 30, 93.

f) *Immitto, impono, importo, imprimo, incutio, indo, infero, infigo, infligo, ingero, injicio, injungo, insero, instillo, inuro: incute vim ventis*, Verg. Aen. 1, 69; *vestris domiciliis atque tectis funestos ac nefarios ignes inferre*, Cic. *Cat.* 3, 9, 22; *civitatibus aeternam injungere servitutem*, Caes. *G.* 7, 77, imponer; *lumini oleum instillare.* Cic. *C. M.* 11, 36.

g) *Interjicio, interpono;* ut *nasus quasi murus oculis interjectus est*, Cic. N. D. 2, 57, 143.

h) *Objicio, obverto, offero, offundo*, v. g. *ignobilitatem objicit C. Caesaris filio*, Cic. *Phil.* 3, 6, 15, echa en cara; *obvertunt pelago proras*, Verg. *Aen.* 6, 3; *ut piscibus aqua, sic nobis aër crassus offunditur.* Cic. *Acad.* 2, 25, 81, se extiende al rededor; *se opponere venientibus.*

i) *Praecipio, praecludo, praeficio, praefinio, praeparo, praescribo;* ut *e portu solventibus praecipere summo studio et tempestatum rationem et praedonum*, Cic. *Mur.* 2, 4, dar reglas en lo tocante a; *a quibus jura civibus praescribebantur*, id. *C. M.* 9, 27, dictaban leyes (respondiendo a las consultas sobre cuestiones de derecho).

der HOMERI *noluit*. Cic. *de O. G.* 1, 2, 6. *Saturavit se sanguine* DISSIMILLIMORUM SUI *civium*. Id. *Phil.* 2, 24, 59.

[Sic *similis, assimilis, consimilis, dissimilis, dispar*, quibus adde *affinis*, i. e. *particeps*, que tiene parte en, et apud poëtas *diversus alicui* pro *diversus ab aliquo*, 271, II. *Haec ego, vel certe non his diversa, locutus*. Ov. (?) *Ep.* 17 (18), 75. Semper invenies *veri similis*.[1] *Atticorum similes esse volumus*. Cic. *Brut.* 83, 287.]

II. Adjectiva quae aptitudinem utilitatemque significant dativum habent personae, item dativum et saepius accusativum rei cum praepositione *ad*.

Ille adventus AD MULTAS RES MIHI *erat* APTUS. Cic. *Fam.* 3, 6, 1. *O rem minime* APTAM *meis* MORIBUS! Id. *Att.* 5, 10, 3. *Multas* AD RES PERUTILES Xenophontis libri sunt. Id. *C. M.* 17, 59.

[**In his numeranda:** *accommodatus, alacer, appositus, aptus, expeditus, habilis, factus, idoneus, peridoneus, natus, paratus, proclivis, propensus; utilis, inutilis, perutilis, necessarius. (Propensus in alteram partem.)* Dativus commodum cum hac significatione «acomodado, apropiado», accus. finem notare solet. *Locus peridoneus castris*. Caes. *C.* 2, 24, 2. *Non essem ad causam idoneus, si hoc non viderem*. Cic. *Cluent.* 6, 17. *Cn. Pompejus, vir ad omnia summa natus*. Id. *Brut.* 68, 239. *Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriae*. Id. *Pis.* 17, 41. *Homo bene appositus ad istius audaciam*. Id. *Verr.* 5, 41. *Calcei habiles et apti ad pedem*. Id. *de Or.* 1, 54, 231. Cf. n. **359**, I, *NB.* et III.]

III. DATIVUS POST ALIQUOT VERBA TRANSITIVA

(Cf. n. **254**, 2.° et 3.°)

258 I. Verba multa composita ex verbis transitivis et praepositionibus *ad, circum, cum, de, ex, in, inter, ob, prae, sub* praeter accusativum etiam dandi casum postulant.

Deus animum ut dominum atque imperantem oboedienti PRAEFECIT CORPORI. Cic. *Tim.* 7, 21.[2] *Inimici mei mea* MIHI *non me ipsum* ADEMERUNT. Id. *Att.* 3, 5. *Vereor ne* POMPEJO *quid oneris* IMPONAM *Ib.* 9, 7, 3.

1 Cf. hispan. *verisimil*. MIR, *Pront. de Hisp. y Barb.*, 2, 132.

2 Cf. n. **254**, 2.° Verba autem anteponendi et postponendi componuntur ex praepositionibus *ante, prae* et *post*.

virtutibus vitia confinia. Sen. *Ep.* 120, 8. *(Actio) menti congruens esse debet.* Cic. *de Or.* 3, 59, 222. *Dissonae illis voces.* Liv. 30, 34, 1. *(Dissonae sermone gentes.* Id.) *Morus contermina fonti.* Ov. *M.* 4, 90. *Concolor est illis (unda arenis).* Ov (?) *M.* 11, 500.]

At etiam aliquando: *concors, congruens, consentiens cum:* *Motus* CUM VERBIS *sententiisque* CONSENTIENS. Cic. *Brut.* 38, 141. [*Ne secum quidem ipse concors. Tubero vita severus et congruens cum ea disciplina quam colebat.* Cic. *Brut.* 31, 117.]

II. Dativo etiam junguntur *obnoxius,* sujeto a, *obvius,* que sale al encuentro, a recibir, *pervius,* abierto, patente. MIHI *tuae litterae volent* OBVIAE. Cic. *Att.* 6, 4, 3. FRATRI *aedes fient* PERVIAE. Ter. *Ad.* 912 [5, 7, 14]. [*Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii.* Plin. *Ep.* 3, 14, 5. *Cui mater mediā sese tulit obviă silva.* Verg. *Aen.* 1, 314, pro *sese tulit obviam*]

III. Quaedam adverbia dandi casum petunt more adjectivorum unde deducuntur. CAESARI *ex Hispania redeunti* OBVIAM *longissime processisti.* Cic. *Phil.* 2, 32, 78.

[SIC *congruenter convenienterque naturae vivere* (etiam *cum natura convenienter v.); dicere constanter sibi; obviam alicui fieri, ire, procedere, prodire, Ciceronem Caesari mittere. (Juxta* apud Liv. 24, 19, 6.)]

IV. Dativo gaudent participia nonnulla praeteriti temporis, cum fiunt adjectiva, h. e. cum non ad tempus referuntur. *Tua erga me* MIHI PERSPECTISSIMA *benevolentia.* Cic. *Att.* 11, 1, 1. [*Pelopidas magis* HISTORICIS *quam* VULGO NOTUS *(est).* Nep. *Pel.* 1, 1; es más conocido de los que se dedican a la historia. SUSPECTUS REGI. Liv. 35, 19, 1; sospechoso al r., malquisto del r. V. n. **244**, 3.° b).

Hujus generis sunt: *notus, cognitus, perspectus,* bien visto, *suspectus, exploratus, compertus,* averiguado, *dilectus, optatus, spectatus,* conocido, *probatus,* n. **254**, 3.°, aprobado, *acceptus, despectus, contemptus* et composita; ut *incognitus, inauditus,* cet.]

V. Pronomen *idem* extra nominativum cum dativo apud poëtas reperitur pro *atque* cum nominativo. *Invitum qui servat* IDEM *facit* OCCIDENTI. Hor. *Pis.* 467; i. e. *idem atque occidens (ac qui occidit, ac si occidat).*

257 I. Adjectiva similitudinis cum dativo construuntur vel cum genitivo, qui frequens est cum nominibus rerum animatarum, fere perpetuus cum pronominibus personalibus.

Nemo est orator qui DEMOSTHENI *se* SIMILEM *nolit esse; at Menan-*

211. MIHI *consilium* CAPTUM *jamdiu* EST. Id. *Fam.* 5, 19, 2; tengo tomada la resolución. [*Cujus fides* EST NOBIS COGNITA. Id. *Div. Caec.* 20; cf. ib. 11: *quam (meam fidem) habent spectatam jam et cognitam.* NOTANTUR MIHI *ad divinandum signa.* Id. *Fam.* 6, 6, 8; estoy observando las señales para pronosticar.

Sic: *mihi constitutum, provisum, perspectum, intellectum, auditum est; magno studio hoc mihi a pueritia est elaboratum*, cet.]

2.° In quolibet tempore, addita commodi notione. *Sic dissimillimis* BESTIOLIS *communiter cibus* QUAERITUR. Cic. *N. D.* 2, 49, 123; h. e. *sic dissimillimae bestiolae sibi c. cibum quaerunt.* [CUI *ex omni gemitu doloreque certa merces* COMPARABATUR. Id. *Verr.* 5, 45, 118; = *qui sibi mercedem comparabat.]*

3.° Raro, cum dativus pro mero ablativo ponitur, nisi apud poëtas et seriores. *Vix* AUDIOR ULLI. Ov. *Pont.* 3, 9, 39. *[Prior (epistula)* MIHI LEGI *coepta est.* Cic. *Att.* 16, 13 a, 1.—Sed hic dat. frequens est apud classicos auctores cum verbis *probari* atque *intellegi: Id genus maxime* MIHI IPSI PROBATUR; cf. Cic. *de Or.* 3, 10, 37. [1] At etiam: *Mea consilia a te probantur;* cf. Cic. *Fam.* 11, 14, 1.]

4.° Participia in **-ndus** pro ablativo cum *ab* dativum fere habent. *Tria* VIDENDA *sunt* ORATORI. Cic. *Or.* 14, 43. [GERENDUS *est* TIBI *mos adulescentibus.* Id. *de Or.* 1, 23, 105. *Quid* MIHI FACIUNDUM *(est)?* ¿qué debo hacer? [2]]

IV. DATIVUS POST VERBA INTRANSITIVA

Cf. n. **254** b) 1.m

260 I. Praeter ea quae commodum exprimunt, dandi casum postulant verba neutra quae significant eventum, fiduciam aut diffidentiam.

EI *sorte provincia Sicilia* OBVENIT. Cic. *Verr.* 2, 6, 17. *Puer bene* SIBI FIDENS. Id. *Att.* 6, 6, 4. HUIC *incipio* SENTENTIAE DIFFIDERE. Id. *Tusc.* 5, 1, 3.

[Sic *accidit, contingit, evenit, obtingit,* cet., *credo, fido, confido,*

1 *Aliquid probatur alicui* aliquoties oritur ex activa *probare aliquid alicui.*

2 Si non significatur persona a qua res fieri debet, adhibetur *ab. Eum nunquam* A ME ESSE ACCUSANDUM *putavi.* Cic. *Har. r.* 3, 5, vertendum: Jamás creí convenir (conveniente) que él fuese acusado por mí (antes que por otro); *mihi esse accusandum*, sic: Jamás creí que debía (que fuese un deber mío) acusarle.

diffido. Quod cuique obtigit, id quisque teneat. Cic. *Off.* 1, 7, 21. *Metello Numidia evenerat.* Sall. *J.* 43, 1. *Si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usuvenirent.* Cic. *C. M.* 3, 7. *Nisi vestrae virtuti constantiaeque confiderem.* Cic. *Phil.* 5, 1, 1. *O nimium caelo et pelago confise sereno!* Verg. *Aen.* 5, 870: cf. tamen sequens *NB.*]

NB. Fido, confido etiam ablativum postulant, raro *diffido. Qui enim poterit aut corporis* FIRMITATE *aut fortunae* STABILITATE CONFIDERE? Cic. *Tusc.* 5, 14, 40. [1]

II. Item dativum postulant *impero* (cf. n. **212**), *suadeo, persuadeo, supplico* et *supplex sum*, suplico, *videor (mihi)*, me parece, *praesto sum*, me presento, me hallo presente, et fere apud poëtas *haereo* pro *adhaereo.*

MIHI *quidem nunquam* PERSUADERI *potuit animos emori.* Cic. *C M.* 22, 80; se me ha podido persuadir. *Nec* JUDICIBUS SUPPLEX *(Sócrates)* FUIT. Id. *Tusc.* 1, 29, 71. [*Loqui coepit* VERRI *se* PRAESTO ADVENIENTI FUTURUM. Id. *Verr.* 5, 61, 160. *(Ad nomina danda praesto fuere.* Liv. 3, 57, 9, para alistarse, a inscribirse.) *Levis* HAESERAT ALAE *(sagitta).* Ov. *Met.* 12, 570. *Amicis pro aliquo supplicare.*]

III. Verba pugnandi apud poëtas dativo, apud alios junguntur praepositioni *cum. Solus* TIBI CERTAT *Amyntas.* Verg. *B.* 5, 8; compite contigo. CERTA CUM *illo.* Cic. *Ac.* 2, 32, 101.

[Sunt ejusmodi: *certo, luctor, pugno, dimico, bellum gero, bello, concurro, contendo, colludo, confligo, congredior... Frigida pugnabant calidis, umentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus*, i. e. *cum levibus gravia.* Ov. *Met.* 1, 19. [2] *Dimicare, pugnare*, cet. *adversus, contra aliquem.*]

IV. *Nubere* «casarse (la mujer)» dativum postulat; participium *nupta* etiam praepositionem *cum.* NUPSIT A. AURIO MELINO. Cic. *Cluent.* 5, 11. QUOCUM *esset* NUPTA *regis Armeniorum soror.* Id. *Fam.* 15, 3, 1; con quien estaba casada.

261 Aliqua verba neutra quae dativo junguntur, praecipue a poëtis transitiva fiunt, n. **254**, 3.° extr., raro tamen in passiva personali adhibentur.

Vix equidem CREDAR. Ov. *Trist.* 3, 10, 35; i. e. *mihi credetur. Ego cur* INVIDEOR? Hor. *Pis.* 56; pro *cur invidetur mihi? [Caret* INVI-

1 Cf. RIEM.-GOELZ. p. 228.

2 *Sine pondere* respondet Graeco τοῖς ἄνευ βάρους.

DENDA *Sobrius aula.* Id. *C* 2, 10, 7. PERSUASA EST *gruis.* Phaedr. 1, 8, 7. MEDENDIS *corporibus.* Liv. 8, 36, 7. [1] Cf. n. **207, c**).]

262 *Sum* cum dativo possessionem quodammodo significat, et saepe a nobis verbo «tener» vertitur. Cf. n. **247**, I.

SUNT NOBIS *mitia poma.* Verg. *B.* 1, 80; fruta madura. [*Minus honoris erat poëtis.* Cic. *Tusc.* 1, 2, 3. *Sunt mihi cum illo omnes amicitiae necessitudines.* Cic. *Sest.* 16, 39; me unen con él todos los vínculos de la a ; cf. id. *Or.* 56, 186: *numerus autem non habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione. Jam Troicis temporibus erat honos eloquentiae?* Id. *Brut.* 10, 40.

At si qualitas aut pars denotatur, alia constructione generatim utendum est. *Magna in Crasso humanitas (eloquentia, jucunditas, lepos, ingenium) fuit,* cf. Cic. *de Or.* 1, 7, 27; vel *magna fuit Crassus humanitate,* cf. n. **243** *Haec provincia urbes habet opulentissimas tres.* cet. [2]]

NB. In locutione *mihi (tibi) est nomen, cognomen,* me llamo; *nomen illi inditum est, manet; nomen do* seu *dico alicui,* nomen personae aut rei est in eodem casu, quo vox *nomen,* frequentius in dativo per attractionem, raro apud recentiores etiam in genitivo. *Fons aquae dulcis, cui* NOMEN ARETHUSA *est.* Cic. *Verr.* 4, 53, 118. TARDO *cognomen* PINGUI *damus.* Hor. *Sat.* 1, 3, 58; al lento en el obrar (reflexivo) damos el apodo (apodamos) de boto. *Quibus* CLITARUM COGNOMENTUM. Tac. *Ann.* 12, 55. [PUERO *ab inopia* EGERIO (dativ.) *inditum nomen.* Liv. 1, 34, 3. At recte dicitur: COGNOMEN HABERE *sapientis,* Cic.; *animus paratus ad periculum audaciae* NOMEN *habet*; id.]

263 Dativo adhaerent composita ex verbo *sum,* item composita ex neutris et praepositionibus *ad, cum, in, inter, ob, prae, re, sub, super.* At saepe praepositionem repetunt, maxime si locus designatur. [3]

1 Audi Tullium, *Tusc.* 3, 9, 20: *Est in Menalippo: Florem quisnam liberûm invidit meûm? Male Latine videtur. Sed praeclare Accius. Ut enim videre, sic invidere florem rectius quam flori. Nos consuetudine prohibemur; poëta jus suum tenuit, et dixit audacius.*

2 Ab hac norma discedit Curt., v. g. *Erat Darēo mite ac tractabile ingenium,* 3, 2, 17.

3 Horum plura n. **254**, 1m. continentur.

ABEST *historia* LITTERIS NOSTRIS. Cic. *Leg.* 1, 2, 5; nuestra literatura carece de h. *Gloria* VIRTUTI RESONAT *tanquam imago.* Id. *Tusc.* 3, 2, 3; como el eco.—AD SAXUM ADHAERESCUNT. Id. *Ac.* 2, 3, 8. [PRINCIPIIS CONSENTIANT *exitus.* Id. *Fam.* 11, 5, 3. *Ego* MEIS MAJORIBUS *virtute mea* PRAELUXI. *In Sall.* 2, 5. IN ID STUDIUM *in quo estis* INCUMBITE. Cic. *de Or.* 1, 8, 34.

Huc spectant: *accedo, acclamo, accubo, adjaceo, adversor, adhaereo, alludo, annuo, appareo, appropinquo, arrēpo, arrideo, aspiro, assentior, assideo, adhaeresco, affulgeo, assurgo, asto,* v. g. *manus extrema non accessit operibus ejus (C. Gracchi).* Cic. *Br.* 33, 126, faltó la última m.; *accedere ad cunabula,* id., *ad urbem, ad aedes, ad ludos, ad aurem,* Cic. *Verr.* 3, 58, 133; *accedere in urbem, in provinciam,* cet.: cf. *NB.* proxime sequens; *quisquam in curiam (tibi) venienti assurexit?* Cic. *Pis.* 12, 26; *epulis accumbere,* Verg., sentarse a la mesa; *ad summam aquam appropinquare,* a la superficie del a.; *ad meam pecuniam aspirat.*

Congruo, consentio, consono, consto, convengo, *consuesco, convenio, cohaereo (convenire cum aliquo; id cohaeret cum re,* Cic. *Top.* 12, 53).

Illacrimo vel *illacrimor, illuceo, incubo, incumbo, indormio, inhaereo, inhio, immineo, immorior, innascor, innitor, impendeo, inservio, insideo, insisto, insto, insuesco, insusurro, invado: imminebat tuus furor omnium fortunis,* Cic. *Dom.* 10, 25; *insusurrare alteri:* «Hic est ille Demosthenes»; *instare victis et fugientibus; in gladium incumbere; inhaeret in mentibus augurium; incurrere in hostes; incidere in periculum, in morbum; insistere vestigiis laudum suarum, in bellum insistere; in fortunas imminere; in concham hiantem innatare. Invado* cum dat. vix invenitur (Cic. *Fam.* 16, 12, 2), sed cum accusat. vel solo vel cum praepositione: cf. n. **216,** 3 in ima pag.

Intercedo, me opongo, *interjaceo, intervenio: campus interjacet Tiberi ac moenibus; intercedere rogationi,* Cic. *de Or.* 2, 47, 197, oponerse a la proposición (de una ley).

Obloquor, oborior, obrēpo, obsecundo, obsequor, obsisto, obsto, obstrepo, obtrecto, obversor, occurro, occurso, occumbo: mihi ante oculos obversatur reipublicae dignitas, Cic. *Sest.* 3, 7; *pueritiae adulescentia obrepit,* id. *C. M.* 2, 4, viene al acecho tras la niñez; *occurrere venientibus. Occumbere morti,* saepius *mortem* vel *morte.*

Praeeo, praeluceo, praesideo: judicio praesidere; vobis voce praeire. Praeeo cum accusat. est «yo dicto». *Praei verba.* Liv. 8, 9, 4.

Reclamo, refragor, reluctor, repugno, resisto; orationi reclamare,

reclamar contra el discurso, protestar a voces contra el d.; [1] *resistere invadentibus.*

Subjaceo, subrēpo, subscribo (i. e. *assentior), subvenio, succedo, succlamo, succresco, succumbo, succurro; egentibus subveniendum est; succumbere dolori, inimicis, senectuti; aetas succedit aetati; sub primam nostram aciem successerunt*, Caes. *G*, 1, 24, 5, «arremetieron a la vanguardia». Goya Muniáin.

Supersto, supervenio, cf. n. **216**, 3 in ima p., et composita ex *sum: absum, adsum, desum, insum, intersum, obsum*, cet., v. g. *tibi nullum a me amoris officium defuit*, Cic. *Mil.* 36, 100; *nunc mihi nihil doctrina prodest*, id. *Att.* 9, 10, 2, *omnibus negotiis non interesse solum, sed praeesse; templa mari subsunt*, Ov. *Met.* 359; *Tiberis inter eos et pons intererat.* A probatissimis scriptoribus dicitur fere, a Cicerone semper, *inesse in* extra poësim (cum ablat.): *In qua (columella) inerat sphaerae figura.* Cic. *Tusc.* 5, 23, 65. *Adesse amicis*, cumplir con los a., *ad judicium.*]

NB. n. **258**, I, et **263** commune. Aliquando verbis dativi, compositis, jungitur alia praepositio vel similis significationis vel loci propria. IN *spem maximam* ADDUCTI *sumus.* Cic. *Mil.* 28, 78. *Quot genera beluarum* AD *saxa nativis testis* INHAERENTIUM! Id. *N. D.* 2, 39, 100. [*Neque* IN *Antonio* DEESSET *hic ornatus orationis.* Id. *de Or.* 3, 4, 16. Cfr. **ubi**.

Sic: *insusurrare ad aures, acquiescere in aliquo*, descansar en alguno, *obversari ante oculos, obrepere in animos, aspirare in curiam*; *in senatu, in proelio adesse*, cet., *incumbere toto pectore ad laudem, ad reipublicae salutem; carmen deducis in actus*, llevas a las tablas. — Cum compositis *adjaceo, assideo, asto* nunquam adhibetur praepositio: *Gentes quae mare illud adjacent.* Nep. *Timoth.* 2, 1. Similiter non-nunquam: *muros* aut *Africam accedere*, id. *Hann.* 8, 1; *genua advolvi*, Tac. *Ann.* 1, 13.]

264 I. *Antecedo, antecello, anteo, insulto, obtrecto*, denigro, *praesto* saepius dativum quam accusativum postulant. *Virtus* PRAESTAT CETERIS REBUS. Cic. *Fin.* 4, 18, 51. *Qui honore rerumque gestarum amplitudine* CETEROS *populi Romani* PRAESTITERUNT. Nep. *Att.* 18, 5.

[1] *Dé voces el mundo;* RECLAME *cuanto quisiere contra la palabra de Dios.* Granada, *Adic. al Memor., ador. de los Reyes.* B. 8, 520 ².

[**Sic:** *Natura hominis naturae pecudum antecedit;* cf. Cic. *Off.* 1, 30, 105. *Anteire ceteris virtute. Ib.* 2, 10, 37. *Biduo me Antonius antecessit.* Id. *Fam.* 11, 13, 2. *Omnes auctoritate anteibat.* Nep. *Chabr.* 4, 1. *Insulto hosti* et *patientiam hostis, in rempublicam, fores calcibus,* golpeo la puerta a puntapiés.—*Antesto* sive *antisto* et *anteverto* dativo gaudent; cum accusativo sunt sequioris Latinitatis. *Crotoniatae multum omnibus corporum viribus antesteterunt.* Cic. *Inv.* 2, 1, 2; *antisteterunt.* Teubn.]

II. *Differo, discrepo, dissentio, disto* fere a solis poëtis cum dativo, ab aliis cum praepositione *ab* construuntur. *Phrahaten* DISSIDENS PLEBI *numero beatorum Eximit Virtus.* Hor. *C.* 2, 2, 18. *Animus* A SE *ipse* DISSIDENS *secumque discordans.* Cic. *Fin.* 1, 18, 58. [*(Comoedia) pede certo* DIFFERT SERMONI. Hor. *S.* 1, 4, 48.]

V. DATIVUS RELATIVUS, ETHICUS ET INTERJECTIONIS

265 Dativus nonnunquam hanc notionem exprimit: «a mi (a tu, cet.) juicio, en mi opinión, según mi entender, para mí». Dicitur ab aliquibus dativus relationis. *An ille* MIHI *liber, cui mulier imperat?* Cic. *Par.* [5, 2] 36. [*Tui politici libri* OMNIBUS *vigent.* Cael. ap. Cic. *Fam.* 8, 1, 4; i. e. *omnium judicio. Erit ille* MIHI *semper deus.* Verg. *B.* 1, 7; cf. *Aen.* 11, 416.

Notandus hic dativus cum participio (praesentis aut praeteriti), potissimum in descriptione geographica: *Gomphos pervenit, quod est oppidum primum Thessaliae* VENIENTIBUS *ab Epiro.* Caes. *C.* 3, 80, 1. *Sita Anticyra est in Locride laeva parte sinum Corinthiacum* INTRANTI. Liv. 26, 26, 2; a la izquierda de quien entra, a la i. como se entra. [1] *Est urbe* EGRESSIS *tumulus.* Verg. *Aen.* 2, 713. [2] *Duo nequaquam visu ac specie* AESTIMANTIBUS *pares.* Liv. 7, 10, 6; enteramente desiguales (en fuerzas) a juzgar (para los que juzgan, si se juzga) por la vista y la apariencia.]

1 Cf. Cerv. *Quij.* 2, 47, B. 1, 501 [1]. *Pedro Recio de mal agüero natural de Tirteafuera, lugar que está a la derecha mano* COMO VAMOS *de Caracuel a Almodóvar del Campo:* EUNTI, EUNTIBUS.

2 Apud Pomponium Melam etiam genit. invenitur. *Carmanii* NAVIGANTIUM DEXTERA *positi.* 3, 8, 75.

266 I. Ad motus animi significandos, admirantis potissimum atque indignantis, adhibetur dativus *mihi, tibi, nobis, vobis* (dat. ethicus).

Quid MIHI *Celsus agit?* Hor. *Epist.* 1, 3, 15; ¿qué hace (cómo le va a) mi buen C ? *Hic* MIHI *quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat!* Sall. *C.* 52, 11, ¡y hay aquí quien toma en su boca la palabra mansedumbre y compasión! [*Haec vobis istorum per biduum militia fuit.* Liv. 22, 60, 25; ved cómo os sirvieron en la guerra esos vuestros soldados. — Et cum *volo: Quid tibi vis?* ¿qué quieres? ¿qué pretendes con eso? *Quid vobis vultis? quid sibi vult haec oratio?* ¿qué quiere decir (qué significa, a qué viene) este discurso? — Hic dativus notandus praecipue cum *en (em)* et *ecce: Cum haec maxime scriberem, ecce tibi Sebosus.* Cic. *Att.* 2, 15, 3.]

II. *Hei (ei)* et *vae* dativo gaudent. HEI *misero* MIHI! Ter. *Haut.* 234 [2, 2, 5]. VAE *misero* MIHI! Id. *Hec.* 4, 2, 29 [605]. VAE VICTIS! ¡ay de los v.! [1]

VI. DATIVUS FINIS, PROPOSITI, INTENTIONIS, SEU DUPLEX DATIVUS

267 I. Dativus finem, propositum, intentionem aliquando significat, cui alter personae saepe additur. *(Equitatum)* AUXILIO CAESARI *Aedui miserant.* Caes. *G.* 1, 18, 10. *Aduatici) hunc* SIBI DOMICILIO *locum delegerunt. Ib.* 2, 29, 5.

[Sic: *locum castris deligere, capere; habere rempublicam quaestui,* traficar con, *senem ludibrio* vel *contemptui, aliquid religioni,* tener escrúpulo de; *aliquem auxilio arcessere; diem colloquio, pugnae, dicere* aut *statuere, constituere,* fijar, señalar el día para la entrevista; *diem petere indutiis; do tibi librum muneri* vel *dono,* etiam *donum,* tanquam appositum, te doy como regalo; *dare alicui pecuniam fenori,* a interés; *ponere aliquid pignori,* dar en prenda, empeñar, *canere receptui,* tocar a retirada, para recogerse. [2]

Ubi notandi dativi *auxilio, praesidio, subsidio,* maxime ubi de re

1 Cf. Festus p. 372, ap. Kühner 2, p. 251, 15. At Liv. 5, 48, 9: *Audita intoleranda Romanis vox (Brenni),* VAE VICTIS ESSE; que los lamentos eran (los ayes quedaban) para los v. Non hic fidelis est versio *¡ay de los vencidos! (Vae te,* Plaut. et Catull.)

2 Cf. *receptui signum,* toque de retirada; v. Cic. *Phil.* 13, 15.

militari sermo est: *Arcessere auxilio*, Caes. *G.* 3, 11, 2; *subsidio ducere, venire, proficisci*, cet. *(T. Sextium) castris praesidio reliquerat. Ib.* 7, 49, 1. *Neque subsidio (viris) ire possum.* Pompej. ap. Cic. *Att.* 8, 12, A, 2. Et apud Verg. *auxilio vocare deos*, *Aen.* 5, 686, *arma auxilio ferre*, 8, 535, *auxilio* (et *subsidio) subire* 2, 216; 12, 733. Nota etiam in re militari: *legatus Lucullo, Manilio consuli tribunus.* Cic. *Somn. Sc.* 1. Cf. **254**, I.]

NB. Pro accusativo cum *ad*, n. **433, d**, poëtae et recentiores adhibent aliquoties dativum finalem. *Glomerare manum* BELLO. Verg. *Aen.* 2, 315. [1]

II. *Sum* cum duobus dativis jungitur, altero personae nonnunquam omisso, altero rei; et fere redditur a nobis per causar, ser de vel servir de, redundar en.

(Postrema tua pagina) MIHI *magnae* MOLESTIAE FUIT. Cic. *Att.* 6, 2, 1. [*Et* VOBIS HONORI *et* AMICIS UTILITATI *et* REIPUBLICAE EMOLUMENTO ESSE. Id. *de Or.* 1, 8, 34. *Tua illa (vox)* PLURIMIS FUIT AUXILIO. Id. *Mil.* 34, 94.

Sic: *illud Cassianum: cui bono fuerit*, Cic. *Mil.* 12, 32; a quien fuere de provecho; *esse usui*, de utilidad; *esse impedimento*, servir de estorbo; *esse omnibus odio, admirationi*, ser odiado, admirado; *hoc est mihi magnae curae*, me da gran cuidado, es para mí objeto de solicitud, tomo muy a pechos; *hoc est illi cordi*, esto le agrada, gusta de e.; *nobis praesidio esse posse. Maximo est argumento (documento) quod paulo ante interitum Caesaris contigit.* Cic. *Div.* 1, 52, 119, ubi pro dativo nominativus adhiberi potest: *maximum est argumentum;* es muy grande prueba. Attamen non hic diceretur: *est argumentum, est documentum*, sine adjectivo.]

III. Verbis *do, duco, habeo, tribuo, verto*, imputo, atribuyo, tomo por, geminus dativus praeter accusativum apponitur; at dativus personae tacere potest.

Tu id in me reprehendis quod Q. METELLO LAUDI DATUM EST. Cic. *Planc.* 36, 89. *Quod (medium ex tribus esse) apud Numidas* HONORI DUCITUR. Sall. *J.* 11, 3.

[**Sic**: *do tibi hoc laudi, vitio, culpae, crimini; vertis id mihi vitio, stultitiae; honori, gloriae, probro ducis, habes. Neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae.* Nep. *Timol.* 4, 2.]

1 Cf. *Aen.* 2, 798; 3, 540; 7, 482; 8, 606; 10, 259; 11, 649 et 707.

CAPUT VI. DE ABLATIVO [1]

I. ABLATIVUS POST ADJECTIVA ET VERBA COPIAE ET INOPIAE ATQUE ALIA NONNULLA [2]

268 I. Adjectiva quae copiam aut abundantiam et inopiam significant ablativum postulant. Cf n. **245**.

Huic tradita urbs est NUDA PRAESIDIO, REFERTA COPIIS. Cic. *Att.* 7, 13, 1. LIBER TERRORE *animus*. Id. *Fin.* 5, 29, 87.

[Huc pertinent: *abundans*, *completus*, lleno, henchido, *confertus* et *refertus*, relleno, colmado, rebosante, *copiosus*, *fecundus*, *fertilis*, *fetus*, fecundo, fértil, rehenchido, *immunis*, *liber*, *locuples*, rico, abastado, *nudus*, *onustus*, *opulentus*, *orbus* falto, privado, *praeditus*, *vacuus*, et in poësi *cassus*, falto, privado, *dives*, *ferax*, n. **244**, III, *purus*, *uber*, exuberante, *extorris*, desterredo de, despojado de: *caelum humano genere completum; vita conferta voluptatibus; flumen auro fertile; terra feta frugibus; annus locuples frugibus; asellus onustus auro (aula onusta auri*, Plaut. *Aul.* 4, 2, 4 [611]: n. **246**, II; *exercitus praeda opulentus* [3], enriquecido con el botín; *pars Numidiae agro virisque opulentior*. Sall. *J* 16, 5, «la más fértil y poblada», Inf. D. Gabriel; *plebs orba tribunis*, Cic. *Leg.* 3, 3, 9. — *Cassus lumine*, Verg. *Aen.* 2, 85; *dives agris*, cum genit. est poët. *dives equum*, Verg.; *terra ferax Cereris multoque feracior uvis*, Ov. *Am.* 2, 16, 7; *purum vitio cor*, Hor. *Sat.* 2. 3, 213; *Sulmo gelidis uberrimus undis*. Ov. *Hoc (jusjurandum) patria extorrem in tuam regiam adduxit*. Liv. 35,

1 Praeceptiones quibus ablativi usus continetur ita nonnunquam inter se conexae sunt, ut non facile possint discriminari. Ablativus stricte sumptus exprimit separationem et discessum, respondetque genitivo Graeco. Adhibetur etiam tanquam instrumentalis et locativus; denique ut ablativus absolutus.

Adn. Dativus Graecus adhibetur a Latinis pro suo ablativo, v. g. *pro* φαντασίᾳ; *nihil est clarius* ἐναργείᾳ.

2 Hic ablat. ut instrumentalis solet haberi.

3 Kühner *praedae*, vol. 2, pag. 336.

19, 4; trajo a tu palacio al desterrado de la p. *(Extorris regni.* Stat. *Th.* 12, 262, n. **246**, II. [1])

Nota gratulandi et cohortandi locutionem: *Macte virtute, puer.* Verg. *Aen.* 9, 641. *Tu quidem macte virtute diligentiaque esto! (vos quidem macte v. dq. este.)* Liv. 10, 40, 14, cum verbo *sum* vel sine eo et cum ablat. (fere *virtute)*]

NB. 1. Horum nonnulla, *fertilis* potissimum, *abundans, nudus, vacuus, immunis*, etiam genitivo gaudent: item *refertus* et *completus* cum nominibus personarum; [at cum ceteris adjectivis hic casus fere poëtarum est et recentiorum.] FERTILES *agri* FRUCTUUM. Cic. *N. D.* 2, 52, 131. REFERTA *Gallia* NEGOTIATORUM *est.* Id. *Font.* 1, 1. — LIBER LABORUM. Hor. *Pis.* 212.

[**Sic**: *Via omnium rerum abundans.* Nep. *Eum.* 8, 5. *Loca nuda gignentium.* Sall. *J.* 79, 6; campañas faltas de vegetación, de plantas. [2] *Ager frugum vacuus. Ib.* 90. 1. *Portoriorum immunes.* Liv. 38, 44, 4. *Completus mercatorum carcer.* Cic. *Verr.* 5, 57, 147. *Sceleris purus.* Hor. *C.* 1, 22, 1; quem genitivum habent apud poëtas et sequiores alia copiae aut inopiae adjectiva, v. g. *opulentus, prodigus, fecundus, dives, uber, largus opum*, Verg. 11, 338; *trunca pedum animalia*, id. *G.* 4, 310; *repletus puerorum ac mulierum*, Liv. 6, 25, 9.]

NB. 2. *Nudus, orbus, vacuus; immunis, liber*, cf. n. **287**, 3.°, *purus* etiam ablativum habent cum praepositione *ab. Messana* AB IIS REBUS NUDA *est.* Cic. *Verr.* 2, 4, 2. [NUDA *respublica* A MAGISTRATITUS. Id. *Dom.* 22, 58 ORBA *fuit* AB OPTIMATIBUS *illa contio.* Id. *Flac.* 23, 54. *Mens* AB *omni* LABE PURA. Sen. *Ep.* 1, 4, 1; *oppidum vacuum defensoribus* et *a defensoribus; immunis militia* vel *a militia. Liberi fuerunt ab omni sumptu.* Cic. *Verr.* 4, 10, 23; *soluti a cupiditatibus, liberi a delictis*, Cic. *Agr.* 1, 9, 27; *liber* cum ablat. personarum habet semper praepositionem, ut *locus liber at arbitris.* Huc *inops* pertinet; sed frequentius cum genitivo jungitur, n. **245**.]

II. *Alienus* a) significans «ajeno de, impropio de» ablativum vel solum vel cum *a* postulat, raro genitivum. *Neque hoc (dii)* ALIENUM *ducunt* MAJESTATE SUA. Cic. *Div.* 1, 38, 82. *Labor* ALIENUS A DIGNITATE Id. *Att.* 16, 3, 4. *Quis* ALIENUM *putet ejus esse* DIGNITATIS? Id. *Fin.* 1, 4, 11.

1 *Ne exsulem extorrem populum Romanum ab solo patrio in hostium urbem agerent.* Liv. 5, 30, 6; *ab solo* est ablat. loci unde.

2 Aut *desiertas de animales;* sed v. RIEM.-GOELZ. p. 242, 4.°, et cf. Hor. *C.* 1, 22, 15-16: *Jubae tellus leonum* ARIDA *nutrix.*

b) significans «ajeno a, extraño a», et c) cum nominibus personarum habet praepositionem *a*. *Homo non* ALIENUS A LITIERIS Cic. *Verr.* 2, 26, 64. [1] — *Humani nihil* A ME ALIENUM *puto*. Ter. *Haut.* 77 [1, 1, 25]. Cf. **254**, II, a).

269 Verba intransitiva quae copiam aut inopiam significant, item transitiva instruendi (proveer), implendi, ornandi, vestiendi, privandi et his similia ablativum sibi adsciscunt.

ABUNDARE *oportet* PRAECEPTIS INSTITUTISque *philosophiae*. Cic. *Off.* 1, 1, 1. VACARE CULPA *magnum est solacium*. Id. *Fam.* 7, 3, 4. *Omnibus eum* CONTUMELIIS ONERASTI. Id. *Phil.* 2, 38, 99. *Aegritudo me* SOMNO PRIVAT. Id. *Att.* 9, 10, 1.

[Hujus generis sunt: *abundo, fluo, affluo, diffluo, mano, redundo, scateo*, ut: *Simulacrum multo sudore manavit; etiam e simulacro multus sudor manavit; Africa sanguine redundavit; mulier abundat audacia, consilio et ratione deficitur*, está falta de; *fluere mollitia; affluere divitiis; scatet beluis pontus*, Hor.; alia in certis significationibus, ut: *in monte Albano lapidibus pluit*, Liv 1, 31, llovió piedras (*in area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit*, id. 40, 19); — *careo, egeo, indigeo, supersedeo, vaco* pro *vacuus sum* seu *careo* (raro cum *ab: vacare a publico officio et munere*, Cic. *Divin.* 2, 2, 7; *ab opere*, Caes. *C.* 3, 76, 2 : *carere consuetudine amicorum; egeo tempore; supersedere labore itineris*, cesar, descansar de la fatiga del c.: — *compleo, expleo, impleo, oppleo, repleo, refercio, satio, saturo, instruo, locupleto, orno, stipo, augeo, cumulo, onero, exonero, solvo, exsolvo, levo, imbuo, conspergo, respergo, sterno, consterno*, cubro con, de, *amicio, cingo, saepio, tego, vestio, remuneror, afficio, prosequor: bonis explere mundum* [2]; *heu nimis longo satiate ludo*, Hor.; *saturavit se sanguine inimicorum suorum; refercire libros fabulis; augere aliquem scientia; imbuere vas odore, animum honestis artibus; levare aliquem onere; solutus omni fenore*, Hor. (*soluti a cupiditatibus*, Cic. *l. Agr.* 1, 9, 27); *afficere aliquem maxima laetitia*, causar la mayor alegría, *honoribus*, tributar h., *beneficio, poena, ignominia; lacrimis amicum prosequi*, acompañar con l., *laudibus, honorificis verbis*, ensalzar, hablar en (con) términos honrosos, *beneficiis et liberalitate*, colmar de b.; [3]

1 *Joci non alienus*, Ov. *F.* 1, 396.

2 *Res jam universas profundam de quibus volumina impleta sunt*. Cic. *Ac.* 2, 27, 87.

3 «Estos dos verbos, *afficio* i *prosequor* tienen maneras de hablar propias i esquisitas, que quieren decir *hacer, dar* ó *tener:* i toman la persona *à quien* en acusativo,

amictus pallio, toga purpurea; Hispano cingitur gladio, se ciñe la espada, n. **218**; *urbem moenibus, religione cingere; — fraudo, nudo, orbo, privo, spolio, viduo* poët. et poster., etiam cum genit. (*NB.* 2): *militem praeda fraudare, nudare turrim defensoribus, magistratus praesidio; orbare Italiam juventute; Apollonium argento, fortunis spoliare.* – Alia, v. g. *dignor*, tengo por digno: *Haud equidem tali me dignor honore,* Verg *Aen.* 1, 335; *litora urbibus distincta.*]

NB. 1. *Egeo* et frequenter *indigeo* etiam casum interrogandi admittunt. EGEO CONSILII. Cic. *Att.* 7, 22, 2. *Hoc bellum* INDIGET CELERITATIS. Id *Phil* 6, 3, 7.

NB. 2 Cum verbis implendi et privandi poëtae nonnunquam genitivum usurpant; cum *compleo* et *impleo* etiam alii scriptores. SATIATA *ferinae Dextera* CAEDIS *erat.* Ov. M. 7, 808. – *Ollam* DENARIORUM IMPLERE. Cic. *Fam.* 9, 18, 4; henchir la bolsa de dinero. [Cf. *completus*, **268**, I, *NB.* 1. Privandi cum genitivo: *privo, despolio, exuo, solvo, dissolvo, levo:* cf. n. **287**, 3.°, *NB. Cum famulis operum solutis.* Hor. *C.* 3. 17, 17; desocupados. *Desolataeque virorum Eridani gentes.* Sil. 8, 590, = *privatae.*]

270 I. Quaedam verba dupliciter construuntur: cum accusativo et ablativo, tanquam verba instruendi et privandi; cum dativo et accusativo, tanquam verba dandi. EUM *Pompejus* CIVITATE DONAVIT. Cic. *Corn.* 22, 50. *Non* PAUCA *suis* ADJUTORIBUS *large effuseque* DONABAT. Id. *S. Rosc.* 8, 23.

[**Huc spectant:** *aspergo, augeo, circumdo, dono, impertio, induo* et *exuo, inuro, intercludo, levo, misceo* et *admisceo* cum aliis nonnullis compositis ex praepositionibus *ad* et *in*, ut *afflo, illino, imprimo, inscribo, intexo*, item *circumfundo* maxime in passiva voce: *vitae splendorem maculis adspergere* et *aspergere alicui labeculam; induo* et *exuo me veste* et *mihi vestem*, vel sine pronomine: *induo vestem*, poët. *induor vestem*, n. **218**; *circumdo urbem muris* et *muros urbi; Terentia impertit tibi salutem* et *plurima salute Parmenonem; inuro illi notam* et *illum nota*; *leva me hoc onere* et *mihi metum*; *miscere aquam nectare*, raro *fletum cruori, iram cum luctu; circumfundor luce* et *circum-*

i *la cosa que* en ablativo, desta manera: Dar al animo gran contentamiento: *Afficere animum magna voluptate:* Dar pena, fatiga, alegría, tristeza, cuidado a alguno: *Afficere aliquem molestia, dolore, laetitia, moerore, curâ:* Hacerle honra, daño, provecho, afrenta: *Afficere illum honore, damno, multis commodis, gravi contumelia:* Tener buena ò mala voluntad à los ciudadanos: *Prosequi odio* vel *amore cives suos.* Acompañélo hasta la ciudad: *Ad urbem usque sum illum prosecutus.*» Abril. *M. T. Cic. epist. s.* p. 40.

funditur mihi lux; Caesarem commeatu, a castris Caesari commeatum, viam, fugam intercludere. Item *abdico me magistratu* et *abdico magistratum.*]

II. Neutra *interdico* et *invideo* praeter dativum personae ablativum habent, qui raro mutatur in accusativum.

ILLI AQUA *et* IGNI INTERDICTUM EST. Cic. *Phil.* 6, 4, 10. *Ut* HUIC FURIAE VOX *interdiceretur.* Id. *har. r.* 12. INVIDEO TIBI LAUDE vel LAUDEM; at rectius *invideo laudi tuae.* [1]

271 I. *Contentus, fretus, laetus, anxius* et similia, cf. n. **277**, item *dignus* et *indignus*, cf. **269** extr., ablativum petunt.

Mediocri QUAESTU CONTENTUS *esse non poterat.* Cic. *Quinct.* 3, 12. *Thasios* OPULENTIA FRETOS *suo adventu fregit.* Nep. *Cim.* 2, 5. *O virum* SPARTA DIGNUM! Cic. *Tusc.* 1, 42, 100. [2] [*Vivit (sapiens) praesentibus laetus.* Sen. *V. B.* 26, 4. *His anxius curis.* Liv. 21, 2, 1. *Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine.* Cic. *l. Agr.* 2, 35, 95. *Opera magni animi et excelsi et prudentia consilioque fidentis.* Id. *Off.* 1, 23, 80: cf. **260**, I et *NB.*]

II. *Tutus, securus, integer*, apud poëtas *sospes*, adjectiva diversitatis et numeralia ordinis ablativum cum *ab* admittunt.

TUTUM *me* AB INSIDIIS *inimici sciebam non futurum.* Cic. *Fam.* 10, 31, 2. A TE *totus* DIVERSUS *est.* Id. *Ac.* 2, 32, 101. *Imperio et potentia* SECUNDUS A REGE. Caes. *B. Al.* 66, 3. [*(Diversus tibi,* n. **257**, I. *In poëtis locus est horum vel secundis vel etiam infra secundos.* Cic. *Or.* 1, 4.) [3] *Vix una sospes navis ab ignibus.* Hor. *C.* 1, 37. *Dictator securior ab Samnitibus.* Liv. 9, 22, 3; no dándole gran cuidado los S. Etiam apud eundem 36, 41, 1: *securus de bello;* et cf. **246**, II. *Gens integra a cladibus belli.* Id. 9, 41, 8. *Est quartus ab Arcesila.* Eodem pacto: *recens ab illorum aetate fuit,* Cic. *N. D.* 3, 5, 11, vivió luego después de ellos; *recens a vulnere Dido.* Verg. *Aen.* 6, 450, recientemente herida, i. e. presentando señales recientes de su herida. *(Faba a curculionibus innoxia.* Colum. 2, 10. *Recentia caede vestigia.* Tac. *H.* 3, 19, 1.)]

1 Prima et altera constructio verbi *invideo* Livianae sunt, tertia Tulliana. Cf. RIEM.-GOELZ. n. 145, 4 °, adn., et pag. 830, 181.

2 *Obsecro te, Cicero, suscipe curam et cogitationem* DIGNISSIMAM TUAE VIRTUTIS. Balbus ap. Cic. *Att.* 8, 15. *Magnorum haud unquam* INDIGNUS AVORUM. Verg. *Aen.* 12, 649; cf. n. **246**, II.—Apud Liv. *fretus* etiam est cum dativo: 6, 13, 1; 4, 37, 6; 6, 31, 6; 8, 22, 7.

3 Cf. KREBS-SCHMALZ, *secundus.*

II. Ablativus instrumenti et pretii, item verborum paucorum

272 Substantivum significans **instrumentum** (instrumento, medio) ablativo effertur; crebro accusativo cum *per*, ubi nomen est personae.

Sex lictores eum circumsistunt valentissimi, caedunt acerrime VIRGIS. Cic. *Verr.* 5, 54, 142. PISCIBUS *atque* OVIS *avium vivere.* Caes. *G.* 4, 10, 5; alimentarse. *Per procuratores agere.* Cic. *Att.* 4, 16, 7 (IV, 16, 15). PER ME *quondam defensa respublica.* Id. *Fam.* 4, 13, 2.

[**Sic** (etiam cum multis verbis quae in patrio sermone aliam constructionem sequuntur): *manu gladium tenere*, en la mano; *capite onus sustinere; niti baculo (cujus in vita nitebatur salus civitatis*, Cic. *Mil.* 7, 19); *bubus arare; ludere pilā, aleā; boves cauda retrahere; amorem forma et moribus conciliare; servari cura et opera alicujus; aliquid animo, memoria comprehendere*, guardar, encerrar en, *numero*, reducir a; *veneno exstingui; tollere, extollere aliquem honoribus*, encumbrar a cargos honoríficos; *florere opibus et gratia, aequis legibus; valere plurimum ingenio, velocitate ad cursum, viribus ad luctandum; usu satis, ingenio parum posse; non numero judicari, sed pondere; magnos homines virtute metiri, non fortuna; populus Romanus descriptus erat censu, ordinibus, aetatibus*, estaba dividido; *fidibus, tibia canere; sono cithara*, i. e. *pulso citharam; dicere melos tibia, voce, fidibus, cithara*, Hor.; *artes quae conjectura continentur*, que están contenidas, comprendidas en, que consisten en; *hostiis immolandum Deo* (et *hostias immolare D.*): cf. Cic. *Leg.* 2, 12, 29 et *N. D.* 3, 36, 88; *hostem tormentis sagittariisque et funditoribus eminus terrere; haec certis nuntiis comperire; obsidibus cavere*, tomar precauciones por medio de rehenes, quedándose con los rehenes.

Etiam huc accedunt nonnulla quae vel solo ablativo vel cum praepositione construuntur: *erudire, instituere, informare, imbuere artibus, disciplinis, litteris, musicis* et *erudire in jure civili, in re militari; laborare morbo, fame, frigore*, cet. et *laborare ex invidia, ex desiderio*, sentir la ausencia, la soledad, *ex renibus, ex pedibus*, estar enfermo de gota en los pies, sicut dicitur: *infirmus ex gravi diutur-*

noque morbo, débil en consecuencia, de resultas de una grave y larga enfermedad; *includere aliquem carcere, in carcere* (ubi) et saepissime *in carcerem* (quo); *recipere, invitare aliquem tecto, urbe*, et generatim *in civitatem, in ordinem senatorium; domum; homo ex animo constat et corpore*, saepius quam *animo et corpore; ejus diei victoria in cohortium virtute constabat*, estaba puesta en, dependía de; *equo, curru, nave, pisce vehi* (saepe poëtarum), et *in equo vehi*, Cic. *Div.* 2, 67, 140, *in essedo*, *Phil.* 2, 24, 58, *in rate*, *Tusc.* 1, 30, 73, *in navibus*, *N. D.* 3, 37, 89; *muto, commuto, permuto pace bellum*, etiam *mortem cum vita; pro Etruria Tarentum mutaverant.*

Per praetores consules creantur a civibus; Augustus per legatos suos bellum administrabat, etiam *operā legatorum; mea opera Tarentum recepisti.* Similiter: *Per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire*, Sall. *J.* 4, 7; *petivi saepe per litteras non ut decernatur aliquid novi*, Cic. *Fam.* 2, 7, 4; *de muris per manus demissae.* Caes. *G.* 7, 47, 6.]

NB. Ablativo instrumenti additur nonnunquam a poëtis praepositio *ab. Hanc (lunam) ego suspiciens et* AB HAC *Capitolia cernens.* Ov. *Tr.* 1, 3, 29; y con su auxilio, por su medio, a su luz. [*Quem (turbinem) celer assueta versat* AB *arte puer.* Tib. 1, 5, 4.]

273 I. *Utor, fruor, fungor, potior, vescor* ablativo jungun-tur. *Commoda* QUIBUS UTIMUR *lucemque* QUA FRUIMUR *ab eo nobis dari videmus.* Cic. *R. Am.* 43, 131.

[**Sic**: *uti victoria, frui otio, fungi munere, eo officio quo tu functus es; urbe, portu potiri; vesci carne, lacte, caseo. Utor Antonio amico*, tengo amistad con A., trato a A. como a un a.; *me usurus es aequo*, me hallarás equitativo. Eodem pacto composita (*abutor, perfruor, defungor*): *Quousque tandem abutēre, Catilina, patientia nostra?*]

NB. Haec verba nonnunquam cum accusativo inveniuntur praesertim apud poëtas, qui etiam genitivum usurpant cum *potiri.* Et dicitur semper: *potiri rerum*, Cic. *Cat.* 2, 9, 19, enseñorearse del poder (supremo); [alii genitivi cum *potior* in soluta oratione frequentes non sunt. *In prologis scribundis* OPERAM ABUTITUR, Ter. *Andr. prol.* 5, pierde el trabajo. *Illius* REGNI POTIRI. Cic. *Fam.* 1, 7, 5. — Gerundivum admittunt, tanquam transitiva, n. **113**, *NB.* 1: *Sapientia nobis fruenda est.* Cic. *Fin.* 1, 1, 3. *Oculus probe affectus ad suum munus fungendum.* Id. *Tusc.* 3, 7, 15. *In spem potiundorum castrorum venerant.* Caes. *G.* 3, 6, 2; i. e. *castris potiendi.*]

II. *Facio, fio* et participum *futurus* in interrogationibus cum

pronomine *quid* ablativo soli, aliquando cum *de*, vel dativo conjunguntur. *Quid* HOC HOMINE FACIAS? Cic. *Verr.* 2, 2, 16; ¿qué deberás hacer de? DE FRATRE *quid fiet?* Ter. *Ad.* 5, 9, 39 [996]. *Vide, quaeso, Antoni, quid* TIBI FUTURUM *sit.* Id. *Phil.* 2, 14, 34. [*Quid huic tu homini facias?* Cic. *Caecin.* 11, 30. *Quid mihi fiet postea?* Plaut. *Bacch.* 360 [2, 3, 126]. *Quid te futurum censes?* Ter. *Haut.* 3, 1, 53 [462]. *Quid fiet nave? Miserunt consultum quidnam facerent de rebus suis.* Nep. *Them.* 2, 6. *Fac ut sciam quid de nobis futurum sit.* Cic. *Fam.* 9, 17, 1.]

III. *Assuesco* et *assuefacio* ablativum postulant, raro dativum. *Homines* LABORE *assiduo et cotidiano* ASSUETI. Cic. *de Or.* 3, 15, 68. *Minime decet juventutem nostram* ASSUEFACERE LIBIDINI *praetorum.* Liv. 21, 3, 4. [*(Suebi) a pueris nullo officio aut disciplina assuefacti.* Caes. *G.* 4, 1, 9 .*(Ad supplicia patrum plebem assuefacere.* Liv. 3, 52, 11.)]

274 I. *Opus est* ablativum postulat rei necessariae, vel infinitivum aut ablativum participii praeteriti.

GRATIA OPUS EST *nobis tua tuaque* AUCTORITATE. Cic. *Att.* 12, 37, 3. [1] *Quid* OPUS EST *de Dionysio tam valde* AFFIRMARE? *Ib.* 7, 8, 1. MATURATO OPUS ESSE. Liv. 1, 58, 5; vel *maturare. [Opus fuit Hirtio convento.* Cic. *Att.* 10, 4, 11; seu *Hirtium conveniri,* ir a hablar a H. [2] Apud poëtas, Liv. et sequentes etiam cum genitivo: *Temporis opus esse.* Liv. 22, 51, 3.

NB. Res necessaria raro per supinum in *u* exprimitur. SCITU OPUS EST. Cic. *Inv.* 20, 28. *Ita* DICTU OPUS EST. Ter. *Haut.* 941 [5, 1, 68]: cf. n. **356**, II.]

II. *Opus est* personaliter adhiberi potest, mutato ablativo in subjectum verbi *sum.*

DUX *nobis et* AUCTOR *opus* EST. Cic. *Fam.* 2, 6, 4: cf. **186.** *Is omnia pollicitus est* QUAE *tibi* ESSENT *opus.* Id. *Fam.* 16, 5, 1. [*Dices* NUMMOS *mihi opus* ESSE *ad apparatum triumphi.* Id. *Att.* 6, 9, 2. — Sin *opus est* accusativum communem habet, necessario ablativ. adhibetur: *Nil istac opus est arte.* Ter. *Andr.* 1, 1, 5 [32]. *(Sed quid opus est plura?* Cic. *C. M.* 1, 3; sc. *dicere.)*]

III. *Usus est* pro *opus est* solum impersonaliter sive cum ablativo usurpatur. *Nunc* VIRIBUS USUS. Verg. *Aen.* 8, 441; aquí de vuestras fuerzas.

1 Multiplex lectio est, at cum ablat. semper.
2 *Nunc tibi opust aegram ut te adsimules.* Plaut. *Truc.* 500 [2, 6, 19].

275 I. Substantivum significans **pretium** ablativo effertur. *Multo* SANGUINE *ac* VULNERIBUS *ea Poenis victoria stetit.* Liv. 23, 30, 2; costó mucha sangre a los C. *Cum* SESTERTIIS BINIS *tritici modius esset, summum* SESTERTIIS TERNIS. Cic. *Verr.* 3, 81, 189; costando, estando en.

[**Verba huc spectantia** sunt: emendi, vendendi, aestimandi; *esse, stare, constare*, costar, *licere*, estar en venta, *venale esse;* quaevis alia ad pretium significandum. *Praedium emitur* aut *venit centum milibus nummum; Apollonius mercede docet*, pagado, *mina in singulos menses; otium non gemmis venale nec auro*, el sosiego, la tranquilidad; *haec aestimare pecunia non queo; Caelius habitat triginta milibus*, paga de alquiler; *oryza octussibus* seu *octo assibus empta est; mina valet centum drachmis Atticis. (Denarii denos aeris valebant, quinarii quinos.* Varro, *L. L.* 5, 173.]

II. **Pretium indefinitum** exprimitur his ablativis: *magno, permagno, plurimo, parvo, minimo, nihilo* [raro *paulo, paululo, tantulo, nonnihilo*] et genitivis *tanti, quanti, tantidem*, al mismo precio que, *quanticumque* seu *quanti quanti*, a cualquier precio que, *pluris* (raro *majoris), minoris.*

QUANTI *emptae?—Parvo.* Hor. *Sat.* 2, 3, 175. [*Magno hanc domum aedificavi. Permagno decumas agri vendere*, los diezmos; *pluris habetur quam L. Trebellius; esse, constare pluris*, costar más (caro), *stare magno, minoris*, costar; *vendere quam plurimo* (*vili*, Plaut.); *quanticumque domus veniet; tantidem frumentum emere, emebat quanti vendiderat. Sed quantiquanti bene emitur quod necesse est.* Cic. *Att.* 12, 23. 3. [*Nil*] *tanti est*, Hor. *Pis.* 304; [no] va tanto en ello, [no] es la cosa para tanto. [1]—Interdum adjunguntur substantiva (in ablativo): *Redimere captivos majore aut minore pretio*, Liv. 22, 57 et 59. [2]]

NB. At cum verbis aestimandi, «apreciar, [a]valuar,» pretium indefinitum effertur genitivo (adjectivorum). *Honores* MAGNI *non* PUTARE. Cic. *Planc.* 4, 11. [**Sic**: *magni, permagni, plurimi, maximi, minimi, nihili, tantuli, tanti* ceterorumque praecepti superioris. Sunt aestimandi verba: *aestimo*, raro *existimo, duco, facio, habeo, pendo, puto, taxo* et *sum*, valgo, tengo precio; v. g. *voluptates virtus minimi facit; parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi; sapientem facio, habeo, duco plurimi, maximi; divitiae minimi putandae, pendendae;*

1 Cf. Mir, *Pront*, 2, 974, *valer la pena.*

2 Adverbia *care, carius, carissime, bene, melius, optime, male, pejus, vilius, vilissime* cum verbis emendi vendendique apud bonos auctores invenies. ALVAR. n. 343.

magni erunt mihi tuae litterae. At cum verbo *aestimo* genitivus adhibetur vel ablativus: *magni* vel *magno virtutem aestima. Eum (dolorem) nihili facit.* Cic. *Fin.* 2, 27, 88. *Nonnihilo bonam valetudinem aestimo.* Cf. n. **251**, II. Dicitur etiam: *Pro nihilo habeo (duco, puto, pendo) divitias omnes prae virtute; Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere.*

III. Item in sermone familiari fere cum negatione junguntur verbis aestimandi genitivi *assis, unius assis, flocci,* hilacha, *nauci,* cáscara de nuez, *pensi, pili, teruntii,* maravedí. *Rempublicam* FLOCCI NON FACERE. Cic. *Att.* 4, 13, 4; no dárse les) un comino (ardite, bledo) de. *Non habeo nauci Marsum augurem; istos assis ne feceris; rumores unius aestimo assis; non pensi esse,* no pesar (en valor); item: *hujus non facio,* no hago caso ninguno. — *Aequi bonique facio* vel *aequi boni f., boni consulo,* acepto favorablemente, apruebo, tomo a buena parte. Cic. *Att.* 7, 7, 4.]

III. Ablativus modi et causae [1]

276 Substantivum exprimens **modum** quo aliquid fit effertur praepositione *cum* et ablativo; addito adjectivo, ablativo effertur sine praepositione.

Metellus saucios CUM CURA *reficit.* Sall. *J.* 54, 1. SUMMA CURA *exspectabam adventum Menandri.* Cic. *Fam.* 16, 13. [*Athenienses* CUM SILENTIO *auditi sunt.* Liv. 38, 10, 4. *Auditus est* MAGNO SILENTIO. Cic. *Q. fr.* 2, 1, 1.

Oratores cum severitate audiebantur, con dificultad, *poëtae autem cum voluptate; cum cura scribere, speculari omnia; cum fide exponere; multa facere cum temeritate et imprudentia; cum lacrimis gemituque huic obviam procedere; cum febri domum redire; cum falcibus currere; cum gladiis toto foro volitare; flumina crescunt Cum sonitu.* Verg. *Pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit.* Cic. *Flac.* 12, 29. *Obvius fit Miloni Clodius nulla raeda, nullis impedimentis. Deum pura, integra, incorrupta et mente et voce venerari debemus. Quonam modo id ferret civitas? Summa aequitate*

1 Inest in modo significando lautitia quaedam Latinitatis non facile praeceptis explicabilis aut comprehensibilis. Cf. ZUMPT, n. 472.

res constituere; magno comitatu ingredi; nullo modo, pacto, ordine, negotio; maximo privatim periculo, nullo publice emolumento; magnis intervallis sequentes; suppressa, submissa voce, pace tua, (cum) bona venia dicere (aliquid); proficisci, adesse (cum) exiguis aut *omnibus copiis, (cum) expedito exercitu, (cum) triginta navibus longis, cum cohortibus legionariis duodecim proficisci, exire*, cum notione comitatus: cf. sequens *NB.* 3.—*Mirum, miserandum, indignum*, cet. *in modum.*

Eodem pacto cum genitivo pro adjectivo: *milites decem pastorum habitu mittit*, Liv. 9, 2, 2,=*pastorali; puerorum ritu; alicujus auspiciis, imperio, ductu rem gerere; pace alicujus loqui; sui capitis periculo, duarum cohortium damno.*]

NB. 1. Praepositionem respuunt certi ablativi qui natura sua modum significant *Remque* ORDINE *pando.* Verg. *Aen.* 3, 179.

[**Sunt hujus classis**: *ordine, ratione, more, jure, injuria, dolo, fraude, vi*, etiam *per vim, agmine*, nonnunquam *clamore, silentio*, alia: *recte atque ordine facere; via et ratione disputare; agmine (quadrato) ire*, en orden de batalla; *non quaero jure an injuria sint inimici.* Eodem fere sensu praepositio *per* invenitur; *multa dolo, pleraque per vim audebantur; per scelus et latrocinium aliquid auferre; per summum dedecus*, de (por) manera sumamente ignominiosa, *per tumultum ac trepidationem*, tumultuosa y precipitadamente: cf. n. **272**, extr.]

NB. 2. Modus actionis, etiam accedente adjectivo, praepositione *cum* saepe gaudet, ubi significat ea adjuncta quae actionem comitantur, potissimum aliquid mere externum, ut arma, vestes. *Ille* CUM TOGA PRAETEXTA *venerat.* Cic. *Verr.* 1, 58, 152. CUM SUMMA *reipublicae* SALUTE *et* CUM TUA PESTE *ac* PERNICIE CUM*que* EORUM EXITIO *proficiscere ad impium bellum ac nefarium.* Id. *Cat.* 1, 13, 33.

[*Majorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio.* Cic. *Verr.* 4, 24, 54, *Clodius cum veste muliebri deprehensus*, id. *Servus deprehensus cum gladio*, et *cum magno gladio.* Cf. **in**, n. **298**, 3.° *Tantam multitudinem cum tanto studio adesse videmus.* Cic. Man. 24, 69; etiam *magno studio aliquem juvare. Magno cum metu incipio dicere; Horatium accipiunt maximo cum gaudio; Verres venit Lampsăcum cum magna calamitate et prope pernicie civitatis.*

Nunquam vero adhibetur praepositio cum substantivis quae natura sua **modum, condicionem, animi dispositionem, partem corporis** significant: *tali modo, eo consilio, hac mente aliquid facere; ea condicione natum esse; ea lege dedĕre; aequo animo mori; nudo capite, promisso capillo incedere; sequi capitibus rasis; passis crinibus flere; maxima barba et capillo Romae esse.*]

NB. 3. Praepositio **cum** in primis **comitatum** et **societatem** significat; cui opponitur *sine*. *Cum Antonius inambularet* CUM COTTA *in porticu, repente eo Q. Catulus senex* CUM C. JULIO *fratre venit.* Cic. *de Or.* 2, 3, 12. [*Fabius* CUM LEGIONE *occurrit.* Caes. *G.* 5, 47, 3. CUM EXERCITU *proficisci, cum equitatu antecedere.* Id.

Verum participia **comitatus** et **stipatus** junguntur cum ablat. sine praepositione: *Tu alienis viris comitata,* Cic. *Cael.* 14, 37; *stipatus armatis,* id. *Phil.* 2, 3, 6. *(Bellum junctum miserrima fuga,* id. *Att.* 9, 10, 4; cf. **258**, II.)]

277 Substantivum exprimens **causam** propter quam aliquid fit ablativo effertur; sed praepositiones *ob* et *propter* accuratius causam notant.

VESTRA CULPA *haec acciderunt.* Cic. *Q. fr.* 2, 13, 2. *Spurio Carvilio graviter claudicanti ex vulnere* OB REMPUBLICAM *accepto et* OB EAM CAUSAM *verecundanti in publicum prodire mater dixit.* Id. *de Or.* 2, 61, 249. *Vendat aedes vir bonus* PROPTER ALIQUA VITIA *quae ipse norit, ceteri ignorent.* Id *Off.* 3, 13, 54.

[**Hic ablativus frequens est** cum adjectivis n. **271**, I, intransitivis verbis et passivis, n. **278**, sensum quendam aut animi motum significantibus, frequentissimus cum horum participiis; ut *ardere iracundia, dolore, ira, studio, desiderio, amore alicujus rei; exsultare gaudio, laetitia; flagrare, inflammari cupiditate, amore; adductus, ardens, commotus, incensus, incitatus, inflammatus, impulsus, motus, permotus ira, odio, amore, misericordia; metu, timore perterritus,* cet., ubi Livius summopere amat usum praepositionis *ab: ab ira, ab insita animis levitate.*

Usitatus etiam est cum substantivis verbalibus in *u*: *Servius Tullius regnare coepit non jussu, sed voluntate atque concessu civium; Nasica sensit ancillam jussu domini dixisse Ennium domi non esse; venire rogatu arcessituque alicujus; facere aliquid admonitu, coactu, efflagitatu, hortatu, mandatu, permissu, rogatu alicujus, tuo.* Item animadvertendae locutiones *mea, tua, illius,* cet., *sententia, opinione, meo judicio,* «en mi opinión, a mi ver, a mi juicio,» cet., et ablativi *causa* et *gratia* cum genitivo, «por causa de, con el fin de»; tandem *eo,* quandoque *hoc,* «por esto, por eso.» *Socrates omnium eruditorum testimonio totiusque*

judicio Graeciae cum prudentia tum vero eloquentia omnium fuit facile princeps. Cic. *de Or.* 3, 16, 60. *Tua causa hoc facio; dolorum effugiendorum causā;* et sine genitivo: *ea causa* vel *ea de causa, justis causis* vel *justis de causis, ea gratia. Quis est igitur, qui suorum mortem non eo lugeat, quod*—?Cic. *Tusc.* 1, 13, 30. *Milia frumenti tua triverit area centum, Non tuus hoc capiet venter plus ac meus.* Hor. *Sat.* 1, 1, 46.]

NB. **Prae** non usurpatur saeculo eruditiore, nisi cum causa est impediens, sive in negatione; **ab** adhibetur cum causa est efficiens; **ex** cum hac significatione: según, conforme a; en consecuencia de, de resultas de. *Neque enim* PRAE LACRIMIS *jam loqui possum.* Cic. *Mil.* 38, 105. *Mare* A SOLE *collucet.* Id. *Ac.* 2, 33, 105. *Decedere* EX SENATUSCONSULTO. Id. *Fam.* 2, 13, 4; conforme al decreto («a la ordenación», Abril) del senado. *Spurio Carvilio graviter claudicanti* EX VULNERE... *mater dixit.* Id. *de Or.* 2, 61, 249; de una herida, de resultas de una h.

[**Sic**: *solem prae jaculorum multitudine et sagittarum non videbitis,* Cic. *Tusc* 1, 42, 101; *prae gaudio ubi sim nescio,* Ter. *Haut.* 308; *prae iracundia non sum apud me, ib.* 920. (*Prae maerore consenui,* Plaut. *Stich.* 215.)

(Zonarum) una corusco Semper sole rubens et torrida semper ab igni. Verg. *G.* 1, 234. *Neque ex decreto neque ex edicto depositam pecuniam habuisse.* Cic. *Fam.* 13, 56, 3; «no haber hecho el depósito ni conforme al edicto, ni según el estatuto,» Abril; *coloniae ex foedere milites dare debebunt; ex more, de more,* según costumbre; *ex lassitudine dormire.* Cic. *Inv.* 2, 4, 14, por el cansancio, en consecuencia del c. *Infirmus ex gravi diuturnoque morbo,* de resultas de. — «Conforme a, según, en virtud de, en vista de» etiam simplici ablativo exprimitur: *Custodiā tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat.* Nep. *Cim.* 1, 1.

Adhibentur et aliae praepositiones: *Flebat pater de filii morte.* Cic. *Verr.* 2, 1, 30. *Quem omnes amare pro ejus eximia suavitate debemus.* Id. *de Or.* 1, 55, 234. *Per me licet,* no me opongo; *quibus per aetatem licebat; qui per aetatem poterant.* Animadverte praepos. *de* cum verbis et adjectivis affectus *laetor, laetus,* cet. *De tuis divitiis intolerantissime gloriaris.* Id. *Vat.* 12, 29. *Laetari omnes de communi omnium salute sentio.* Id. *Marc.* 11, 33.]

278 I. *Gaudeo, glorior, laetor, maereo* et similia ablativum causae postulant. *Adulescentes senum* PRAECEPTIS GAUDENT. Cic. *C. M.* 8, 25. [NOMINIBUS *veterum* GLORIANTUR. Id. *Or.* 50,

169. *Tribuniciis* SE JACTARE ACTIONIBUS. Liv. 3, 1, 3. *Glorior, laetor*, cet. cum *in*, n. **298**, 1.m [1]]

II. *Sto* cum ablativo ponitur pro *assentior, fidem habeo, haereo*, «me conservo fiel, persevero en, estoy a.» *Uterque censor censoris* OPINIONE STANDUM *non putavit*. Cic. *Cluent.* 47, 132. [Hinc illae locutiones: *stare condicionibus, decreto, pacto, jurejurando, promissis, suo judicio.*]

IV. ABLATIVUS LIMITATIONIS SIVE RELATIONIS

279 I. Ad sensum verbi, adjectivi aut substantivi restringendum [2] adhibetur ablativus qui notet:

1.m partem. *Deformatus* CORPORE, *fractus* ANIMO. Cic. *Att.* 2, 21, 3.

[Huc pertinent illa: *pedibus aeger*, Sall. *C.* 59, 4; *oculis et auribus captus*, Cic. *Tusc.* 5, 40, 117, ciego y sordo; *membris omnibus captus*, id. *C. Rab.* 7, 21, perlático, paralítico; *mente captus*, id. *Ac.* 2, 17, 53, mentecato, demente; *crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus*, Mart. 12, 54, 1; *claudus altero pede; cadere, concidere animo; tota mente atque omnibus artubus contremisco*, Cic. *de Or.* 1, 26, 121.]

2.° excessum. *P. Scipio omnes* SALE FACETIISque *superabat*. Cic. *Brut.* 34, 128. [*Socrates lepore et humanitate omnibus praestitit, ib.* 2, 67, 270; *omnes gloria anteit*, cf. Sall. *J.* 6, 1.]

3.° laudem aut vituperationem. *Nequaquam sunt tam* GENERE *insignes quam* VITIIS *nobiles*. Q. Cic. *pet. cons.* 3. *Sunt quidam homines non* RE *sed* NOMINE. Cic. *Off.* 1, 30, 105; no de hecho sino de n. [*Sunt quidam lingua haesitantes*, que tienen la lengua trabada, *voce absoni*, de voz desapacible, *vultu motuque corporis vasti atque agrestes*, en sus gestos y ademanes toscos y agrestes, Cic. *de Or.* 1, 25, 115; *homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis*, id. *Verr.* 1, 48, 127; *grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves*, id. *Brut.* 7, 29.]

4.° alia adjuncta. *Mardonius*, NATIONE *Medus*. Nep. *Paus.* 1, 2. [*Centum numero erant; gens aspera cultu*, Verg. *Aen.* 5, 730,

1 *Delector* et *oblector* passiva sunt. Sed nota: *Laelio valde delector*, ablat. instrum.; *in hac est rogatiuncula delectatus.*

2 Ubi a nobis dici solet: «cuanto a, con relación a, en, de.»

nación grosera en el modo de vivir, inculta; *ipsorum lingua Celtae, nostrae Galli appellantur*, Caes. *G.* 1, 1, 1; *grandis natu. Si quo* (en algo) *operā eorum opus esset.* Liv. 27, 28, 5.

NB. Ablativus limitationis cum hac significatione «cuanto a, con relación a, respecto de» aliquando recipit praepositionem *ab*, vel cum adjectivis mutatur in accusativum cum *ad.* AB RE *frumentaria duris subvectionibus laborare.* Caes. *G.* 7, 10, 1; hallarse (verse) con dificultades cuanto a (en lo tocante a) la provisión de víveres por lo penoso de su conducción. *Id cum periculosum ipsi est, tum etiam* SORDIDUM AD FAMAM. Cic. *Off.* 2, 14, 50; (el acusar a muchos) es bochornoso para la reputación, litt. vergonzoso en orden a la reputación, por lo que toca al buen nombre. *Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur.* Cic. *Fam,* 10, 15, 2; h. e. *quod ad equitatum attinet,* «dicen que A. está bien apercibido de caballería». Abril. *A philosophia, a jure civili, ab historia instructior.* Id. *Brut.* 43, 161. *(Est) ab omni laude felicior. Ib.* 16, 63. *Pollicem servum a pedibus meis Romam misi.* Id. *Att,* 8, 5, 1; litt. siervo con relación a mis pies, i. e. «mandadero»: cf. n. 444, I, i. *Nulla (species) pulchrior et ad rationem sollertiamque praestantior.* Cic. *N. D.* 2, 62, 155; ningún espectáculo más lindo y en que más campee la razón y el ingenio. *Urbs Syracusae situ est* PRAECLARO AD ASPECTUM. Id. *Verr.* 4, 52, 117.]

280 Partem frequenter accusativo efferunt poëtae cum adjectivis et participiis praeteriti cumque verbis intransitivis.

Os UMEROS*que deo* SIMILIS. Verg. *Aen.* 1, 159; = *ore umerisque,* a un dios. REDIMITUS TEMPORA *lauro. Ib.* 3, 81. *(Equus) micat auribus et* TREMIT ARTUS. Id. *G.* 3, 84; agita (levanta) las orejas y sus miembros se estremecen (tiembla todo su cuerpo).

[Sic: *Lacerum crudeliter ora.* Verg. *Aen.* 6, 495; *nigrantes terga juvencos. Ib.* 5, 97; *dilaniata comas.* Ov. *El.* 9, 52; *percussae pectora.* Verg. *Aen.* 11, 877. [1] Accusativus relationis rarus est cum substantivis partem non significantibus: *Qui genus (estis)?* Verg. *Aen.* 8, 114: ¿de qué linaje sois? [2]]

1 Accus. cum his participiis vocis mediae sive sensus reflexi habetur a nonnullis pro complemento directo.

2 Cf. HERRERA, *por la victoria de Lepanto, est.* 14: «Tiembla con sus culebras venenosas | *Lleno* de miedo torpe *sus entrañas,*» mendose *en sus entrañas.* RIOJA, soneto XV, B. 32, 376 [2]: «Oh fresno, asi al helado | Soplo del aquilón *calvo la frente.*» LEGIONENSIS, *de la vida del cielo:* «De púrpura y de nieve | Florida *la cabeza coronado.*»

NB. In oratione soluta accusativus limitationis solum invenitur cum participiis *ictus*, *transverberatus*, cet., et cum adjectivo *saucius*. *Adversum* FEMUR *tragula graviter* ICTUS *cecidit*. Liv. 21, 7, 10, herido por delante en el muslo con un chuzo. [1][—Simililiter adhibetur *magnam* vel *maximam partem* et adjectivum *cetera*, quod frequens est apud Livium. (*Suebi*) MAXIMAM PARTEM *lacte atque pecore vivunt*. Caes. *G.* 4, 1, 8; por la (en su) mayor parte. *Telum hastili abiegno et* CETERA *tereti*. Liv. 21, 8, 10. Cf. p. 228, adn. 2 in ima p.]

281 I. Ablativus significans excessum saepe comparativis et vocibus vi comparativa praeditis adhaeret. *Turres* DENIS PEDIBUS *quam murus altiores*. Curt. 5, 1, 26.

[**Sic:** *Romani duobus milibus plures erant quam Sabini; sol multis partibus major est quam terra*, muchas veces; *Hibernia dimidio minor est quam Britannia; altero tanto longior*, cf. Nep. *Eum.* 8, 5, otro tanto más largo; *multis annis ante, tribus diebus post*. Cf. n. **292**, *NB.*]

II. Comparativa vocabula pro adverbiis *multum*, *paulum*, *tantum*, *quantum*, *aliquantum*, *nimium*, *nihil* assumunt tanquam ablativos *multo*, *paulo*, cet., quibus accedunt *hoc*, *eo* pro *tanto*, *quo* pro *quanto*. QUANTO *superiores sumus*, TANTO *nos geramus submissius*. Cf. Cic. *Off.* 1, 26, 90.

Sunt hujus loci praeter comparativa proprie dicta: *ante*, *post*, *infra*, *supra*, *citra*, *ultra*, *aliter* et *secus*, item verba *malo* et *antecellendi*. *Valeo sicut soleo, paululo etiam deterius quam soleo*. Cic. *Fam.* 5, 14, 1. *Quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius*. Id. *R. Com.* 11, 31. *Omnis sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum*. Id. *N. D.* 2, 57, 145. *Quo antiquior, eo melior. Uri sunt magnitudine paulo infra elephantes*. Sed loco horum ablativorum, praesertim cum verbis *malo* excepto, interdum adverbia in *um* adhibentur: *Multum (tantum*, cet.) *praestat virtus ceteris rebus. Aliquantulum avidior*. Ter. *Eun.* 131 [1, 2, 51]: at semper *multo malle. Multo* etiam superlativis additur: *arrogantia multo molestissima*.]

1 Cf. P. García, *Vida de S. Ignacio*, introd. secc. 2: «Gran número de sacerdotes y religiosos fueron unos enterrados vivos, otros despeñados, otros .. *traspasados las cabezas* con agudísimos clavos.» Barcelona, 1890, p. 16.

V. ABLATIVUS LOCI

282 I. Propria majorum locorum et appellativa **ubi** aliquid est vel fit ablativo cum *in* efferuntur. IN SICILIA *censeo commorandum*. Cic. *Fam.* 6, 8, 2. IN *nostra* ACIE *Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt*. Id. *N. D.* 2, 2, 6.

[Eodem pacto **cum loco translate sumpto**: *Labor in venatu*. Cic. *Tusc.* 5, 34, 98. *In vino et alea comissationes quaerere*. Id. *Cat.* 2, 5, 10. *Nec vero in armis praestantior quam in toga*. Id. *C. M.* 4, 11; atque ita passim. Cf. n. **252**, II.]

II. Si quaestio fit per **ubi**, ablativo sine praepositione utendum est:

1.m cum propriis urbium insularumque parvarum, n. **227**, I, tertiae declinationis vel pluralis numeri. BABYLONE *paucis post diebus Alexander est mortuus*. Cic. *Div.* 1, 23, 47. *Haec ego* ATHENIS *disserebam*. Id. *de Or.* 1, 13, 57.

[*Esse Athenis tuis*. Cic. *Att.* 16, 6, 2. *Natus est Gadibus, Carthagine Nova, Curibus Sabinis, Carthagine* et *Carthagini, Lacedaemone* et *Lacedaemoni, Sicyone* et *Sicyoni, Tibure* et *Tiburi, Anxuri*, in locativo. *Si statim navigas, nos Leucade consequēre*. Cic. *Fam.* 16, 1, 2.[1] Sed cum sermo est de locis litoralibus: *Navis et* IN CAJETA *parata est nobis et Brundisii*. Cic. *Att.* 8, 3, 6; en (el puerto de) Gaeta. *Naves longas complures* [IN] HISPALI *faciendas curavit*. Caes. *C.* 2, 18, 1; en el astillero, arsenal.]

2.° cum appellativo *ruri*, nonnunquam *rure*, en el campo, *terra*, por tierra, *mari*, por mar. RURI *fere Se continebat*. Ter. *Phorm.* 363 [2, 3, 15]; casi siempre permanecía. *Imperator fuit summus et* MARI *et* TERRA. Nep. *Alc.* 1, 2. [*Multae mihi a C. Verre insidiae terra marique factae sunt*. Cic. *Verr.* 1, 2, 3; at *in mari esse*, en el mar; *in terra pedem ponere*.]

3.° fere cum nomine *loco*, aliquando cum *parte*, addito adjectivo. HONESTO LOCO *natus*. Cic. *Tusc.* 5, 20, 58. RELIQUIS *oppidi* PARTIBUS *sic est pugnatum*. Caes. *C.* 3, 112, 7; = *locis*.

1 *Leucas* et *Leucadia*, insula (fuit quondam paeninsula) maris Ionii, h. *Santa Maura*. *Leucas* etiam oppidum ipsius insulae seu paeninsulae.

[*Castra opportunis locis erant posita.* Caes. *G.* 7, 69, 7, praesertim translate: *Meliore loco res erant nostrae.* Cic. *Att.* 11, 13, 4; v. n. **222**, *NB. Loco, in loco, suo loco* significant *opportune, in tempore: Epistulae offendunt non in loco redditae.* Cic. *Fam.* 11, 16, 1; no entregadas a tiempo. *Posuisti loco versus Accianos. Ib.* 9, 16, 4; en su lugar; *loco dicere,* id. *Leg.* 3, 18, 40. *Terra immobilis manens una* (alii *ima*) *sede* (i. e. *uno loco*) *semper haeret.* Cic. *Rep.* 6, 18 [*S. Scip.* 5]. *Copias in locis superioribus constituunt.* Caes. *G.* 7, 79, 2. *Pugnatur una omnibus in partibus. Ib.* 67, 2.]

4.° frequenter cum quibuslibet nominibus tam propriis quam appellativis adjecto *totus*, quandoque *omnis* aut *medius*. TOTA ASIA *vagatur*. Cic. *Phil.* 11, 2, 6.[1] *Timarchidem* OMNIBUS OPPIDIS *per triennium scitote regnasse.* Id *Verr.* 2, 54, 136. *Dolia* MEDIO *missa* AMNI. Liv. 23, 19, 9.

[**Sic:** *Concursabat urbe tota maxima multitudo.* Cic. *Verr.* 5, 35, 95; *totā Tarracinā.* At etiam: *Terrae motus tota in Italia facti sunt.* Id. *Div.* 1, 35, 78; *medio aedium sedere,* Liv. 5, 41, 2, pro *[in] mediis aedibus.* Et cum aliis nonnunquam: *De amicitia alio libro dictum est.* Cic. *Off.* 2, 9, 31. *Dextra laevaque.* Cum *per* spatium distinctius significatur: *Decrevere uti Romae per totam urbem vigiliae haberentur.* Sall. *C.* 30, 7.[2] Dicitur semper *animo*, cum de affectibus agitur: *angi, commoveri animo; volvere aliquid animo.* Sed cf. n. **251**, III.]

283 I. Cum significatur propinquitas loci **ubi**, adhibetur *apud* si de personis agitur, *ad* vel *apud* si de rebus, sed ita ut *ad* potius statum in loco, *apud* eventum notet.

Fuisti igitur APUD LECCAM. Cic. *Cat.* 1, 4, 9; en casa de L. *Cybistra oppidum est* AD *montem* TAURUM. Id. *Fam.* 15, 2, 2; en la falda. APUD ZAMAM *conflixit.* Nep. *Hann.* 6, 2.

[**Sic:** *Habitavit apud me mecumque vixit.* Cic. *Brut.* 90, 309. *Cum apud eum Sulpicius sederet.* Id. *de Or.* 2, 3, 12: junto a él, a su lado. *Herculis templum est apud Agrigentinos non longe a foro.* Id. *Verr.* 4. 43, 94; h. e. *Agrigenti. Scriptum apud eundem Caelium est.* Id. *Div.* 1, 26, 56; en las obras de C. *De sepulcris autem nihil est apud Solonem amplius.* Id. *Leg.* 2, 26, 64; en las leyes de S. *Nomen (legati) ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset.* Caes. *G.* 3, 9,

1 Cf. *Verr.* 5, 37, 98: HIC *praedonum naviculae* PERVAGATAE SUNT.
2 QUA *visum est* VAGOR, Phaed. 3, 7, 20.

3, pro *apud o. n.*; «santo e inviolable entre todas las naciones». López de Tol., fol. XX [1]. *Hortos habet ad Tiberim*, en las márgenes del T.; *cursus ad Eurotam, pons ad Genāvam erat*, en las inmediaciones, *ad dextram; apud Hypanim fluvium bestiolae nascuntur; pugna navalis apud Tenedum*, Cic. *Arch.* 9, 21, et *pugna navalis ad Tenedum*, id. *Mur.* 15, 33. Cf. n. **227**, I, *NB.* 1. *Ad Opis, ad Vestae, ad Castoris*, cet. subaudi *templum* aut *aedem*, non vicinitatem solum verum etiam locum ipsum significare possunt: *habitabat ad Jovis Statoris*, cerca del templo; *pecunia utinam ad Opis maneret!* Cic. *Phil.* 1, 8, 17; en el templo.]

II. *Dominor* apud optimos scriptores cum casibus loci **ubi** reperitur; at praepositiones accus. *in, inter* minime respuit, maxime cum nominibus personarum.

DOMINATUS EST ALEXANDRIAE. Cic. *Rab. P.* 14, 39. *Usus dicendi* IN *omni pacata et libera* CIVITATE DOMINATUR. Id. *de Or.* 2, 8, 33. *Senectus honesta est, si usque ad ultimum spiritum* DOMINATUR IN SUOS. Id. *C. M.* 11, 38 INTER QUOS DOMINARI *consuessent.* Caes. *G.* 2, 31, 5. *[Vetat enim dominans ille in nobis Deus injussu hinc nos suo demigrare.* Cic. *Tusc.* 1, 30, 74. *Summa dominarier arce.* Verg. *Aen.* 7, 70: cf. n. **285**, *NB.* 3. *Victis dominabitur Argis. Ib.* 1, 285. Genitivus et ex more Graeco dativus — βασιλεύειν et ἀνάσσειν τινί — sunt infimae Latinitatis.]

284 Si per **qua** fit interrogatio, i. e. si **via** seu **directio** significatur qua motus fit, adhibetur ablativus; sin aperte locum **transiri** notatur, adhibetur praepositio *per. Dum ipse* TERRESTRI PER HISPANIAM GALLIASQUE ITINERE *Italiam peteret.* Liv. 21, 21, 10; se encaminaba a I. por tierra, atravesando a Esp. (atravesando por E.; por medio de E., por E.[1])

[*Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent.* Caes. *G.* 1, 6, 4. *Aurelia via profectus est.* Cic. *Cat.* 2, 4, 6. *Iter conficiebamus aestuosa et pulverulenta via.* Id. *Att.* 5, 14, 1. *Appia via*, id. *Q. fr.* 1, 1, 6. *Porta Collina urbem intrare; Esquilina porta ingredi; recta linea deorsum ferri; Pado frumentum subvehere*, por el Po. *Medio tutissimus ibis.* Ov. *M.* 2, 137. — *A Sequānis impetrat*

1 Cf. Cuervo, *Dicc.*, *atravesar*, 2; Mir, *Prontuar.*, *a través.*

ut per fines suos Helvetios ire patiantur. Caes. *G.* 1, 9, 4. *Equo deinde per Babylona vectus.* Curt. 3, 3, 3; pasando a caballo por medio de B. *Per media castra p ılam transire; provinciam Boeticam per Ticinum petere. Per Macedoniam Cycicum petebamus.* Cic. *Fam.* 14, 4, 3.]

285 Si per **unde** fit interrogatio, i. e. si motus de loco significatur, adhibetur praepositio *ex* (*ab, de*); sed propria minorum locorum cum *domo* et *rure* ablativo sine praepositione efferuntur.

Ad me EX AEGYPTO *litteras misit.* Cic. *Lig.* 3, 7. *In nostra acie Castor et Pollux* EX EQUIS *puqnare visi sunt* Id. *N. D.* 2, 2, 6. *Hac super re scribam ad te* REGIO. Id. *Att.* 16, 6, 1. *Video* RURE *redeuntem senem.* Ter. *Eun.* 967 [5, 4, 45.] *Se* DOMO *non commoverunt.* Cic. *Fam.* 9, 5, 2.

[Sic, etiam cum motu metaphorico: *de faece haurire; largiri ex alieno*, cet., et cf. p. 252, adn. in ima p.; *a caelestibus rebus ad terrestres veniamus; Roma proficisci; Delo Rhodum navigare; reditus Narbone; domo auxilia mittere*, aliquando *ab domo venire*, Liv ; *ad quem* E DOMO CAESARIS *tam multa delata sunt.* Cic. *Phil.* 2, 14, 35, quia sequitur genitivus; eodem pacto A DOMO TUA *Chelidonem excludere*, n. **286,** I, et *domo tua profugere*, cf. n, **252,** II, *NB.* — *Roma a. d.* cet. in epistulis, de Roma, desde R ; etiam minus saepe *Romae* (ubi): *data a d.* VI *Kal. Decembres Dyrrachii*, Cic. *Fam.* 14, 1. [1] *Absum Roma*, estoy ausente de R., at *tria milia passuum a Roma abest*, dista de: cf. n. **230**; *oculos tollere ab humo*, etiam *humo.*

Ad patriam et tribum indicandam dicitur ex regula: *Cn. Magius Cremonā*, de Cr., natural de Cr., saepissime *Cremonensis, Atheniensis, Romanus*, cet.; *Serv. Sulpicius Lemoniā*, de la tribu L. *(Turnus ab Aricia*, Liv. 1, 50, 3.) *Q. Junius ex Hispania quidam*, Caes. *G.* 5, 27, 1. Cf. n. **288.**]

NB. 1. In quaestione **unde** nomen personae et propinquitas loci etiam minoris exprimuntur cum praepisitione *ab. Legati* A BOCCHO *veniunt.* Sall. *J.* 102, 2. *Caesar* A GERGOVIA *discessisse audiebatur.* Caes. *G.* 7, 59, 1 (quam oppugnarat).

1 Cf. STA. TERESA, *carta* 32, B. 55, 27 ª: *De* esta casa de la Encarnación de Ávila XI de junio de MDLXXIII; S. JUAN DE LA CRUZ et P. GRANADA sic semper, cet.

[*Postquam a te discesseram.* Cic. *Att.* 12, 1, 1. *Salvebis a meo Cicerone. Ib.* 6, 2, 10; saludos de, de parte de. *Venire a flumine.* Et nomina urbium praepositionem aliquando admittunt: *Ab Athenis proficisci in animo habebam.* Cic. *Fam.* 4, 12, 2. *Legati Romani* AB CARTHAGINE *in Hispaniam trajecerunt.* Liv. 21, 19, 6, et alibi saepe apud eundem. Dicitur semper *longe ab*, v. g. *non longe a Syracusis.* Cic. *Verr.* 2, 22, 53: cf. **163**, 1.m]

NB. 2 (commune quaestionibus ubi, quo et unde). In loco **ubi, quo** et **unde** si propriis urbium additur *urbs, oppidum, civitas...*, appositio cum constructione propria usurpatur. *Albae constiterunt,* IN URBE OPPORTUNA. Cic. *Phil.* 4, 2, 6. *(Marius) pervenit* IN OPPIDUM CIRTAM. Sall. *J.* 102, 1. *Expellitur* EX OPPIDO GERGOVIA. Caes. *G.* 7, 4, 2.

[Sic: *in oppido Citio, in insula Samo. Capuae, in domicilio superbiae collocati.* Cic. *Agr.* 2, 35, 97. *Neapoli, in celeberrimo oppido.* Id. *Rab. P.* 10, 26. *Leontinis, misera in civitate.* Id. *Verr.* 2, 66, 160; raro sine praepositione: *Corinthi, Achajae urbe,* Tac. *H.* 2, 1; at *(Antiochiae) natus est, loco nobili, celebri quondam urbe.* Cic. *Arch.* 3, 4: n. **282**, 3.° *Teani Apuli,* Cic. *Cluent.* 9, 27; *Albae Longae,* nam *Apulum, Longa* ad ipsum nomen pertinent.[1] — *Dicitur se contulisse Tarquinios, in urbem Etruriae florentissimam.* Cic. *Rep.* 2, 19, 34. *Thalam pervenit, in oppidum magnum atque opulentum.* Sall. *J.* 75, 1. *Generis antiquitas* [*Tusculo,*] *ex clarissimo municipio profecta.* Cic. *Font.* 18, 41.]

NB. 3 (commune quaestioni ubi, quo et unde). Accusativo et ablativo loci detrahitur praepositio frequenter a poëtis. *Celsa sedet Aeolus* ARCE. Verg. *Aen.* 1, 56. *At nos hinc alii sitientes ibimus* AFROS, *Pars* SCYTHIAM *et rapidum cretae veniemus* OAXEN. Id. *B.* 1, 64, que arrastra arcilla, gredoso; pro *ad Afros, in Scythiam, ad O. Descende* CAELO. Hor. *C.* 3, 4, 1. *Procul* NEGOTIIS. Id. *Ep.* 2, 1.

[Quorum vestigia cernuntur apud Livium et recentiores; v. g. *carpento sedere,* 1, 34, 8; *agere aliquem castris,* id 44, 35, 5. *Procul ripa,* pro *a ripa,* id. 2, 13, 6 et alibi.]

VI. ABLATIVUS SEPARATIONIS, ORIGINIS, MATERIAE, VERBI PASSIVI

286 [I. Ad quaestionem **unde** revocantur verba removendi a loco, quae praepositionem *ab* postulant, cum

1 Apud Vergil. *Aen.* 6, 766: *Genus Longa nostrum dominabitur Alba.*

personis semper; aliquando *ex*, *de;* nonnulla etiam ablativum sine praepositione habere possunt (ablativ. separationis). *(Clodii) furores* A CERVICIBUS *vestris* REPPULI. Cic. *Mil.* 28, 77. *Maestitiam* PELLAT EX ANIMIS. Id. *Fin.* 1, 13, 43. *Eum* DE TRIBUNALI DETURBAVIT. Caes. *C.* 3, 21, 2. *Hunc* PELLERE POSSESSIONIBUS *armis castrisque conatus est.* Cic. *Mil.* 27, 74.

a) **Sic:** *Dolorem a se repellere*, Cic. *Fin.* 1, 9, 30; *a negotiis publicis se removere, a corpore animum*, id., *e grege se*, Liv., *a negotio omni sevocare animum*, Cic.; *poma ex arboribus (vix) vi avellere*, id.; *nihil ex sacro, nihil de publico attingere*, id. — Composita ex his praepositionibus saepe repetitionem praepositionis amant: *Senectus avocat a rebus gerendis*: cf. Cic. *C. M.* 5, 15. *Expulsus atque ejectus e praedio.* Cic. *Quinct.* 7, 28. *Haec tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur?* Id. *Mil.* 37, 101. *Abduco me equidem ab omni reipublicae cura.*

b) **Ablativo sine praepositione** jungi, etiam sensu translato, possunt: *moveo*, aparto, remuevo de *(centurionem tribu* [1] *); pello, depello, expello (hostem loco); deturbo* et *dejicio (eum praetura, spe).* Item *cedo (loco, vita, e loco, de vita, cedo tibi possessione hortorum*, cedo la posesión); *decedo (provincia, de provincia); abeo magistratu, dictatura*, resigno la magistratura. Perraro *exeo, egredior, ejicio: egredi urbe.* Locus cum *arceo* fere sine praepositione exprimitur: *arcere aliquem tecto, Italia, provincia, a moenibus;* alia nomina fere cum praepositione: *arcere homines ab improbitate omni.*

II. Est fere poëtarum ablativus sine praepositione *ab* cum verbis *absterreo* et *deterreo*, cum aliquibus ex particula *dis* compositis, item cum *secerno* et *separo. Publica* PRIVATIS SECERNERE, *sacra* PROFANIS. Hor. *Pis.* 397.

Sic: *dinosco, disto, distinguo: Vero distinguere falsum*, Hor. *Ep.* 1, 10, 29.—*A Pompejo dissidere*, Cic. *Att.* 7, 6, 2. *Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis*, Ov. *M.* 1, 313. *Laelius a proposito non deterrebatur.* Cf. n. **285**, *NB.* 3.

III. Est etiam poëtarum dativus (commodi) pro ablativo post verba arcendi. *Solstitium* PECORI DEFENDITE. Verg. *B.* 7, 47; h. e. *a pecore arcete.*

Sic: *arceo, defendo, pello, depello, prohibeo* ap. Verg. *G.* 3, 155, Ov. *Her.* 14, 130, Plaut. *Curc.* 605, cet. Similiter cum *depello* etiam

1 V. RIEM.-GOELZ. p. 179.

apud Cic. *Servitutem depulit civitati, p. red. in sen.* 8, 19, *Fam.* 5, 20, 4, *Tusc.* 3, 32, 77; et apud Liv. cum *abstineo*, 1, 1, 1.]

287 Ad locum **unde** saepe tralaticium referri possunt:

1.[m] Nonnulla verba auferendi et petendi cum praepositione *ab;* item *abhorreo, defendo, tueor. Quas (provincias) C. Gracchus non modo non* ABSTULIT A SENATU... Cic. *Dom.* 9, 24. A TE *opem* PETIMUS. Id. *Tusc.* 5, 2, 5. *Quod* ABHORRET A *meis* MORIBUS. Id. *Cat.* 1, 8, 20.

[**Sic**: *alieno, abalieno, aufero*, **258, k)**, *abripio, abstraho, eripio*, **258, e)**, *surripio*, **ib. k)**, *furor. Si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres.* Cic. *Att.* 2, 1, 1. *Amicum a me alienavit; ab iis (rebus) celerrime alienamur; milites urbem ab hostibus defendebant, tuebantur.* Quae pro ablativo saepe dativum (commodi) habent.

Peto, precor, deprecor, postulo, imploro, exigo, contendo, ruego: cf. n. **224.** *Auxilium a populo Romano imploraturos.* Caes. *G.* 1, 31, 7. *Multorum hic vitam est a L. Sulla deprecatus.* Cic. *Sull.* 26, 72. *Quo facilius id a te exigam quod peto, nihil tibi a me postulanti recusabo.* Id. *de Or.* 2, 29, 128. *Precari ab indigno.* Id. *Lael.* 16, 57. *Hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem.* Id. *Fam.* 15, 14, 5. Dicitur etiam cum accusativo communi: *Quid veneramur, quid precamur deos?* invocamos *Quod deos precati eritis.* Liv. 40, 46, 9. Item: *precor deos ut... Quaeso a vobis ut...* Cic. *Arch.* 2, 3.[1]]

2.° Intellegendi verba et accipiendi, cum praepositione *ex* vel *ab*, aliquoties *de;* item *audio, disco, quaero, sciscitor. Magna saepe* INTELLEGEMUS EX PARVIS. Cic. *Off.* 1, 41, 146. *Praeclarum* A MAJORIBUS ACCEPIMUS *morem. Ib.* 3, 10, 44. *Saepe* EX SOCERO *meo* AUDIVI. Id. *de Or.* 2, 6, 22. AUDIVI *hoc* DE PARENTE *meo puer.* Id. *Corn.* 5, 11.

[Intellegendi sunt: *intellego, cognosco, agnosco, conjicio, scio;* accipiendi: *accipio, capio, percipio, mutuor; — emo, mercor, conduco*, alquilo, *sumo, reporto*, similia. *Ea enim certissima putabo quae ex te cognoro.* Cic. *Fam.* 2, 11, 2. *Ab iis cognoscit non longe ex eo loco oppidum Cassivellauni abesse.* Caes. *G.* 5, 21, 2. *Ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus!* Cic. *Fam.* 14, 1, 1. *Quaero illud ex te quod privatus admisisti.* Id. *Vatin.* 14, 33; etiam *quaero abs te. Epicuri ex Vellejo sciscitabatur sententiam.* Id.

1 *Abhorrens* cum dativo apud Liv. 2, 14, 1.

N. D. 1, 7, 17. *Ab utroque autem sciscitor cur*, cet. *Ib.* 1, 9, 21; *scitor* apud poëtas ejusdem est naturae: *Scitatur ab ipsa.* Ov. *M.* 10, 357. *Scitari libet ex ipso.* Hor. *Epist.* 1, 7, 60.—*Id de Postumia sciri potest.* Cic. *Att.* 12, 22, 2. *Fundum Cymaeum Romae mercatus est de pupillo.* Id. *Flac.* 20, 46. *Bona patris de L. Sulla sese dicit emisse.* Id. *S. Rosc.* 2, 6. *Quaerebat de me quid*, cet. (*Fabulas ab ultima antiquitate repetere*, cf. id. *Fin.* 1, 20, 65, *initia amicitiae ex parentibus*, ap. eund. *Fam.* 6, 16; atque ita alia multa.)]

3.° Verba abstinendi, liberandi et prohibendi praepositionem *ab* assumunt vel omittunt, si ablativo junguntur rei; si vero personae praepositionem assumunt. *Romano* BELLO *fortuna eum* ABSTINUIT. Liv. 8, 24, 18; le impidió luchar con los Romanos. ABSTINET *se* AB INJURIA. Cic. *Fin.* 2, 22, 71. AB INERMI ABSTINEATUR. Liv. 5, 21, 13; no se toque al desarmado.

[**Sic:** *abstineo* vel *abstineo me*, et *tempero*, quod fere cum *ab* conjungitur, cf. n. **221**, III, *desisto*, *libero*, *prohibeo*, *excludo: abstinere (se) maledictis* et *a maledictis*, *consuetudine* et *a consuetudine; ab alienis (rebus) mentes*, *oculos*, *manus abstinere*, Cic. *de Or.* 1, 45, 194; *liberare aliquem suspicione*, raro *a suspicione (ex incommodis); magno me metu liberabis;* cf. n. **250**, *NB.* 2; *operas aditu prohibuerunt*, *cibo tectoque*, *Campaniam populationibus*, preservar, *hostem a pugna*, *cives a periculo; excludere aliquem a republica.*

(*Desine, quaeso, communibus locis.* Cic. *Ac.* 2, 25, 80; cum *ab* est labentis Latinit.)]

NB. Post verba abstinendi nonnunquam poëtae genitivo utuntur per hellenismum. ABSTINETO IRARUM. Hor. *C.* 3 27, 69. [*Desine mollium Tandem querelarum. Ib.* 2, 9, 17. *Tempus desistere pugnae.* Verg. *Aen.* 10, 441.]

288 Participia (et verba) quae **ortum** vel **originem** significant cum ablativo solo junguntur, aliquando cum praepositione *ex*, et in poësi praesertim *de;* etiam cum *ab*, maxime si sermo est de origine remotiore (ablat. originis).

L. Catilina NOBILI GENERE NATUS. Sall. *C.* 5, 1. *Bestiae* EX SE NATOS *amant.* Cic. *Lael.* 8, 27. *Ilia cum Lauso* DE NUMITORE SATI. Ov. *Fast.* 4, 54. *Plerique Belgae sunt* ORTI AB GERMANIS. Caes. *G.* 2, 4, 1; oriundos.

[**Huc pertinent:** *natus*, *prognatus*, *ortus*, *genitus*, *satus*, *editus*, *oriundus*, *cretus* poët.: *Hippocrates et Epicydes oriundi ab* (*ex* et sine praepos.) *Syracusis* Liv. 24, 6, 2. *Quo sanguine cretus.* Verg. *Aen.*

2, 74. *Editus* semper et *genitus* fere cum solo ablat. sunt poëtarum: *Maecenas atavis edite regibus.* Hor. *C.* 1, 1, 1 *Dis genite.* Verg. *Aen.* 9, 642. *Tu in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in civitate, in litteris* sunt loci **ubi**. *Nasci parentibus humilibus, claris* cet., *patre certo, nobili stirpe* aut *genere, amplissima familia,* ubi vides ablativ. sine praepositione cum substantivis quae apposito adjectivo familiam et condicionem exprimunt; *natus est ex fratre, ex iisdem radicibus, oriri ex* et *ab, existere ex, esse ex, gignere, parere ex, procreare ex* et *de: Ex Jove est is Hercules quem...* Cic. *N. D.* 3, 16, 42. Cf. **unde**.]

289 **Materia** ex qua aliquid fit exprimitur ablativo cum praepositione *ex,* qui mutari potest in adjectivum; **res** seu materia **de qua agitur** effertur praepositione *de,* interdum *super:* n. **237**, III.

Pocula EX AURO. Cic. *Verr.* 2, 4, 27. AUREUS *axis erat.* Ov. *M.* 2, 107. — DE *illius* ADVENTU *nihil audiebamus.* Cic. *Fam.* 14, 15. HAC SUPER RE *scribam ad te Regio.* Id. *Att.* 16, 6, 1.

[**Sic**: *vasa argentea* vel *ex argento, candelabrum e gemmis clarissimis. Genus hominum compositum ex corpore et anima est.* Sall. *J.* 2, 1. Cf. n. **272**, p. 289, *constare.* — *Ad me de omnibus rebus quam saepissime litteras mittas.* Cic. *Fam.* 14, 21. *De ceteris rebus quid velimus ex Sicca poteris cognoscere. Ib.* 14, 15. *Temere de mundo effutire,* id. *N. D.* 2, 37, 94; *de facto turpi fateri,* id. *Inv.* 2, 26, 77; *de istis rebus loqui,* id. *Att.* 6, 2, 2; *de isto hactenus, ib.* 6, 2, 1; *oratio Laelii de collegiis,* id. *Brut.* 21, 83; *cum Latinis de imperio dimicabatur,* id. *Off.* 1, 12, 38, *de imperio decertare, ib.* — Raro accusat. pro ablat. invenitur: *Te autem rogo ut de iis rebus quas tecum colloqui volo annuum mihi tempus des.* Nep. *Them.* 9, 3: = *de quibus t. c. v.* [1]]

NB. Materia exprimitur maxime a poëtis et posterioribus etiam cum praepositione *de,* solo ablativo et genitivo, qui rarus est. DE *duro est ultima* FERRO. Ov. *M.* 1, 127. *Solido* ADAMANTE *columnae.* Verg. *Aen.* 6, 552. ARGENTI *bifores radiabant lumine valvae.* Ov. *M.* 2, 4.

[**Sic**: *verno de flore corona,* Tib. 2, 1, 59; *solido de marmore tem-*

1 GRANADA, *Guía* 1, 4, B. 6, 23²: ¿Y cómo *hablaré misterios* tan inefables?

plum, Verg. *Aen.* 6 69, «de mármol macizo», Diego López; «todo de mármol», Ochoa; dicitur etiam *solidum marmore templum, crateres auro solidi*, Verg. *Aen.* 2, 765. *Sebi ac picis glaebas.* Caes. *G.* 7, 25, 2; *imber lapidum* et *lapideus*, cf. Cic. *Div.* 1, 43 et 2, 28. — Expressa unius rei in aliam mutatio effertur praepositionibus *ex* et *de*: *Dii ex hominibus facti.* Cic. *Rep.* 2, 10. 18. *De templo carceres fieri.* Id. *Phil.* 5, 7, 18. *Ubi pro mortalibus gloriā aeterni fierent.* Sall. *J.* 1, 5, i. e. *ex mortalibus;* «en vez de mortales que son, se harían inmortales por su fama». Inf. D. Gabriel.]

290 Verbum passivum postulat post se ablativum: cf. n. **211**, II, et **259**. [1]

[**Similiter** cum activis passivae significationis. *Captivi* A CONSULE VENIERUNT. Liv. 21, 51, 2. AB REO *fustibus* VAPULAVIT: cf. Quint. 9, 2, 12. *Phalaris non ex insidiis* INTERIIT, *non* A PAUCIS. Cic. *Off.* 2, 7, 26, = *interfectus est.*]

NB. In sermone vulgari atque aetatis recentioris pro ablativo invenitur accusativus cum **per**. *Fratrem* PER TE *oppugnatum iri.* Metellus ap. Cic. *Fam.* 5, 1, 1; cui Cicero: *Scribis fratrem tuum* A ME *oppugnari. Ib.* 5, 2, 6. At cf. n. **272**.

VII. ABLATIVUS TEMPORIS

291 Substantivum significans tempus **quando**, seu quo res accidit, ablativo effertur; numeri autem sunt ordinales.

Negotium magistratibus est datum ANNO SUPERIORE. Cic. *Har. r.* 8, 15. *Fit obviam Clodio* HORA *fere* UNDECIMA. Id. *Mil.* 10, 29; a eso de las once. [2]

[**Sic**: *die, nocte*, en la noche, de noche, *luce*, de día claro, *vespere* et saepius *vesperi, vere, aestate, autumno, hieme: Hieme maxima navigandum est.* Cic. *Att.* 8, 3, 5; en lo más recio del invierno. *Vere prius flores, aestu numerabis aristas, Poma per autumnum frigoribusque*

1 In hoc exemplo aliisque id genus ablativus est instrumentalis: *Haec (castella) noctu* EXCUBITORIBUS *ac firmis praesidiis tenebantur.* Caes. *G.* 7, 69, 7.

2 Hacia las cuatro de la tarde: cf. n. **591**, V.

nives Quam mala quae toto patior jactatus in orbe. Ov. *Tr.* 4, 1, 57. Hujus etiam loci sunt aliqui ablativi tempus improprie significantes, ut *adventu, discessu* cum genitivo: *Moritasgus adventu in Galliam Caesaris regnum obtinebat:* cf. Caes. *G.* 5, 54, 2, a la llegada de C.; *solis ortu, occasu; comitiis*, en los c., durante los c., al tiempo de los c., cuando los c.; *ludis*, en los juegos, v. c. *Juventatis; gladiatoribus*, en los espectáculos de los gladiadores; nonnunquam *bello, tumultu*, en tiempo de guerra, *pace*; saepius *in bello, in pace: Cimonen Athenienses non solum in bello sed etiam in pace diu desideraverunt.* Nep. *Cim.* 4, 1; lo echaron menos. Adjectivo comitante dicitur: *proelio Senensi, bello Punico secundo* vel *in bello Alexandrino:* item *primo congressu*, Caes. *C.* 1, 47, 2, et *in primo c., ib.* 1, 46, 4; *in initio* et *initio, principio* et *in principio. In tempore* vel *tempore* est *opportune, suo tempore.*

Substantivis quae aetatem vitae (un período de la vida) significant additur praepositio *in. In pueritia non his artibus ac disciplinis institutus eras.* Cic. *Verr.* 2, 1, 18, 47; sed cum adjectivo praepositio vel exprimitur vel supprimitur: *Extrema pueritia miles in exercitu fuit summi imperatoris, ineunte adulescentia maximi ipse exercitus imperator.* Id. *Man.* 10, 28.

Adhibetur etiam praepositio in nonnullis locutionibus: *in omni puncto temporis,* en todo momento, *in omni aetate, in omni aeternitate, in praesenti, in praesentia, in otio, in negotio,* i. e. *in pace.* Igitur:]

NB. Ablativo temporis **quando** addi solet praepositio *in*, cum eventus aliquis seu ubi translate sumptum designatur. IN MORTE SUA *declaravit.* Cic. *Caec.* 4, 10; a su muerte. IN TALI TEMPORE (aut *tempestate) tanta vis hominis leniunda videbatur.* Sall. *C.* 48, 5; en tales circunstancias. [Praepositione *per* tempus quando minus definite significatur, ut *per hos menses, per idem tempus: Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos?.... Mare per hos annos clausum.* Cic. *Man.* 11 et 12, 32. Nota locutionem *ante diem quintum Nonas Majas*, cet. **591**, IV.]

292 Interrogationi **quanto tempore ante, quanto tempore post** aliquid factum futurumve sit respondetur ablativo [temporis; eventus vero exprimitur cum *ante* vel *post*]; numeri et cardinales sunt et ordinales: ¿cuánto tiempo antes o después de aquello sucedió esto?

Revertitur DIEBUS DECEM ANTE COMITIA. Cic. *Verr.* 2, 52, 130.

Consul ANNO DECIMO POST EXACTOS REGES *fuit.* Id. *Brut.* 16, 62. [*Post Leutricam pugnam die septingentesimo quinto.* Id. *Att.* 6, 1, 26. *Paucis diebus post mortem Africani.* Id. *Lael.* 1; 3. Cf. n. 232, *NB.*[1]].

293 I. Ad exprimendum **quanto tempore** et **intra quantum tempus** aliquid fit, adhibetur ablativus: ¿en cuánto tiempo una cosa se hace, y dentro de cuánto tiempo una cosa sucederá?

Saturni stella TRIGINTA *fere* ANNIS *cursum suum conficit.* Cic. *N. D.* 2, 20, 52; el planeta S. BIDUO *sciemus.* Id. *Att* 9, 14, 2; dentro de dos días, a los dos días. [*Quattuor tragoedias sedecim diebus absolvisse.* Id. *Q. fr.* 3, 6, 7. *Roscius Romam multis annis non venit.* Id. *S. Rosc.* 27, 74. *Nullum aliquot jam annis facinus exstitit nisi per te.* Id. *Cat.* 1, 7, 18: mendose *annos. Ipse Tarraconem paucis diebus pervenit.* Caes. *C.* 2, 21, 4; «en pocos días», etiam «a los pocos d.» — *Respondit triduo illum aut summum quatriduo periturum.* Cic.

1 In quaestione **quanto tempore ante, quanto tempore post,** possunt pro *ante* et *post* usurpari *antequam* et *postquam* atque etiam oratio relativa. UNDECIMO DIE POSTQUAM *a te discesseram.* Cic. *Att.* 12, 1, 1; sive *post meum a te discessum; Undecimo die antequam—;* cujus loco dicitur etiam: *ante* et *post undecimum diem quam a te discesseram. (Tabellarii) venerunt* POST DIEM QUADRAGESIMUM ET SEXTUM QUAM *a vobis discesserant.* Cic. *Fam.* 16, 21, 1; «han venido a cabo de cuarenta y seis días después que de ahí partieron». Abril. DIEBUS *circiter* QUINDECIM, QUIBUS *in hiberna ventum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est.* Caes. *G.* 5, 26, 1; como a los quince días de haber llegado a los cuarteles de invierno.

Pro *die (anno) decimo postquam* dicitur etiam simpliciter: *die (anno) decimo quam. Anno trecentesimo altero quam condita Roma erat iterum mutatur forma civitatis.* Liv. 3, 33, 1.—Pro *postquam* adhibetur etiam *cum, ex quo. (Collegam) triduo cum has dabam litteras exspectabam.* Planc. ap. Cic. *Fam.* 10, 23, 3; al cual (colega) estoy «aguardando para dentro de tres días después de la data de esta carta». Abril: cf. n. 300, I. *Duodequadragesimo ferme anno ex quo regnare coeperat.* Liv. 1, 40, 1.—*Post urbem conditam* etiam dicitur *ab urbe condita.*

Quare «diez años antes, diez años después» dicitur:

decem ANTE *annis*		et *decem* ANTE *annos*
decem POST *annis*		et *decem* POST *annos*
decem annis ANTE		et *decem annos* ANTE
decem annis POST		et *decem annos* POST
ANTE *decem annis*	raro	et ANTE *decem annos*
POST *decem annis*	raro	et POST *decem annos.*

Eodem pacto cardinali in ordinalem mutato:

decimo ANTE *anno*		et *decimum* ANTE *annum*, cet.

Paucis ante diebus. Cic. *Tusc.* 1, 29, 71. *Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius.* Id. *de Or.* 2, 68, 276; pocos días después, a los pocos días. *Cum aliquot post (ante) annos Maximus id oppidum recepisset. Ib.* 2, 67, 273. *Quo erat paucis annis ante (post) deducta colonia.* Id. *Phil.* 2, 40, 102. *Huc Mithridates ante (post) aliquot dies venit.* Nep. *Dat.* 11, 2. *Quae* (accus.) *ante annis octo vovisset.* Liv. 40, 52, 1. *Post diem tertium mihi moriendum est.*

Mil. 9, 26 *Hanc (urbem) hoc biennio consul evertes.* Id. *Rep.* 6, 11 [*Somn. Sc.* 2]; en estos dos años, antes de haber transcurrido dos a., dentro de dos a. (a contar desde hoy), magis definite: *intra biennium.*[1]]

II. Ad indicandum per adverbium vel adjectivum numerale **quoties** in aliquo temporis spatio aliquid fiat frequentissime adhibetur *in:* ¿cuántas veces se ejecuta una acción en un determinado tiempo?

(Sol) BINAS IN SINGULIS ANNIS *reversiones facit.* Cic. *N. D.* 2, 40, 102; da dos vueltas cada año, hace dos v. en cada un a.[2] [IN HORA *saepe* DUCENTOS *Versus dictabat.* Hor. *Sat.* 1, 4, 9. SEPTIES IN DIE et raro SEPTIES DIE: cf. Verg. *B.* 2, 42, et 3, 34.]

NB. Quarto quoque die, quinto quoque mense, cet. significat «cada cuatro días, cada cinco meses.»[3]

III. Cum significatur **ex quo tempore** aliquid fit adhibentur praepositiones *ab, ex:* ¿desde cuándo?

Ludi Antii futuri sunt A *IV ad pridie Nonas Majas.* Cic. *Att.* 2, 8, 2. EX KAL. JAN. *ad hanc horam invigilavi reipublicae:* cf. id. *Phil.* 14, 7, 19. [EX EO TEMPORE *vir ille summus nullus imperator fuit.* Id. *Fam.* 7, 3, 2.

Sic: *vitae rationes ab ineunte aetate susceptae; a puero, a pueris, a pueritia, a teneris unguiculis, usque a pueritia; ex die quo,* desde el día en que; *ex illo (tempore),* desde entonces; *ex quo (tempore),* desde que...]

1 Adhibetur aliquando *in, inter* (en, durante), *intra* (dentro de, i. e. antes de.: *Neque in tam multis annis cujusquam ex sua stirpe funus vidit.* Nep. *Reg.* 2, 3; en tantos años. *Talenta Pompejo in sex mensibus promissa ducenta.* Cic. *Att.* 6, 3, 5; para dentro de seis m. *In diebus paucis quibus haec acta sunt Chrysis vicina haec moritur.* Ter. *Andr.* 1, 1, 77 404; dentro de pocos días después que esto acaeció. *Germani inter annos* XIV *tectum non subierunt.* Caes. *G.* 1, 36, 7; en el espacio de catorce a., en 14 a., durante. *Qui inter annos tot unus inventus sit.* Cic. *Man.* 23, 68; el único que en tantos a. *Intra annum vicesimum.* Caes. *G.* 6, 21, 5;=*intra annos viginti,* dentro de los 20 años, antes de los 20 a.

2 Cf. P. Granatensis, *Símb.* 1, 3, 4. B. 6, 190².

3 Praeceptum hoc est: Ablativus ordinalis numeri et pronominis *quisque* indicat aliquid statis temporibus redire: ¿cada cuándo? QUINTO QUOQUE ANNO *Sicilia tota censetur.* Cic. *Verr.* 2, 56, 139; se hace el censo de.

VIII. Ablativus comparativi et absolutus

294 I. Comparativum ablativo gaudet, si prior terminus est in nominativo vel accusativo.[1]

Nihil est, mihi crede, VIRTUTE FORMOSIUS. Cic. *Fam.* 9, 14, 4. *Quem enim auctorem* LOCUPLETIOREM PLATONE *laudare possumus?* Id. *Rep.* 1, 10, 16. LACRIMA *nihil* CITIUS *arescit.* Id. *Inv.* 2, 56, 109.

[*Quis Carthaginiensium pluris fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis?* Cic. *Sest.* 63, 142; fué tenido en más? fué más apreciado? *Nemo est qui tibi sapientius suadere posssit te ipso.* Id. *Fam.* 2, 7, 1. Nota exemplum: *Quid magis est saxo durum, quid mollius unda?* Ov. *A.* 1, 475. — Ablativi usurpatio cum comparativo extra nominativum et accusativum licentia perrara est: *Lucili ritu nostrum melioris utroque.* Hor. *S.* 2, 1, 29. Et poëtae etiam post *alius* utuntur ablativo: *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Hor. *Ep.* 1, 16, 20.[2]

II. Cum uterque comparationis terminus est idem vocabulum, reticeri solet secundo loco, addita particula *quam. Animi lineamenta sunt pulchriora quam corporis.* Cic. *Fin.* 3, 22, 74; h. e. *pulchriora lineamentis corporis, quam lineamenta c. Virtutis est quam aetatis cursus celerior:* cf. id. *Phil.* 5, 17, 48.]

NB. Ablativi *opinione, spe, exspectatione, dicto* locum obtinent sententiae comparativae. OPINIONE OMNIUM *majorem animo cepi dolorem.* Cic. *Brut.* 1, 1; i. e. *majorem quam omnes opinati sunt.*

[**Sic:** *Spe serius (citius) rediit:* cf. Ov. *Fast.* 4, 606; i. e. *quam sperabatur. Dicto citius tumida aequora placat.* Verg. *Aen.* 1, 142; antes de concluir (de hablar), litt. más presto de lo que lo dijo. Huc etiam spectant *aequo, justo, necessario, solito,* quae a nobis vertuntur ad litteram: *plus aequo,* más de lo justo; *membrum longius justo; citatior solito amnis,* de lo acostumbrado. *Cum longius necessario procederent.* Caes. *G.* 7, 16, 3.]

1 Sive si comparativum in nominativo est vel accusat. Quod si comparativum adverbium est, cum ablativo secundi termini construi potest, si vices agit nominativi aut accusativi. — Apud Ennium, *Alexander,* fragm. VI, more Graeco: *Mater optumarum multo mulier melior mulierum,* citat. a Cic. *Div.* 1, 31, 66.

2 *Padus nulli amnium claritate inferior.* Plin. *N. H.* 3, 20, 3.

295 I. Si prior comparationis terminus est subjectum (verbi finiti vel infiniti), et secundus pendet a verbo primi, mutari potest ablativus in casum prioris intercedente conjunctione *quam*.

Tu innocentior QUAM METELLUS? Cic. *Verr.* 3, 16, 43; h. e. *tu innoc. es quam M. est? Beatior* M. REGULUS *fuit* QUAM *potans in rosa* THORIUS; at: *Clamat virtus beatiorem* (M. REGULUM) *fuisse* QUAM *potantem in rosa* THORIUM. Id. *Fin.* 2, 20, 65; que T. banqueteando (embriagándose) coronado de rosas. [1]

II. Si prior terminus est in accusativo, secundus autem non pendet a verbo primi, potest *a)* per attractionem accusativus cum *quam* adhiberi, vel *b)* nova oratio effici ope verbi *sum*.

a) Ego HOMINEM CALLIDIOREM *vidi neminem Quam* PHORMIONEM. Ter. *Phorm.* 591 [4, 2, 1]. *b) Vicinus tuus* EQUUM MELIOREM *habet* QUAM TUUS EST: cf. Cic. *Inv.* 1, 31, 52. [2]

III. Si prior terminus non est in nominativo aut accusativo, alter autem pendet ex verbo primi, usurpanda est conjunctio *quam* cum secundo termino in casu primi.

Non magis MIHI *faveo* QUAM TIBI. Cic. *Fam.* 3, 6, 1. [*Nec vero in armis praestantior quam in toga.* Id. *C. M.* 4, 11.

Quod si hic secundus terminus non pendet ex verbo primi, fit subjectum verbi *sum*. *Homini honesto, sed non gratiosiori quam Cn. Calidius est, L. Curidio te argentum reddidisse.* Cic. *Verr.* 4, 20, 44; non vero *Cn. Calidio*, quia haec vox non regitur a verbo *reddidisse*. *Tibi multo majori quam Africanus fuit, me non multo minorem quam Laelium adjunctum esse patiare.* Id. *Fam.* 5, 7, 3; vel *quam Laelius fuit*, vel *Laelio*, at minime *quam Africano*.]

296 Cum alter comparationis terminus est pronomen relativum, semper in ablativo ponitur cum negatione et comparativo subsequentibus; [ubi a nobis adhibetur superlativum affirmans, tanquam appositio.]

Tum est Cato locutus, QUO *erat* NEMO PRUDENTIOR. Cic. *Lael.* 1, 5; Catón, que era el más prudente, C. el más prudente que había. [*Ne*

1 *Ac* vel *atque* pro *quam* post comparativa est poëticum et priscum: *Non tuus hoc capiet venter plus* AC *meus.* Hor. *S.* 1, 1, 46; por eso. Semel apud Cic. *Att.* 5, 11, 2.

2 In priore exemplo dici etiam potest: *Ego hominem callidiorem vidi neminem* QUAM PHORMIO EST; in altero: *Vicinus tuus equum meliorem habet* QUAM TUUM; vox enim *Phormio* (=secundus terminus) non regitur a verbo *vidi*, neque *tuus (equus)* a verbo *habet*, seu, quod idem est, verbum non est utrique termino commune. In utroque autem loco adhiberi potest ablativus *(Phormione, tuo)* ex praecepto I n. 294.

offeramus nos periculis sine causa, quo esse nihil potest stultius. Id. *Off.* 1, 2; que es lo más irracional que puede haber, «que es la mayor necedad.» Valbuena. *Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, cogitare tamen possumus pulchriora.* Cic.; «la cosa más perfecta que vemos en aquel género: en cuya comparación (en comparación de las cuales) nada vemos más perfecto», raro: «que las cuales nada vemos más perfecto.» [1]

297 Cuilibet orationi addi potest ablativus absolutus, i. e. [qui locum obtinet sententiae secundariae; hic autem ablativus est] substantivum aut pronomen quod ab orationis verbo non pendet, et cui additur participium.

Cautius posthac historiam attingam, TE AUDIENTE Cic. *Brut.* 11, 44; i. e. *cum tu audias,* siendo tú oyente. [— Pro participio adhiberi potest adjectivum (pronomen) aut substantivum: *Nihil decet,* INVITA MINERVA, *ut ajunt, id est adversante et repugnante natura.* Id. *Off.* 1, 31, 110; sive *cum Minerva invita est,* contra la voluntad de M. *Neu sinas Medos equitare inultos,* TE DUCE, *Caesar.* Hor. *C.* 1, 2, 51; nam secunda pers. *(te duce)* minime invenitur in oratione infinita *Medos equitare inultos,* cui ablativus subjectus est.[2] Nota collocationem, subjecto interposito, ap. Caes. *Quibus* ILLE *cognitis milites aggerem iubet comportare. C.* 3, 62, 1; *G.* 2, 11, 2, cet.

NB. Nonnunquam [3] participia praeteriti et valde raro adjectiva sine substantivo absolute ponuntur, vices gerente substantivi oratione dependenti. *Inde ad Pluinnam est progressus, nondum* COMPERTO QUAM REGIONEM HOSTES PETISSENT. Liv. 31, 39, 4; i. e. *cum nondum compertum esset* —, no habiéndose averiguado todavía. *Multique adnantes navibus,* INCERTO *prae tenebris* QUID PETERENT *foede interierunt.* Id. 28, 36, 12.

Huc spectant: *audito, cognito, comperto, explorato, intellecto, nuntiato, edicto, pacto, permisso, desperato, inopinato.*]

1 Cf. Granatensis, *Memor.* tr. 7, 2 p. B. 8, 405²: «Ser hijos (de Dios) por gracia, *sobre la cual* dignidad no se puede imaginar otra mayor.»

2 Sed: *Eunti mihi Antium venit obviam tuus puer.* Cic. *Att.* 2, 1, 1; non: *eunte me, venit mihi obviam,* quia participium refertur ad dativum orationis. Attamen ablativus absolutus interdum, sed raro, ad pronomen orationis refertur: *Nemo erit qui credat, te invito, provinciam tibi esse decretam.* Cic. *Phil.* 11, 10, 23; pro *tibi invito provinciam esse d. Obsidibus imperatis centum, hos Haeduis custodiendos tradit.* Caes. *G.* 6, 4, 4. —Nota ablativum cum praepositione in hoc et similibus, quae solo ablativo efferri poterant: *Sub te tolerare magistro Militiam adsuescat.* Verg. *Aen.* 8, 515.

3 Praesertim inde a Livio.

IX. Ablativus praepositionis in

(Cf. n. 237)

298 *In* ablativo gaudet 1.^m cum quies aut aliquid fieri in loco, etiam figurate sumpto, significatur. In *hac* solitudine *careo omnium colloquio.* Cic. *Att.* 12, 15, 1. In *viridi opacaque* ripa *inambulantes.* Id. *Leg.* 1, 5, 15.

[**Hujus loci est: a)** cum verbis quae animi sensus exprimunt, ut *angor, delector, erubesco, glorior, laetor, offendor*, cet. *Ut in eo rectum videatur esse angi.* Cic. Tusc. 3, 11, 25. *In hoc admodum delector.* Id. *Leg.* 2, 7, 17. *Ib.* 1, 14, 41. *Laetaris tu in omnium gemitu. Verr.* 2, 5, 46, 121. *In virtute recte gloriamur. N. D.* 3, 36, 87. *In ea se jactasset. Att.* 2, 1, 5.

b) cum verbis collocandi. *Caesar exercitum in hibernis collocavit.* Caes. *G.* 3, 29, 3. *Amphoras deponit in templo Dianae.* Nep. *Hann.* 9, 3.

Praecipua sunt: *pono, depono, dispono, expono, impono, repono, loco, colloco, statuo, constituo; consido: vas in mensa ponere, statuere, collocare; in silvis praedam deponere; disponere custodias, tormenta in muro; navigantes in ripa exponere; locare aliquem in altissimo dignitatis gradu; constituunt in litore taurum ante aras.* Verg.; *aves considunt in arbore*, posan en. Interdum tamen accusativus reperitur, ut *imponere in naves*, n. **258**, *NB.*, *reponere pecuniam in thesauris* vel *in thesauros.*

Item: *se abjicere in herba*, Cic. *de Or.* 1, 7, 28, Ov. *Her.* 7, 1, 3, *anulum in mari*, Cic. *Fin.* 5, 30, 92 [1], *statuas in propatulo*, Nep. *Hann.* 9, 3; *coacervare multum una in domo; cervus se bovili condidit*, Phaed. 2, 8, 4; pro *in bovili; conjectum in gutture ferrum*, Ov. *M.* 3, 90, saepius *in guttur; naves in litore ejectae sunt*, están, quedan echadas, at: *naves in litus ejiciuntur, ad Baleares insulas ejiciebantur; aves se in mari mergunt; ranae mersae* vel *immersae limo*, Phaed. 1, 2, 16, pro *in limo; in eo exercitu fratrem praefecerat*, Cic. *Sest.* 18,

1 Baiter, ed. Tauchnitz, *in mare.* At vide Madvig et Mueller ad h. l. Attenditur scilicet non motus, sed quies motum subsequens.

41, pro *ei exercitui; in deorum numero referre,* Cic. *N. D.* 1, 12, 29, *in deos, ib.* 1, 13, 34, et *inter deos.* Cf. **282**.]

2.° cum ponitur pro *inter. Hoc primum sentio, nisi* IN BONIS *amicitiam esse non posse.* Cic. *Lael.* 5, 18. [IN PRIMIS *pugnantes cadunt.* Sall. *C.* 60, 6. *Quae secundum naturam fiunt sunt habenda* IN BONIS. Cic *C. M.* 19, 71.]

3.° quando significat *cum*, praesertim apud poëtas et recentiores, et si sermo est de vestibus et armis. PATRIIS *ad Trojam missus* IN ARMIS. Verg. *Aen.* 3, 595. [*Horridus* IN JACULIS. *Ib.* 5, 37. *Nuntius ignota* IN VESTE. *Ib.* 7, 167; con un vestido desusado. *Potare* IN ROSA. Cic. *Fin.* 2, 20, 65; coronado (con corona) de rosas. Cf. n. **276**, *NB.* 2.]

4.° cum significat *en*, i. e. *tratándose de, cuanto a, a propósito de. Frugi hominem dici non multum habet laudis* IN REGE. Cic. *Caecin.* 19, 55; en un rey, tratándose de. [*Quod idem* IN BONO SERVO *dici potest.* Id. *de Or.* 2, 61, 248. *Pompejus noster* IN AMICITIA *P. Lentuli vituperatur.* Id. *Q. fr.* 2, 6, 5.[1]]

1 Significat praeterea a) tempus, «durante», b) *ante*, c) *apud*, d) apud poëtas et Liv. instrumentum, cet. a) IN IMMOLANDA IPHIGENĪA *tristis Calchas erat.* Cic. *Or.* 21, 74, mientras I. era inmolada, durante la inmolacion de I.: cf. n. **291**, *NB.* b) *Divitiae, decus, gloria* IN OCULIS *sita sunt.* Sall. *C.* 20, 14. c) *Caesaris autem* IN BARBARIS *erat nomen obscurius.* Caes. *C.* 1, 61, 3. d) IN UNA URBE *universam ceperitis Hispaniam* Liv. 26, 43, 3. *Nostrum laceratur* IN ARBORE *corpus.* Ov. *M.* 2, 362; juntamente con el árbol.

«Usus voculae tam multiplex atque frequens est, ut qui discrimina etiam minutissima velit observare vix evitarit nimiae subtilitatis reprehensionem.» HAND-TURS. III, p. 244.

PARS ALTERA

DE ORATIONIS MODIS ET TEMPORIBUS

CAPUT VII. DE INDICATIVO [1]

I. TEMPORA INDICATIVI IN ORATIONE PRIMARIA [2]

299 I. In narratione frequenter usurpatur **praesens [3] pro praeterito perfecto,** ut actio quasi sub oculos subjiciatur (praesens historicum).

Obviam FIT *ei Clodius expeditus, in equo.* Cic. *Mil.* 10, 28. [Quod fit etiam cum particula *dum*, «mientras, i. e. al tiempo en que» aliisque temporalibus; et a poëtis in oratione relativa. *Cratera antiquum (tibi dabo) quem* DAT *Sidonia Dido.* Verg. *Aen.* 9, 266; pro *dedit:* cf. *ib.* 2, 275.]

II. Similiter non raro **pro praeterito indicativi** usurpatur in narrationibus **infinitivi praesens** (infinit. historicus).

Interim omnibus certantibus, repente a tergo signa CANERE. Sall. *J.* 94, 5; suenan de repente a su espalda las trompetas. [— Etiam ad-

1 Indicativus rem absolute, ut dicitur, et quasi factum aliquod seu eventum exprimit affirmando, interrogando, negando. Non igitur conjunctiones respuit quae eam incertam aut dubiam minime reddunt.

2 Et, cum fert occasio, etiam in secundaria.

3 Praesens significat:

1.m rem quae nunc evenit vel quae habetur quasi nunc eveniens (praes. definitum). *Hammonius, regis legatus, aperte pecunia nos* OPPUGNAT. Cic. *Fam.* 1, 1, 1. *Ut* SCRIBIT *auditor Platonis Ponticus Heraclides.* Id. *Tusc.* 5, 7. Ita in subjunctivo: *Sed quid duces et principes nominem, cum legiones* SCRIBAT *Cato,* cet. Cic. *Tusc.* 1, 42.

2.° rem quae solet evenire aut quovis tempore evenit (praesens indefinitum). *Facile omnes, cum valemus, consilia aegrotis* DAMUS. Cic. *Leg.* 3, 1, 2. *Dulce et decorum* EST *pro patria mori.* Hor. *C.* 3, 2, 13.

hiberi potest post *cum, cum interim, cum tamen*, oratione antecedente. *Jamque dies consumptus erat, cum tamen barbari nihil remittere.* Sall. *J* 98, 2.[1]

III. Raro **pro futuro imperfecto** adhibetur **praesens**, ad certitudinem significandam actionis quae jam quodammodo incepit aut paratur. *Tuemini, inquit, castra, et defendite diligenter, si quid durius acciderit. Ego reliquas portas* CIRCUMEO *et castrorum praesidia* CONFIRMO. Caes. *C.* 3, 94, 5; pro *circumibo* et *confirmabo*.]

300 I. In stilo epistulari usurpatur saepe **imperfectum**[2] **pro praesente** et *plusqperfectum pro perfecto;* nam scriptor mente transfertur ad tempus quo litterae legentur.

Nihil HABEBAM *quod scriberem; neque enim novi quicquam* AUDIERAM, *et ad tuas omnes* RESCRIPSERAM *pridie.* Cic. *Att.* 9, 10, 1; nada tengo para escribir; pues no he oído nueva alguna, y ayer respondí a todas tus cartas. [Atticus si de hac epistula loqueretur, eadem quae Tullius tempora usurparet: *Cum Cicero has mihi litteras misit, nihil* HABEBAT *quod* SCRIBERET; *neque enim novi quicquam* AUDIERAT, *et ad meas omnes* RESCRIPSERAT *pridie.*—Eadem ratione alias, maxime in geographica descriptione, imperfectum usurpatur pro praesente. *(Caesar Alesiam) circumvallare instituit. Ipsum erat oppidum Alesia in colle summo.* Caes. *G.* 7, 69, 1.[3]

II. Imperfectum adhibetur aliquando, ut id exprimatur quod in eo erat ut eveniret, sc. pro imperfecto conjugationis periphrasticae. *Hujus deditionis ipse Postumius, qui* DEDEBATUR, *suasor et auctor fuit.* Cic. *Off.* 3, 30, 109; i. e. *qui se dediturus erat, qui in eo erat ut dederetur,* aconsejó y autorizó esta entrega el mismo P. que iba a ser entregado, que debía ser entregado, de cuya entrega se trataba. Nonnunquam imperfectum verti potest per «comenzar, intentar, querer». *Num dubi-*

1 Cf. GUSTAV. MOHR, *De Infinitivo historico*, Halle, 1878.

2 Cf. ZIMMERMANN, *De epistulari temporum usu Ciceroniano*, Rastenburgae, 1891; ubi etiam de praesente pro futuro.

Praeteritum imperfectum (seu *praesens in praeterito)* exprimit:

1 m actionem praesentem praeteritae, sive quae fit una cum altera quae jam evēnit (praet. definitum). *Ipse Carthaginem rediit, neque eum caritas patriae retinuit, nec suorum. Neque vero tum* IGNORABAT *se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci, sed jusjurandum conservandum* PUTABAT. Cic. *Off.* 3, 27, 100.

2.° ea quae solita sunt evenire, notatque leges, mores, instituta. *In Graecia musici floruerunt,* DISCEBANTQUE *id omnes.* Cic. *Tusc.* 1, 2, 4; aprendían (a tocar y cantar), era costumbre aprender a. (praet. indefinitum).

3 Cf. *Los llanos que* LLAMABAN *los indios sabanas (la penúltima luenga).* LAS CASAS, *Apologética Historia de las Indias*, c. 16. N. B. 13, 39[2].

tas id me imperante facere, quod jam tua sponte faciebas? Cic. *Cat.* 1, 5, 13; lo que intentabas (querías) hacer, ibas a h.?]

III. Utuntur aliquando poëtae **perfecto** [1] **pro praesente**, cum sermo est de iis quae solent evenire.

Terra tremit, FUGERE *ferae.* Verg. *G.* 1, 329, tempestatem describens; «las alimañas huyen». Legionensis. [*Rege incolumi mens omnibus una est, Amisso* RUPERE *fidem. Ib.* 4, 212; rompen la lealtad. [2]

IV. Est nonnunquam in narrationibus **perfectum pro plusquamperfecto**. *Bello perfecto, ab eis Caesar haec facta cognovit, qui sermoni* INTERFUERUNT. Caes. *C.* 3, 18, 5. Item pro imperf. *Omni Macedonum gaza, quae* FUIT *maxima, potitus Paulus... nihil domum suam intulit.* Cic. *Off.* 2, 22, 76.

NB. 1. Animadverte locutionem *cognitum* (aliquid), *perceptum, perspectum,* cet. *habeo*, tengo entendido, cet., quae majore vi quam *cognovi, perspexi,* cet., significat actionis effectum permanere. *Siculi ad meam fidem, quam* HABENT SPECTATAM *jam et diu* COGNITAM, *confugiunt.* Cic. *in Caecil.* 4, 11.

NB. 2. In oratione condicionata de futuro usurpatur praeteritum perf. ad certitudinem rei futurae significandam. *(Brutus) si conservatus erit,* VICIMUS. Cic. *Fam.* 12, 6, 2.

V. Ad rapidam rerum successionem significandam aliquando adhibetur **plusqperfectum**[3] **pro perfecto.** *Consules declarantur*

1 Perfectum significat 1.m eventum praeteritum sine ulla cum tempore praesenti conexione; redditur autem per perfectum simplex, vocaturque historicum. *Acriter in eo loco* PUGNATUM EST. Caes. *G.* 2, 10, 1.

2.º Significat a) rem praeteritam illam quidem, sed quae tempori praesenti opponitur quodammodo; b) rem praeteritam, cujus tamen effectus adhuc perseverat (perfect. logicum).

a) FUIMUS *Troes,* FUIT *Ilium.* Verg. *Aen.* 2, 325; los Tr. fuimos, fué Ilión, i. e. ya no hay Tr., ya no hay I. Cf. CALDERÓN apud Nonell, *Gram. Cast.* n. 289, I, et Bello, n. 315: *Yo, señora, una hija bella* | TUVE... *¡qué bien* TUVE *he dicho!* | *Que aunque vive no la* TENGO, | *Pues sin morir la he perdido.*

b) *Athenis jam a Cecrope* PERMANSIT *hoc jus terra humandi.* Cic. *Leg* 2, 25, 63; en A. ha permanecido (=permaneció y aun permanece, cf. λέλυκα).

Huc maxime spectant illa perfecta quae a nobis per praesens solent aut possunt reddi, ut: *memini,* me acuerdo, *novi,* sé, conozco, *odi,* aborrezco, *audivi,* oí (y por esto lo sé, *cognovi, percepi, perspexi,* entendí (y tengo entendido), *veni,* vine (y aun estoy), *decrevi,* determiné (y estoy resuelto), *consedi,* me senté (y permanezco sentado), *consuevi,* me acostumbré (y aun estoy acostumbrado), *dixi,* dije, he dicho (acabo de decir), cet.

2 Ab nonnullis recentioribus hoc perf. dicitur aoristus gnomicus, quod factum doceat experientia probatum.

3 Plusqpfectum (sive *praeteritum in praeterito*) exprimit rem absolutam ante aliam quae jam etiam absoluta est. DIXERAT *hoc ille, cum puer nuntiavit venire ad eum Laelium.* Cic. *Rep.* 1, 12.

M. Tullius et C. Antonius. Quod factum primo populares conjurationis CONCUSSERAT. Sall. *C.* 24, 1; «lo que al principio sobrecogió a los conjurados». Inf. D. Gabriel.[1]

NB. Poëtae interdum, raro alii scriptores, utuntur plusqpfecto *fueram* pro imp. *eram. Nec satis id* FUERAT; *stultus quoque carmina feci.* Ov. *Pont.* 3, 3, 37.]

301 Aliquando **futurum exactum pro simplici** [2] ponitur, adjuncta fere significatione rei quasi paene jam effectae.

Pomponia, tu invita mulieres, ego vero ACCIVERO *pueros.* Cic. *Att.* 5, 1, 3; yo entretanto llamaré. [*Clamor in portis auditus et primus impetus castra* CEPERIT. Liv. 25, 38, 17; el primer grito que deis a las puertas y la primera refriega os harán (seguramente) señores del campamento; al primer grito y al primer embate quedaréis dueños del c. In hoc usu comici liberiores sunt.]

NB. Usurpatur futurum *videro* cum agitur de re quae ad aliud tempus differtur aliorumve judicio committitur. *Quae fuerit causa mox* VIDERO. Cic. *Fin.* 1, 10, 35; luego lo veré. *De te tu* VIDERIS Id. *Phil.* 2, 46, 118. *Sitne malum dolere necne Stoici* VIDERINT. Id. *Tusc.* 2, 18, 42; (allá) lo verán los E.[3]

302 Solent Latini verba illa indicativo efferre quae rem **decere, fieri posse** aut **debere** significant, ubi nos conjunctivum hypotheticum solemus usurpare. Pro re praesenti adhibent praesens aut imperfectum; pro praeterita perfectum aut plusqperf.

LONGUM EST *omnia enumerare proelia.* Nep. *Hann.* 5, 4; largo sería. *Hic tamen hanc mecum* POTERAS *requiescere noctem.* Verg. *B.* 1, 79; pudieras. [*Volumnia* DEBUIT *in te officiosior esse quam fuit.* Cic.

1 V. apud eundem Sall. *C.* 18, 6; 36, 4-5; 50, 4; 56, 2; *J.* 42, 1; 64, 4, cet.

2 Futurum imperfectum rem eventuram, aliquando rei consequentiam significat. *Hac super re* SCRIBAM *ad te Regio.* Cic. *Att.* 16, 6, 1. *(Iracundia) quoniam vacat (sapiens), aegritudine etiam* VACABIT. Cic. *Tusc.* 3, 9, 19. — «Son comúnmente tan grandes (las ceybas, la y letra luenga) y de tanta copa de rama y hoja y espesura que *harán* sombra y *estarán* debajo dél quinientos de caballo.» LAS CASAS, *Apologét. Historia de las Indias*, c. 13. N. B. 13, 34[2].

Futurum perfectum (seu *praeteritum in futuro*) indicat actionem futuram quae praecedit aliam etiam futuram. *Cum tu haec leges, ego illum fortasse* CONVENERO. Cic. *Att.* 9, 15. *Ut sementem* FECERIS, *ita metes.* Id. *de Or.* 2, 65, 361.

3 Cum haec locutio in secunda et tertia pers. vertatur aliquoties per subjunctivum, v. c. «véanlo los E.», sunt qui eam conjunctivo permissivo attribuant. Sed cf. MADVIG, *Opusc. Acad. alt.*, Hauniae, 1842, p. 91.

Fam. 14, 16; debiera haber sido más cortés, debía ser, litt. debió ser.

Ejusmodi sunt: *possum, debeo, oportet, decet, convenit, licet, sum* cum gerundivo aut adjectivo, v. g. *aequum, aequius, melius, optabilius, utilius, satius, satis, necesse, par, fas, consentaneum, justum, longum, infinitum. Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum; sed haec ipsa quae dixi sentio fuisse longiora.* Cic. *C. M.* 16, 55; pudiera ir recorriendo. *Chaldaei oculorum fallacissimo sensu judicant ea quae ratione atque animo videre debebant.* Id. *Div.* 2, 43, 91; lo que deberían ver. *Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda jactura.* Id. *Att.* 2, 1, 8; debiera haberse sufrido aquella pérdida. *Quanto* MELIUS FUERAT *in hoc promissum patris non esse servatum!* Id. *Off.* 3, 25, 94; ¡cuánto mejor fuera! ¡c. m. habría sido!]

II. Indicativus in oratione secundaria [1]

1. Indicativus temporalis

(Cf. nn. **315-316**)

303 Oratio temporalis indicativo effertur, si dumtaxat tempus exprimitur. Ut *ab urbe* DISCESSI, *nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem.* Cic. *Att.* 7, 15, 1.

[**Sic**: Ubi *lux adventabat, legionum tubicines simul omnes signa canere.* Sall. J. 99, 1. *Tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum misimus.* Cic. *l. Agr.* 2, 16, 41.[2]

Cum pro *quando*, «cuando, al tiempo que»; **ex quo**, «desde que». *Tu ludi te non intellegebas, cum tibi haec recitabant: «clarissimum virum, praestantissima sapientia, singulari ingenio?»* Cic. *Flac.* 31, 76;

1 Oratio secundaria aut est completiva aut accessoria seu circumstantialis. Vocatur completiva ea quae ab aliquo verbo aut locutione verbali pendet ejusque significationem perficit sic ut vices agat subjecti aut complementi, ut *Est adulescentis* MAJORES NATU VERERI; *volo* UT ADULESCENS MAJORES NATU VEREATUR. Quod si oratio completiva subjecti locum tenet, dicitur subjectiva, ut in priore exemplo; sin complementi, objectiva, ut in altero. Complementum etiam indirectum esse potest. Ita: *Ardeo cupiditate incredibili* UT VENIAS, ubi oratio *ut venias* loco genitivi ponitur; nam dicitur: *ardeo cupiditate incredibili tui videndi* vel *te videndi.*—Ceterae accessoriae sunt.

2 QUANDO pro CUM rarum est.

que se burlaban de tí, cuando te leían esto, al leerte? *Nondum centum et decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est.* Id. *Off.* 2, 21, 75; todavía no ha ciento [y] diez años que L. P. promulgó la ley sobre los cohechos.

Dum, donec, quamdiu, quoad, i. e. *quamdiu*, «mientras, en tanto que, en cuanto, todo el tiempo que», *quo tempore*, «al tiempo en que», *usque dum*, «hasta que». *Dum tu sectaris apros, ego retia servo.* Verg. *B.* 3, 75. *Tribuno plebis, quoad potuit, restitit.* Cic. *C. M.* 4, 11. *At ille stultus, dum vult vocem ostendere, Emisit ore caseum.* Phaed. 1, 13, 9; queriendo hacer ostentación (alarde) de su voz: a nobis transferri potest per gerundium, quia particula *dum* significatur id quod alteri facto occasionem praebet. [1]

Antequam (ante-quam) et **priusquam (prius-quam), postquam** vel **posteāquam.** *Antequam tuas legi litteras, in legationem hominem ire cupiebam.* Cic. *Att.* 2, 7, 2.]

NB. 1. **Cum** temporale, «cuando», usurpatur frequenter cum imperfecto subjunctivi. CUM *hanc jam epistulam* COMPLICAREM, *tabellarii a vobis venerunt.* Cic. *Q. fr.* 3, 1, 5; cuando cerraba, c. estaba cerrando, al cerrar. *Tum* CUM HABERET *haec respublica Luscinos... et tum* CUM ERANT *Catones*, cet. Id. *l. Agr.* 2, 24, 64.

NB. 2. **Cum** significans instrumentum usurpatur cum indicativo; at in imperfecto, cum subjunctivo. *(Cum* instrumentale, modale, explicativum.) CUM TACENT, *clamant.* Cic. *Cat.* 1, 8, 21; callando, con su silencio, cuando c. *Cotidie meam potentiam invidiose criminabatur,* CUM DICERET, cet. Id. *Mil.* 5, 12; echábame en cara mi influencia personal, para hacerme odioso, diciendo.

NB. 3. **Dum** temporale, «mientras, al tiempo en que», nonnunquam apud poëtas et Livium cum imperf. subjunctivi reperitur. DUM *te* FUGERET *per flumina praeceps, Immanem ante pedes hydrum moritura puella Non vidit.* Verg. *G.* 4, 457. [DUM *se rex totus* AVERTERET, *alter elatam securim in caput dejecit.* Liv. 1, 40, 7.]

NB. 4. Cum **antequam** et **priusquam** pro futuro imperf. indicativi solet usurpari praesens indicativi aut subjunctivi. ANTEQUAM *pro L. Murena dicere* INSTITUO, *pro me ipso pauca dicam.* Cic. *Mur.* 1, 2. ANTEQUAM VENIAT *in Pontum, litteras ad Cn. Pompejum mittet.* Id.

1 Prima exempla particulae *donec* significantis *quamdiu* Horatiana sunt. Tacitus fere, aliquoties Livius, adhibet *donec* cum subjunct. Cf. GERBER et GREEF, *Lexicon Taciteum, donec.*

l. Agr. 2, 20, 53. [*Sine, priusquam complexum accipio, sciam ad hostem an ad filium venerim.* Liv. 2, 40, 5.[1]]

Adn. In oratione temporali rei futurae usurpatur a nobis subjunctivus; at Latine adhibetur indicativus. Quod fit etiam in relativa oratione mere temporali atque in comparativa particularum *como, según, conforme.*[2] CUM *inimici nostri venire* DICENTUR, *tum in Epirum ibo.* Cic. *Fam.* 14, 3, 4; cuando se dijere, c. se diga, en diciéndose. *(Virtutem)* QUI ADEPTUS ERIT, *ubicumque erit gentium, a nobis diligetur.* Id. *N. D.* 1, 44, 121; el que hubiere alcanzado, quien haya a., donde quiera que esté: [cf. n. **309**, II. *Me* UT *tibi* VIDEBITUR, *sepelito.* Id. *Tusc.* 1, 43, 103; como te pareciere, como te parezca. UTRUM *horum* DIXERIS (indicat.), *in eo culpa et crimen haerebit.* Id. *Verr.* 2, 5, 45, 106.]

304 Ubi particula **cum** ceteraeque tempus, condicionem et locum exprimentes indicant actionem repetitam «siempre que, todas las veces que», junguntur praeterito perfecto et plusqpf. indicativi, aliquando imperfecto et plusqpf. subjunctivi. Perfectum redditur per praesens, plusqpf. per imperfectum. *(Cum* iterativum.)

CUM *fortuna* REFLAVIT, *affligimur.* Cic. *Off.* 2, 6, 19; cuando nos es desfavorable, siempre que nos sopla con viento contrario. CUM *in jus duci debitorem* VIDISSENT, *undique convolabant.* Liv. 2, 27, 8; cuando veían, todas las veces que veían.

[Sunt hujusmodi: *postquam, quoties, simulac, ubi, si* et relativa infinita *quicumque, quocumque, quacumque, ubicumque. Quocumque aspexisti, ut furiae, sic tuae tibi occurrunt injuriae.* Cic. *Par.* 2, 18; adondequiera que vuelvas (que vuelves) los ojos, se te representan tus injusticias. *(Verres) cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica usque in cubiculum deferebatur.* Id. *Verr.* 5, 11, 27; se hacía llevar.

1 Cf. Granatensis, *Or. y Med.* p. 1. *juicio final, señales que precederán*, B. 8, 43ª: «*Primero que* este día *venga*, habrá grandes guerras». V. Cuervo. *Dicc.* 1, 487¹ b, β. Cf. seq. adn.

2 Aprendo cuando estudio; aprendí cuando estudié; aprenderé cuando *estudie*, c. *estudiare;* habré aprendido cuando *haya estudiado*, c. *hubiere estudiado.* Digo a quien encuentro, dije a quien encontré, diré a quien *encuentre* o *encontrare.* Latinam constructionem servant linguae neolatinae, dempta Castellana, Lusitana (Gallaica) et Valacha. Attamen cum certitudo facti exprimenda est, usurpatur indicativus. «El tercero (aparecimiento del Verbo divino) será *cuando* en el fin de los siglos *tornará* a venir otra vez.» Legionensis ap. CARO et CUERVO, *Gr.* p. 256.

Simulac mihi collibitum est, praesto est imago. Id. *N. D.* 1, 38, 108; luego que se me antoja. *Sin autem (ad luxuriam) etiam libidinum intemperantia accessit, duplex malum est.* Id. *Off.* 1, 34, 123.[1]]

2. Indicativus hypotheticus, sive condicionalis, et causalis

(Cf. nn. **317-322**)

305 I. Orationes condicionata et condicionalis cum nostra generatim conveniunt.[2]

Si vales, *bene* est. Cic. *passim.* Si *pace frui* volumus, *bellum* gerendum est. Id. *Phil.* 7, 6, 19. [*Adhuc certe, nisi ego insanio, stulte omnia et incaute.* Id. *Att.* 7, 10. *Si nihil aliud fecerunt, nonne satis fuit eis gratias agi?* Cic. *S. Rosc.* 37, 108. *Moriere virgis, nisi mihi signum traditur.* Id. *Verr.* 4, 39, 85; si no me entregas (al momento, ahora mismo.) *Decernatur, si placet.* Id. *Cat.* 4, 4, 7. *Si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur.* Id. *Sest.* 24, 54: cf. n. **312**, *NB.* 3.]

NB. In oratione condicionali futuri indicativi usurpatur a nobis futurum subjunctivi aut praesens indicativi.[3] *Naturam* si sequemur *ducem, nunquam aberrabimus.* Cic. *Off.* 1, 28, 100; si tomáremos por guía, si tomamos. [*Omnia a te mihi data putabo, si te valentem videro.* Id. *Fam.* 16, 13; «si yo te viere esforzado» (con fuerzas). Abril [16, 15]: cf. seq. *adn.*]

Adn. A nobis [saepe non significatur actionem orationis primariae praecedi ab actione secundariae. Quare] frequenter praesens, praeteritum et futurum imperfectum adhibentur, ubi Latine usurpatur praeteritum perfectum, plusqperfectum et futu-

1 In nonnullis editionibus mendose aliquando pro praeterito perf. futurum exactum, aut perf. subj. reperitur, v. g. *accesserit* pro *accessit, inciderint* pro *inciderunt.* De modo a Cic. et Caes. usurpato cum particulis iterativis v. Lebreton, *Caes. Synt.*, pp. 37-47.

2 Hoc est, adhibetur indicativus in oratione condicionali, in condicionata modus orationis primariae proprius, cum solum condicio fingitur sive supponitur ita ut neque affirmetur neque negetur eam expleri sive exsistere. Intellege modo ne obstet aliqua subjunctivi generalis regula. Cf. n. **313**.

Si condicio enuntiatur ut non expleta, immo exclusa per contrarium-adhibetur imperfectum et plusquamperfectum subjunctivi. Imperfectum significat tempus praesens et praeteritum, plusqperf. praeteritum.

3 *Ve, si abre los ojos; veía, si los abría; vió, si los abrió; verá, si los abriere, si los abre,* nunquam *si los abrirá,* neque, ut multi dicunt, *si los abriese.* Cf. Cuervo, *Apuntaciones,* n. 292, 3.ª edic. Cejador, *La Lengua de Cervantes,* t. I, n. 116; Caro, Cuervo, *Gr. Lat.*, p. 256, adn. in ima p.

rum perfectum: [tempora praesentia pro praeteritis.] *Carmina tum melius, cum* VENERIT *ipse, canemus.* Verg. *B.* 9, 67; cuando hubiere llegado, c. haya ll.; cuando llegare, c. llegue. RESPIRARO, *si te* VIDERO. Cic. *Att.* 2, 24, 5; respiraré, si te viere, si te veo. [*Gratum mihi* FECERIS, *si Juniae meis verbis* ERIS GRATULATUS. Id. *Fam.* 15, 8; me complacerás (te quedaré agradecido), si dieres de mi parte el parabién a J.[1] *Hau[d] desinam, donec* PERFECERO *hoc.* Ter. *Phorm.* 2, 3, 73 [419]; hasta que hubiere terminado, h. que haya terminado, h. que terminare, h. que termine, h. haber terminado, h. terminar. *Constituere nihil possum, priusquam te* VIDERO. Cic. *Att.* 16, 15, 6; antes que te viere, a. que te vea, a. de haberte visto, a. de verte, cf. n. **303**.[2]

Dicitur praesertim: *si voluero, potuero, licuerit, placuerit*, cet., cum sermo est de voluntate vel facultate. *Malevolentiae hominum in me, si poteris, occurres*; SI NON POTUERIS, *hoc te consolabere, quod*, cet. Brut. ap. Cic. *Fam.* 11, 11, 2.[3]

II. Nota locutionem *miror si, mirum est si. Minime* MIRUM, SI *ista res adhuc nostra lingua illustrata non est.* Cic. *de Or.* 2, 13, 55. — *Si modo*, «si es que, con tal que», *si quidem*, «si es que, una vez que, dado que», *si forte, si tamen*, cet. sensum particulae *si* magis definiunt: *Omnia ei obsequia polliceor, si modo rempublicam respicere volet.* Planc. ap. Cic. *Fam.* 10, 11, 3; «le hago todas las ofertas que a mí me son posibles, solamente él quiera mirar por el bien público». Abril [10, 14]. *O fortunatam rempublicam, si quidem hanc sentinam urbis ejecerit.* Cic. *Cat.* 2, 4, 7.]

306 I. Particulae condicionales praecipuae sunt **si**, et in negatione **nisi**, «si no, a no ser que, a menos que»; **si non**, cum vis additur negationi «en el caso de no; en el caso de que

1 «Me complacerías, si felicitases», SALAZAR, *Método práctico del Idioma latino*, 2, n. 218, Latinae constructioni ac proinde sententiae Tullianae minime respondet.

2 Idem intellege de subjunctivo, ut suis locis animadvertetur.

3 En paradigma indicativi condicionalis:
Hoc si dico, erro: si esto digo, me equivoco.
Hoc si dicebam, errabam (erravi): si esto decía, me equivocaba (me equivoqué).
Hoc si dixi, erravi: si esto dije, me equivoqué, etc.
Hoc si dixeram, erraveram: si esto había dicho, me había equivocado.
Hoc si dices, errabis:
Hoc si dixeris, erratis: } si esto dijeres, si esto dices, te equivocarás.
Hoc si dixero, erravero: (si hubiere dicho esto, me habré equivocado) si dijere esto, me equivocaré.

no». (*Aequitas*) *tollitur omnis*, SI *habere suum cuique* NON *licet*. Cic. *Off.* 2, 22, 78. Invenitur etiam **ni**, «si no» praesertim apud priscos et cum certis locutionibus, v. g. *moriar*, NI *hoc ita est*.[1] [Etiam dicitur *nisi si*, «excepto si», et *nisi forte*, *nisi vero*, quibus sententia praecedens vel corrigitur vel restringitur; sed *nisi vero* semper dicitur per ironiam. *Noli putare me ad quemquam longiores epistulas scribere, nisi si quis ad me plura scripsit*. Cic. *Fam.* 14, 2, 1; excepto si alguno, «si no es cuando alg.» Abril. *An est quisquam qui hoc ignoret?... Nisi vero existimatis dementem P. Africanum fuisse*. Id. *Mil.* 3, 8.]

II. **Sin, sin autem, si vero**[2] sunt apud nos «mas si, pero si (y si)». *Hunc mihi timorem eripe; si est verus, ne opprimar;* SIN *falsus, ut tandem aliquando timere desinam*. Cic. *Cat.* 1, 7, 18. [*Id si ita est, omnia faciliora;* SIN *aliter, magnum negotium*. Id. *Fam.* 11, 14, 3; pero si de otra manera, «pero si no». Abril.]

III. **Si minus, sin minus, si non** exprimunt oppositionem ad alterum membrum exponunturque per «pero si no (y si no)»: *Si mihi veniam (Caesar) dederit, utar illius condicione;* SI MINUS, *impetrabo aliquid a me ipso*. Cic. *Att.* 9, 15, 1. [*Si feceris id quod ostendis, magnam habebo gratiam;* SI NON *feceris, ignoscam*. Id. *Fam.* 5, 19, 2. *Si quid novisti rectius istis, Candidus imperti;* SI NON, *his utere mecum*. Hor. *Ep.* 1, 6, 68. Si verbum ut in hoc exemplo subauditur in altero membro, dicitur saepius *si minus, sin minus*. — **Si non** et, praesertim sine verbo, **si minus**, additis nonnunquam in condicionata *at (at tamen, at certe)*, est «si no—a lo menos». SI *mihi republica bona frui* NON *licuerit*, AT *carebo mala*. Cic. *Mil.* 34, 93. *Hoc, si minus verbis, re confiteri cogitur*. Id. *Fat.* 10, 23. *Statui adhibere aliquam modicam consolationem, quae levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset*. Id. *Fam.* 5, 16, 1; darte algún pequeño consuelo, que a lo menos aliviase tu pena, si no podía quitártela.[3]

IV. Orationi condicionatae sensus negativi additur exceptio ope particulae **nisi, nisi tamen**, «tan sólo, sino que», cum indicativo. *De re nihil possum judicare;* NISI *illud mihi certe* PERSUADEO, *te, talem virum, nihil temere fecisse*. Cic. *Fam.* 13, 73, 2; «no sé qué decirme del caso; sino que yo tengo por cierto que una persona tan

1 *Ni* frequens est apud Sall. et Liv., non ita ap. Cic. Ap. Caes. et Nep. non legitur.

2 *Sin vero* est aevi sequioris, v. g. Columell. 7, 3, 11.

3 *Ya que no*, ut est apud Abril, nimis absolute dicitur.

grave como tú no» lo hizo «sin gran causa». Abril [13, 71]. Cf. Sall. *J.* 24, 5: *nisi tamen intellego.* [1] **Nisi quod** additur etiam condicionatae affirmativae. *Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt,* NISI QUOD *in philosophia vehementer ab eo* DISSENTIO. Cic. *Fam.* 13, 1, 2; «salvo que en lo que a la filosofía toca soy de muy diferente opinión». Abril.]

V. Adhibetur indicativus cum **sive — sive**, ya — ya, ora — ora, tanto si — como si. *Impia consuetudo est contra deos disputandi,* SIVE *ex animo id* FIT, SIVE *simulate.* Cic. *N. D.* 2, 67, 168; ya fingiéndolo.[2]

307 Particulae causales **quod, quia**, porque, **quoniam**, et **quando**, dado que, ya que, junguntur indicativo cum exprimunt causam vel occasionem quae a colloquente affirmatur. [*Quod* et *quia* causam seu rationem, *quoniam* et *quando* occasionem exprimunt.]

Quod abes gratulor: vel QUIA *non* VIDES *ea quae nos, vel* QUOD *excelso et illustri loco* SITA EST *laus tua.* Cic. *Fam.* 2, 5, 1. [*Meque, quoniam ita tu vis, nimium gratum esse concedam.* Id. *Planc.* 33, 82. *Libertate Decembri, Quando ita majores voluerunt, utere.* Hor. *S.* 2, 7, 4. Sunt hujus loci et cum emphasi usurpantur **quoniam quidem** et **quandoquidem**. *Sane gaudeo quod te interpellavi, quoniam quidem tam pulchrum mihi dedisti judicii tui testimonium.* Cic. *Leg.* 3, 1, 1.[3]]

NB. Cum verbis quae significant laudem, vituperationem, accusationem, admirationem usurpatur *quod,* non vero *quia.* QUOD ABES *gratulor.* Cic. *Fam.* 2, 5, 1. [*Quod spiratis, quod vocem mittitis indignantur.* Liv. 4, 3, 8. — Item adhibetur *quod* cum verbis affectuum, quae etiam infinitivum admittunt: n. **346.**]

1 Locutio nostra «no hacer otra cosa sino, no h. otra cosa que», sequente infinito, dicitur Latine *nihil aliud facere (agere) nisi,* cum verbo in eadem persona et tempore quo *facio. Nihil aliud fecerunt,* NISI *rem* DETULERUNT. Cic. *S. Rosc.* 37.

2 SIVE *enim ad sapientiam perveniri* POTEST, *non paranda solum ea, sed fruenda etiam est;* SIVE *hoc difficile* EST, *tamen nec modus est ullus investigandi veri.* Cic. *Fin.* 1, 1, 3: o se puede llegar a la posesión de la sabiduría, y entonces no solamente se ha de adquirir, sino también de disfrutar; o ésto es difícil, y con todo no se ha de poner término a la investigación de lo verdadero. («o... y entonces—; o... y entonces» aut simplicius «si — si.»)

3 In re judiciaria pro **quando** aut **quandoquidem** etiam dicitur **quandoque**: cf. Cic. *Verr.* 2, 3, 80, 187, Liv. 9, 10, 9.

3. Indicativus post particulas concessivas, comparativus, relativus
(Cf. nn. **324-325, 330-331**)

308 I. **Quamquam, etsi**, «aunque», **tametsi (tamenetsi**, priscum et familiare), «aun cuando, bien que», indicativo adhaerent, nisi obstat praeceptum aliquod generale subjunctivi.[1]

Quamquam *omnis virtus nos ad se* allicit, *tamen justitia et liberalitas id maxime efficit*, cet. Cic. *Off.* 1, 17, 56. [*At Caesar*, etsi *nondum eorum consilia* cognoverat, *tamen... fore id quod accidit suspicabatur*. Caes. *G.* 4, 31, 1. *Quod* tametsi *miserum et indignum* est, *feret tamen aequo animo*. Cic. *S. Rosc.* 17, 49. Cf. n. **319**.]

NB. *Quamquam* cum subjunctivo fere poëtarum est aevique recentioris. Quamquam moveretur *his vocibus, manu tamen abnuit quicquam opis in se esse*. Liv. 36, 34, 6. [—*Quamquam*, rarius *etsi* et *tametsi*, «mas, pero», absolute posita, h. e. tanquam oratio praecipua, superioris sententiae sensum restringunt aut corrigunt. *(Senex) diu vixit. Quamquam, o dii boni! quid est in hominis vita diu?* Cic. *C. M.* 19, 69.]

II. Ab aetatis sequioris auctoribus particulae concessivae junguntur participiis, adjectivis aliisque orationis circumscriptionibus. *(Caesar)* quamquam *obsidione Massiliae...* retardante, *brevi tamen omnia subegit*. Suet. *Jul.* 34. [*(Cicero) immanitatem parricidii, quamquam per se manifestam, tamen etiam vi orationis exaggerat*. Quint. 9, 2, 53. Sed *quamvis* cum adjectivo etiam apud antiquiores invenitur cum hac significatione: «por más — que sea (fuese).» *Eo si onere carerem, quamvis parvis Italiae latebris contentus essem*. Cic. *Fam.* 2, 16, 2; con cualquier rincón (escondrijo), por pequeño que fuese.[2]

III. Similitudinem exprimunt **ut, uti, sicut, velut, tanquam**

1 V. c. *Vi regere patriam* quamquam possis, *tamen importunum est*. Sall. *J.* 3, 2 (subjunct. secundae pers. indefinitae; n. **314**). Apud Terent. *Eun.* 246 [2, 1, 10]: *Memini*, tametsi *nullus* moneas: cf. n. **319**. Quae restrictio etiam de aliis particulis indicativi intellegenda est. «*Etsi*, *quanquam* principiis librorum, orationum atque epistolarum», inquit Alvarus, «accommodatissima sunt subsequente particula *tamen*... *Tametsi* vix initio librorum aut orationum invenies; apud Ciceronem *Fam.* 1, 5, 1, epistolam ad Lentulum inchoat: *Tametsi mihi nihil fuit optatius*,» cet. n. **411**.

2 «En cualquier rincón de Italia me retiraría de buena gana», ut transfert Abril, respondet Latinis verbis: *quibuslibet Italiae latebris*, minime *quamvis parvis*.

et **quasi**, itidem **ceu** apud poëtas et recentiores, «como, así como»; in duplici autem oratione vel membro **ut, uti, sicut, velut, quemadmodum**, raro *quasi*, *quomodo*, *tanquam* — **ita, sic, item**. Quae cum indicativo junguntur.

Exempla passim occurunt, v. c. apud Ciceronem, *C.M.* 19, 71. — UT *quidque est optimum*, ITA *est rarissimum* idem sonat quod: QUO *quidque est melius*, EO *est rarius*.]

309 I. Oratio relativa est modi indicativi, cum nihil aliud facit quam determinat seu definit antecedens. QUI *tum eos agros* UBI (=*in quibus*) *hodie* EST *haec urbs* INCOLEBANT. Cic. *Rep.* 2, 2, 4. [*Politus iis artibus quas* QUI TENENT *eruditi appellantur*. Id. *Fin.* 1, 7, 26.]

NB. Maxime apud recentiores relativum jungitur aliquando cum imperfecto et plusqpfecto subjunctivi pro indicativi. QUAE *regi* PORTARENTUR *abripiebat*. Nep. *Dat.* 4, 2. [*Nec* QUOD STATUTUM ESSET *manebat*. Liv. 21, 58, 7.]

II. Ponuntur in indicativo sententiae relativae indefinitae, tam pronominales quam adverbiales; i. e. quae constant ex pronominibus vel adverbiis, [ortis fere ex vocis duplicatione aut additione terminationis *cumque*] ubi nos conjunctivum frequenter usurpamus.

QUIDQUID *id* EST, *timeo Danaos et dona ferentes*. Verg. *Aen.* 2, 49; sea ello lo que fuere [1]. [*(Virtutem) qui adeptus erit*, UBICUMQUE ERIT *gentium, a nobis diligetur*. Cic. *N. D.* 1, 44, 121; cf. n. **303**, *Adn.*

Huc spectant: *quicumque, quisquis* etiam *cuicuimodi, uter, quotquot, ubicumque, quocumque, qualiscumque, quantuscumque* et cetera ex adjectione *cumque* nata; item *quam*. *Quoquo consilio fecit, fecit certe suo*. Cic. *Rab. P.* 8, 21. *Velim omnia quam diligentissime, cuicuimodi sunt, scribas*. Id. *Att.* 3, 22, 4. *Quam volent illi cedant*. Id. *Phil.* 2, 44, 113; cuanto quieran, c. quisieren.]

1 Non recte OCHOA: «Sea *de* él lo que fuere» pro «sea él» (el caballo); agitur enim de re objecta, non de actione.

CAPUT VIII. DE SUBJUNCTIVO [1]

I. SUBJUNCTIVUS IN ORATIONE PRIMARIA

1. SUBJUNCTIVUS CONCESSIVUS SIVE PERMISSIVUS, DELIBERATIVUS SEU DUBITATIVUS, POTENTIALIS

310 Adhibetur conjunctivus ad exprimendam **concessionem, permissionem, suppositionem**. Negationi adjungitur *ne*. Tempora eadem sunt quae apud nos.

Haec SINT *falsa sane, invidiosa certe non sunt.* Cic. *Ac.* 2, 32, 105; sea falso enhorabuena, ciertamente odioso no lo es. VENDAT *aedes vir bonus propter aliqua vitia quae ipse norit, ceteri ignorent.* Id. *Off.* 3, 13, 54; «supongamos que un hombre de bien vende una casa por algunas faltas que tiene, que solo él las sabe y los demás ignoran». Valbuena. [«*Seditiosus homo Cn. Carbo fuit.*» FUERIT *aliis: quando tibi esse coepit?* Id. *Verr.* 2, 1, 14, 37. *Verum anceps pugnae fuerat fortuna;* FUISSET. Verg. *Aen.* 4, 603; pero habría sido dudosa la suerte del combate: que lo hubiera sido; *fuerat* pro *fuisset:* n. **302**. NE SIT *sane summum malum dolor; malum certe est.* Cic. *Tusc.* 2, 5, 14. VICISSENT *improbos boni: quid deinde?* Id. *Sest.* 19, 43.]

311 I. Adhibetur subjunctivus interrogando, ad id significandum **quod debet** aut **potest evenire**, saepe cum significatione rei dubiae vel non eventurae. [Et solet verbis *debeo* et *possum* explicari. Praesens et futurum ad rem praesentem aut futurum referuntur, imperfectum, raro perf., et plusqpfectum ad praeteritam.]

An ego non PROVIDEAM *meis civibus?* Cic. *Phil.* 6, 6, 17; ¿acaso no debo mirar por, no he de mirar por—? [2] *Cum illo quis* NEGET *actum*

1 Subjunctivus rem non ut factam sed ut mente solum conceptam generatim exprimit aut optatam; v. g. *Socrates contentius ambulat, ut famem obsōnet;* para excitar el apetito. *Paulo majora canamus.* In nonnullis tamen subordinatis propositionibus adhibetur subjunctivus, cum sermo est de re quae enuntiatur ut exsistens; v. g. *Socrates ita contentius ambulavit, ut famem obsonaret.* Subjunctivus autem ita dictus est, quod alteri verbo generatim *subjungitur.* Tempora cum ipso modo traduntur.

2 Etiam aliquando: *¿no miraré por?* Cf. Nonell, *Gram. Cast.* n. 296, III.

esse praeclare? Id. *Lael.* 3, 11; ¿quién negará, quién podrá negar que le fué perfectamente? [ELOQUAR *an* SILEAM? Verg. *Aen.* 3, 39; i. e. *eloqui an silere debeo?* [1] *Quis cladem illius noctis, quis funere fando* EXPLICET, *aut* POSSIT *lacrimis aequare dolores? Ib.* 2, 361; «*possit aequare et aequet* idem valent»: ALVAR. n. 49. *Quis Martem tunica tectum adamantina Digne* SCRIPSERIT? Hor. *C.* 1, 6, 13; i. e. *quis scribat? quis scribere possit?* ¿quién podrá describir? in futuro, pro quo in passiva et cum deponentibus adhibetur praesens [2] *Tu denique, Labiene, quid* FACERES *tali in re ac tempore?* Cic. *C. Rab.* 8, 22; ¿qué pudieras hacer? *Ego tibi* IRASCERER? *tibi ego* POSSEM *irasci?* Id. *Q. fr.* 1, 3, 1. *Ego te videre* NOLUERIM? respondetur affirmationi: *tu me videre noluisti. Ib.* 1, 3, 1; ¿yo no he de haber querido verte? ¿que yo no haya querido verte? *Mihi cujusquam salus tanti* FUISSET, *ut meam neglegerem?* Id. *Sull.* 16, 45; ¿debía yo haber tenido en tanto?

NB. Cum significatur rem fieri non posse, adhiberi potest per ellipsim particula *ut*, ad urgendam interrogationem. *Tu* UT *unquam te* CORRIGAS? Cic. *Cat.* 1, 9, 22; ¿tú enmendarte? i. e. *fieri potest ut*, cet.? *Egone* UT *te* INTERPELLEM? Id. *Tusc.* 2, 18, 42; ¿yo interrumpirte? [3]]

II. Adhibetur etiam conjunctivus ad rem **quae fieri posset** (meramente posible) designandam, praesertim cum subjecto indefinito pronominis et secundae personae. Praesens saepe rem futurum significat.

ROGES *me quid aut quale sit Deus.* Cic. *N. D.* 1, 22, 60; me preguntarás, podrás preguntarme. «*O stultum hominem*» DIXERIT QUISPIAM. Cic. *Off.* 3, 27, 100; dirá alguno, alguien podrá decir. [*Confecto proelio, tum vero cerneres quanta audacia fuisset in exercitu Catilinae.* Sall. *C.* 61, 1; entonces sí que vieras, pudieras ver, se podía ver.]

NB. Futurum perfectum subjunctivi potentialis ostendit modeste judicium, fere in prima persona. *Hoc vero sine ulla dubitatione* CONFIRMAVERIM, *(eloquentiam) rem unam esse omnium dificillimam.* Cic. *Brut.* 6, 25; defendería, osaría defender. [*Nemo suaserit studiosis dicendi adulescentibus, in gestu discendo histrionum more elaborare.* Cic. *de Or.* 1, 59, 251; nadie aconsejará, se atreverá a aconsejar. Huc pertinent praemunitiones illae quibus veniam pacemque praefa-

1 ¿Callaré o hablaré? GRANADA, *Guía*, 1, 4 initio. B. 6, 23².

2 *Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni?* est futurum exactum indicativi: ¿habrá muerto a hierro Príamo (sin más, sin ser vengado)? V. Verg a carm. 577 ad 582 *Aen.* 2, et recentiores interpretes

3 *An* et *ne* non sunt propria subjunctivi potentialis, sed interrogationi communia.

mur: *pace tua, pace magistri dixerim* (etiam invenies *pace tua dicam:* lo diré.)]

2. Subjunctivus optativus et hortativus

312 I. Subjunctivus **voluntatem optatum**que exprimit, et in prima persona plurali mutuam **hortationem**. Tempora Latina et nostra eadem sunt. Praesens et perfectum votum rei significant quae fieri posse existimatur, contra imperfectum et plusqpfectum.

Valeant *cives mei* (valeant), sint *incolumes*, sint *florentes*, sint *beati*. Cic. *Mil.* 34, 93. Amemus *patriam*. Id. *Sest.* 68, 143. [*Dii te* perduint, *fugitive*. Id. *Dej.* 7, 21. *Omnia di* facerent, *essent communia nobis*. Ov. *M.* 9, 490. — Subjunctivus hortativus invenitur in stilo familiari etiam cum secunda persona. *Cautus sis, mi Tiro*. Cic. *Fam.* 16, 9, 4. Cf. n. **339**.]

II. Similiter dicitur *velim, nolim, malim*. «quisiera, no quisiera, prefiriera», de optato quod expleri potest: *vellem, nollem, mallem* de voto cui satisfieri nequit. Nolim *ita existimes*. Cic. *Att.* 2, 1, 6; no quisiera, no querría. *Quam* vellem *Romae mansisses! Ib.* 2, 22, 1. [*Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae*. Verg. *Aen.* 2, 104; poët. pro *vellet, mercarentur*. Hic subjunctivus conjunctiones non respuit quae natura sua indicativum habent. *Camillus, quamquam exercitum assuetum imperio mallet, nihil recusavit*. Liv. 6, 9, 6; aunque más bien deseara, a. más bien hubiera deseado. — Eodem pacto *cuperem*, Cic. *Att.* 4, 16, 7.]

NB. 1. Ad vim augendam additur optativo **utinam**; in negatione adhibetur **ne**. Utinam *ego tertius vobis amicus* adscriberer! Cic. *Tusc.* 5, 22, 63; ojalá fuera (yo) admitido en vuestra compañía como un tercer amigo, fuese yo contado entre vosotros como. *Quod* utinam ne *in mentem incidisset!* Ter. *Phorm.* 157 [1, 3, 5]. [Ne vivam, *si tibi concedo ut*, cet. Cic. *Fam.* 7, 23, 4, in jurandi vel imprecandi formulis. **Utinam non** rarum est: *Haec ad te die natali meo scripsi; quo utinam susceptus non essem!* Cic. *Att.* 11, 9, 3.

NB. 2. Praeter **utinam**, sunt optandi particulae apud poëtas: **o utinam, o si**, raro **si, sic; ut** apud priscos et poëtas. Omnes autem fere cum praesente junguntur. O utinam... obrutus *insanis* esset *adulter aquis!* Ov. *Her.* 1, 5, 6. O *mihi praeteritos* referat si *Juppiter annos!* V. *Aen.* 8, 560; cum praesente pro imperf. «Oh! si Júpiter me restituyese a mis pasados a.!» Ochoa. Si *nunc se nobis ille*

aureus arbore ramus OSTENDAT! *Ib.* 6, 187. UT *illum di deaeque senium* PERDANT! Ter. *Eun.* 302 [2, 3, 10]; acaben con aquel vejete. SIC *tua Cyrnaeas* FUGIANT *examina taxos!* Verg. *B.* 9, 30; así huyan tus enjambres. *Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo.* Cic. *Fam.* 16, 20: «así viva yo, amado T., como me tiene puesto en congoja tu salud.» Abril; i. e. es así verdad, como que yo vivo, que me tiene solícito tu salud. Et sequente particula *ut: Ita me di ament, ut ego nunc... laetor.* Ter. *Haut.* 686. — Nota hujusmodi exempla: *O morem praeclarum disciplinamque quam a majoribus accepimus, si quidem teneremus!* Cic. *Flacc.* 7, 15; ¡ojalá la conserváramos!

NB. 3. Invenitur etiam optativus qui refertur ad tempus praeteritum, estque affinis potentiali et imperativo. *Hac Trojana tenus* FUERIT *fortuna* SECUTA. Verg. *Aen.* 6, 62; ¡ojalá que nos haya sólo hasta aquí perseguido la mala suerte de Tr.! *Eisdem ex libris perspicies et quae gesserim et quae dixerim; aut* NE POPOSCISSES. Cic. *Att.* 2, 1, 3; o no los hubieras p.[1]].

II. SUBJUNCTIVUS IN ORATIONE SECUNDARIA [2]

1. PRAECEPTA SUBJUNCTIVI PROPOSITIONIBUS SECUNDARIIS COMMUNIA

313 I. Subjunctivo adhaerent orationes tum relativae tum conjunctionales quae ad alienam sententiam referuntur, i. e. quae exprimunt **cogitationem alterius**, non ipsius scriptoris aut colloquentis. (*Oratio obliqua* late sumpta.)

Zeno appellat beatam vitam eam solam, QUAE *cum virtute* DEGATUR: cf. Cic. *Fin.* 4, 12, 30; scriptor solum profert sententiam Zenonis, quam neque affirmat neque negat. *Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria,* QUOD *praeter modum justus* ESSET? Cic. *Tusc.* 5, 36, 105; porque (en sentir de los Atenienses) era demasiado justo; ratio

1 En conspectus optativi conjunctivi:

Utinam adsis! ¡Ojalá estés (estuvieras) presente (ahora, para tal día): exprimit votum rei praesentis vel futurae quae fieri potest.

Utinam affueris! ¡Ojalá hayas estado presente! (antes): exprimit votum rei praeteritae quae fieri potuit.

Utinam adesses! ¡Ojalá estuvieses pr.! (ahora, para tal día): exprimit votum rei praesentis aut futurae, quae fieri non potest.

Utinam affuisses! ¡Ojalá hubieras estado pr.! (antes): exprimit votum rei praeteritae quae fieri non potuit.

2 Paragraphi I-VI sunt de oratione accessoria; VII, VIII de completiva

exprimitur ut ab Atheniensibus allata; sententiam vero suam reticet Cicero. [*Poetus omnes libros*, QUOS *frater suus* RELIQUISSET, *mihi donavit*. Id. *Att.* 2, 1, 12; que según él su hermano había dejado, que él decía que su hermano h. d. *Noctu ambulabat in publico Themistocles*, QUOD *somnum capere non* POSSET. Id. *Tusc.* 4, 19, 44; sc. haec ratio a Themistocle afferebatur: scriptor vero si suae affirmationis *ambulabat)* voluisset ex sua mente rationem exprimere, dixisset: *quod non poterat*. (Nota in causali oratione cum verbis dicendi atque existimandi: *Cum Hannibalis permissu exisset de castris, rediit paulo post, quod* SE OBLITUM *nescio quid* DICERET. Cic. *Off.* 1, 13; *quod esset oblitus, ut dicebat. Legatos suos multi (praetores) de provincia decedere jusserunt, quod illorum culpa* SE *minus commode* AUDIRE ARBITRARENTUR. Id. *Verr.* 3, 58, 134.) *(Romani) tamen,* QUIA *consules ad id locorum prospere rem* GERERENT, *minus his cladibus commovebantur*. Liv. 25, 22, 1; porque veían que a los cónsules hasta allí les iba bien. [1]

NB. Historici non raro imperfecto et plusqperfecto indicativi utuntur in propositionibus quae alienam opinionem declarant. *(Themistocles) certiorem eum fecit, id agi ut pons* QUEM *ille in Hellesponto* FECERAT, *dissolveretur*. Nep. *Them.* 5, 1; illud *quem fecerat* verba sunt Themistoclis.]

II. Etiam subjunctivum postulant orationes secundariae quae exprimunt quid antea scriptor ipse senserit, modo ne id nunc asseveret.

(Res) nulla major occurrebat, quam SI *optimarum artium viam* TRADEREM *meis civibus*. Cic. *Div.* 2, 1, 1. [*Haec omnia occurrebant, colles campique et Tiberis et assueta oculis regio et hoc caelum, sub* QUO NATUS EDUCATUS*que* ESSEM. Liv. 5, 54, 3.]

III. In subjunctivo ponuntur orationes secundariae quae pendent ab infinitivo aut subjunctivo, eorumque sensum mere perficiunt et complent. [2]

1 Cf. Nieremberg: «Ofreciéronle (los turcos piratas al P. Andrés Gualdames) honras, puestos y riquezas, *si*, dejada la fe de Cristo, *abrazase* la suya de Mahoma, y *fuese* su predicador.» *Varones ilustres de la C. de J.*, t. 2, p. 456, Bilbao, 1889. Ribaden.: «Habiéndose determinado (el prefecto) de atraerla a su voluntad (a Sta. Inés) con halagos y promesas, y *si* estas no *bastasen* con espantos y tormentos; envió sus ministros de justicia por ella.» *Flos.* En. 21, *Sta. Inés*, n. 2.

2 Sc. adhibetur subjunct. in his secundariis orationibus conjunctionalibus et relativis stili obliqui, cum eae pars sunt notionis ipsius quam exprimit infinitus aut subjunctivus. Cum vero aliquid absolutum aut independens significant, aut nomen praecedens tantummodo explicant, indicativo efferuntur: cf. **hic**, IV. Generatim dici potest indicativum adhiberi ad rem certam aut sententiam auctoris, subjunctivum ad rem indefinitam significandam.

Ennius non censet lugendam esse mortem, QUAM *immortalitas* CONSEQUATUR. Cic. *C. M.* 20, 71; sine infinitivo: *non est lugenda mors, quam immortalitas consequitur. Ariovistus respondit:* SI (*Galli*) *iterum experiri* VELINT, *se iterum paratum esse decertare.* Caes. *G.* 1, 44, 1-4; in oratione recta: *si iterum experiri volunt, iterum paratus sum d. Quod me amicissime admones, ut me integrum*, QUOAD POSSIM, *servem, gratum est.* Cic. *Att.* 7, 26, 2; sine dependentia: *me integrum, quoad potero, servabo:* cf. seq. *NB.* [*Potentis est facere quod velit*, et *potens facit quod vult;* es del poderoso hacer lo que *quiera*, el poderoso hace lo que *quiere. Rogavit ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur.* Id. *Div.* 1, 27, 57; *quoniam mihi vivo non subvenisti, mortem meam ne inultam esse passus sis. Sapiens non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita.* Id. *Fin.* 1, 19, 62; *sapiens, si ita melius est, migrat e vita. Virtus facit ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur.* Id. *Off.* 1, 17, 56.

Exceptiones rarae sunt, maxime apud scriptores probatissimos. Tanta vero modorum attractio est, ut etiam subjunct. adhibeatur post orationem subjunctivam, ubi locus est indicativo; aut infinitivus pro subjunctivo post orationem infinitivam. *Accidit ut nonnulli milites* QUI *in silvas* DISCESSISSENT, *repentino equitum adventu interciperentur.* Caes. *G.* 5, 39, 2; pro *qui discesserant:* cf. IV. *Cives nos eorum esse et,* SI *non easdem opes* HABERE, *eandem patriam incolere.* Liv. 4, 3, 3.]

IV. Sin autem suam ipsius scriptor sententiam vult expromere vel aliquid aperte affirmare aut definite significare, indicativo utitur. *Apud Hypanim fluvium*, QUI *ab Europae parte in Pontum* INFLUIT, *Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant.* Cic. *Tusc.* 1, 39, 94; *qui influit* est affirmatio Ciceronis, *quae vivant* Aristotelis. [*Non intellego quam ob rem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint.* Id. *Cat.* 2, 10, 21. *Eloquendi vis efficit ut ea quae scimus alios docere possimus.* Id. *N. D.* 2, 59, 148. *Nolite arbitrari... me*, CUM *a vobis* DISCESSERO... *nullum fore.* Id. *C. M.* 22, 79.

NB. Futurum imperfectum indicativi orationis dependentis, quae propter infinitivum mutanda sit in subjunctivum, ponitur in praesente (et imperfecto); futurum perfectum ponitur in praeterito perfecto (et plusqp.). Sic: *Naturam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus* erit: DOCET *Tullius, naturam* SI SEQUAMUR *ducem, nunquam nos aberraturos:* (AJEBAT *Cicero, naturam* SI SEQUEREMUR *ducem, nunquam nos aberraturos.*) *Roscius facile egestatem suam feret, si hac indigna suspicione liberatus erit* sic mutabitur: *Roscius facile egestatem suam se laturum* PUTAT, SI *hac indigna suspicione* LIBERATUS SIT. Cic. *S. Rosc.* 44, 128,

si se viere libre; (*Roscius facile egestatem suam se laturum* PUTAVIT, SI *hac indigna suspicione* LIBERATUS ESSET.) *In qua (clava)* ERAT *scriptum: nisi domum* REVERTERETUR, *se capitis eum damnaturos.* Nep. *Paus.* 3, 4; = *nisi domum revertēre, te c. damnabimus.* COGITASTI, SI EI REDDIDISSES, *te minus habiturum.* Cic. *Verr.* 4, 12, 29.]

314 Usurpatur subjunctivus **cum secunda persona indeterminata** in orationibus condicionata et condicionali aut in sola condicionali, in aliisque dependentibus conjunctionalibus et relativis.

(Aequabilitātem) conservare non POSSIS, SI *aliorum naturam imitans* OMITTAS *tuam.* Cic. *Off.* 1, 31, 111; [no podrás, no podrá uno, no podremos, no se podrá conservar la uniformidad, si por imitar el natural de los demás, descuidas (descuidares), uno descuida (descuidare), descuidamos (descuidáremos), se descuida (descuidare) el tuyo, el suyo, el nuestro;] pro *conservare non possumus, si omittimus*: cf. n. **305**, *NB. Memoria minuitur,* NISI *eam* EXERCEAS. Id. *C. M.* 7, 21; i. e. *nisi exercetur, nisi eam exercemus.* [*Bonus tantummodo segnior fit, ubi neglegas.* Sall. *J.* 31, 28; i. e. *ubi neglegitur. Vi quidem regere patriam, quamquam possis, tamen importunum est. Ib.* 3, 2. *Tantum remanet quod virtute et recte factis consecutus sis.* Cic. *C. M.* 19, 69; pro *consecuti sumus* vel *consecutus aliquis est.* Subjectum indefinitum secundae pers. invenitur etiam in subjunctivo potentiali, item in praeceptis et prohibitionibus.]

2. SUBJUNCTIVUS TEMPORALIS
(Cf. nn. **303-304**)

315 I. **Cum** seriem factorum in narratione conectens, «como», jungitur cum imperfecto et plusqpfecto subjunctivi, redditurque saepissime per gerundium, v. g. *cum videret,* «como viese» aut «viendo»; *cum vidisset,* «c. hubiese visto, habiendo visto». (*Cum* narrativum seu historicum.)

(Epaminondas) CUM VICISSET *Lacedaemonios apud Mantineam, atque ipse gravi vulnere exanimari se* VIDERET, *quaesivit salvusne esset clipeus.* CUM *salvum esse flentes sui* RESPONDISSENT, cet. Cic. *Fin.* 2, 30, 97; habiéndole res-

pondido, como le hubiesen respondido (respondiéndole, como le respondiesen: cf. n. **305**, *adn*). Exempla passim occurrunt. Cf. n. **303**, *NB*. 1.

II. Adhibetur semper subjunctivus post locutionem *audivi, auditum est*, cet. *cum*, fere semper post *fuit tempus cum* vel *fuit cum, erit illud tempus, dies*, cet. *cum;* [hubo un tiempo en que, tiempo vendrá en que, t. será cuando. *(Cum* relativum.)]

Saepe ex eo audivi, CUM DICERET. Cic. *de Or.* 2, 33, 144; le oí decir. *Fuit tempus illud,* CUM ARBITRARER, cet. *Ib.* 1, 1, 1. [*Saepe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat. Ib.* 1, 28, 129. — *Fuit quoddam tempus, cum in agris homines vagabantur.* Id. *Inv.* 1, 2, 2. Cum haec locutio aut verbis aut solo sensu negativa est, semper subjunctivus adhibetur. Cf. Cic. *Mur.* 38, 62.— Pari modo: *Incidunt saepe causae cum repugnare utilitas honestati videatur.* Cic. *Off.* 3, 12, 50.]

III. **Dum, donec,** «mientras, i. e. para que entretanto», et **dum, quoad,** «hasta que, hasta tanto que», finem aut propositum exprimentia postulant subjunctivum; [sc. in re sperata et intenta.]

Ut spatium intercedere posset, DUM *milites* CONVENIRENT, *legatis respondit.* Caes. *G.* 1, 7, 5; a fin de que pudiese mediar un cierto espacio de tiempo en que (para que) entretanto se juntasen: *dum* valet *ut interea.* DUM *mihi a te litterae* VENIANT, *in Italia morabor.* Cic. *Fam.* 11, 23, 2. [*(Iratis) subtrahendi sunt ii in quos impetum conantur facere,* DUM *se ipsi* COLLIGANT. Cic. *Tusc.* 4, 36, 78; hasta que se reporten, hasta tanto que recobren la serenidad. *(Caesar) interea, quoad munita hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit.* Caes. *G.* 5, 24, 8.

NB. At in sermone familiari praesens subjunctivi ad indicativi transire potest. *Ego in Arcano opperior,* DUM *ista* COGNOSCO. Cic. *Att.* 10, 3. Sic *exspecta dum redeam, exspecta dum redeo. Exspecta dum redibo* archaicum est. — *Dum* et *donec,* antiquitus *donicum,* «hasta que», nunquam adhaerent plusqperfecto indicativi, sed conjunctivi. *Trepidationis aliquantum (elephanti) edebant, donec quietem ipse timor circumspectantibus aquam fecisset.* Liv. 21, 28, 11.]

316 I. **Antequam** et **priusquam** adhibentur cum praesente subjunctivi [cumque plusqperfecto indicativi aut conjunctivi], si de re agitur quae fieri solet.

Tempestas minatur ANTEQUAM SURGAT. Sen. *Ep.* 103, 2. [*Qui erant*

rerum capitalium condemnati non prius hanc civitatem amittebant, quam ERANT *in eam* RECEPTI, *quo mutandi soli causa venerant.* Cic. *Dom.* 30, 78. *Neque avelli, utique ab notis,* PRIUSQUAM *ordine omnia* INQUISISSENT, *poterant.* Liv. 22, 7, 11. — Sed cum mere tempus significatur, praeteritum plusquamperfectum semper, imperfectum fere semper in subjunctivo ponuntur, alia tempora raro admodum. At v. **303**, *NB.* 4.[1] *Antequam homines nefarii de meo adventu audire potuissent, in Macedoniam ad Planciumque perrexi.* Cic. Planc. 41, 98. *Paucis ante diebus quam Syracusae caperentur, Otacilius cum quinqueremibus octoginta Uticam ab Lilybaeo transmisit.* Liv. 25, 31, 12.]

II. *Ante —, citius —, prius —, quam,* item *potius quam,* usurpata ad id significandum quod fieri non potest, vel omnino fugiendum est, junguntur subjunctivo.

ANTE *leves ergo pascentur in aethere cervi,...* QUAM *nostro illius* LABATUR *pectore vultus.* Verg. B. 1, 59. [*(Aegyptii) quamvis carnificinam potius subierint, quam ibim aut aspidem aut faelem violent.* Cic. Tusc. 5 27, 78. *Prius paene quam ipsi liberi sitis, dominari jam in adversarios vultis.* Liv. 3, 53, 7.]

3. SUBJUNCTIVUS CONDICIONALIS ET CAUSALIS

(Cf. nn. **305 - 307**)

317 I. Cf. n. **305**, I.

Plura SCRIBEREM, SI *ipse* POSSEM. Cic. *Att.* 8, 15, 3; si pudiese por mí mismo: [i. e. *non plura scribo, quia non ipse possum.* SI *corpore* VALUISSET, *in primis* HABITUS ESSET *disertus.* Id. *Brut.* 19, 77. *Quas inimicitias si cavere potuisset, viveret.* Id. *S. Rosc.* 6, 18; viviría, viviera (aún). *Vos hominibus sceleratissumis ignoscere aequo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset.* Sall. *J.* 31, 21; si la m. no hubiese de redundar en vuestro daño.[2]]

NB. 1. Aliquando adhibetur in utraque oratione condicionis praesens pro imperfecto, imperfectum autem pro plusqperfecto vel in utraque vel in alterutra. *Tu* SI *hic* SIS, *aliter* SENTIAS. Ter. *Andr.* 310 [2, 1, 10]; pro *si esses, sentires,* si estuvieses en mi lugar. *Num igitur eum,* SI *tum* ESSES, *temerarium civem aut crudelem* PUTARES? Cic.

1 Potiore jure usurpatur conjunctivus, cum non solum vis temporis in his particulis inest, verum finis etiam aut contentio celeritatis. Cf. LEBRETON, *Caes. Synt.*, p. 49.

2 *Verum anceps pugnae fuerat fortuna.* Verg. *Aen.* 4, 603; i. e. *anceps fuisset pugnae fortuna, si socios, ipsum Ascanium ferro absumpsissem:* cf. n. **310**.

Phil. 9, 4, 14. [1] [*Si scriberem ipse, longior epistula fuisset.* Id. *Att.* 7, 13 a, 3 (13, 7). Et poëtae utuntur nonnunquam presente etiam pro plusqperf. *Spatia et si plura supersint, Transeat elapsus prior.* Verg. *Aen.* 5, 325.

NB. 2. Plusqpfectum subjunctivi orationis dependentis si ex absoluto fit condicionatum, mutatur in participium futuri cum *fuerim;* v. g. *Ostendis qualis tu consul illo tempore fuisses*, sic mutabis, adjecta condicione: *Ostendis qualis tu, si ita forte accidisset,* FUERIS *illo tempore consul* TUTURUS. Cic. *Pis.* 7, 14; minime *fuisses*; qué cónsul (qué clase de cónsul) habrías sido. Interrogatio directa erit: *Qualis tu, si ita forte accidisset, consul illo tempore fuisses?*]

II. Si condicio enuntiatur ut mere ficta sive ut solum mente concepta, sed ita ut possit exsistere, adhibetur praesens subjunctivi in utraque oratione; [potest autem in condicionata adhiberi futurum indicativi.] A nobis usurpatur fere imperfectum. (Condicionalis potentialis.)

Ego SI *Scipionis desiderio me moveri* NEGEM, MENTIAR. Cic. *Lael.* 3, 10; si yo negase..., faltaría a la verdad. [SI *fractus illabatur orbis, Impavidum* FERIENT *ruinae.* Hor. *C.* 3, 3, canens virum justum. *Haec si tecum patria loquatur, nonne impetrare debeat?* Cic. *Cat.* 1, 8, 19. *Dies deficiat, si velim paupertatis causam defendere.* Id. *Tusc.* 5, 35, 102.—Haec forma condicionalis maxime apta est ad sententiam modeste proferendam *(si negem...)*, enuntiatque ut possibilem condicionem quae non exsistit; quare imperfecto respondet: cf. Cic. *Caecil.* 5, 19: *Sicilia tota si una voce loqueretur, hoc diceret.* Et poëtae etiam praesens miscent cum imperf., v. c. Verg. *G.* 4, 116 sqq.

In hac condicione mere ficta adhiberi potest futurum subjunctivi: *Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens; reddere peccatum sit, officium non reddere.* Cic. *Off.* 3, 25, 95; si alguno depositare en tu casa una espada, estando en su sano juicio, y poniéndose furioso te la pide; será. — *Ut si constitueris te cuipiam advoca-*

1 «Si... los catalanes... *se conservaran* unidos,... *viera* Palestina y Jerusalén segunda vez las banderas cruzadas.» MONCADA, *Exped. de los cat. y arag.*, proemio. B. 21, 2ª. Cf. BELLO, *Gr.*, n. 315. regla 3.ª; CARO y CUERVO, *Gr. Lat.*, § 325, 3.º, adn. in ima p.; NONELL, *Gr. Cast.*, n. 298, II.

«In iis sententiis, quae condicionem praeteritam significant, veteres scriptores imperfectum subjunctivi» (V. Blase, *De modorum... permutatione*), «recentiores vero plusquamperfectum soliti sunt usurpare...—PRIEM in illo commentario quod diligentissime conscripsit de sententiis condicionalibus Ciceronianis et Caesarianis, Ciceronianos locos» (cum imperfecto subjunctivi) «enumeravit CCIV, qui quidem sine dubio praeteritam significationem haberent.» LEBRETON, *Caes. Synt.*, p. 57.

tum in rem praesentem esse venturum, atque interim graviter aegrotare filius coeperit; non sit contra officium non facere quod dixeris. Ib. 1, 10, 32; como si uno señalare a otro el día en que ha de presentarse para defenderlo, y en el entretanto sobreviniere una grave enfermedad a su hijo; no será —: señalara y sobreviniera, no sería.]

318 I. In oratione condicionata semper dicitur *facturus fui* vel *eram, si scissem*, nunquam *facturus fuissem, si scissem;* [h. e. ponitur semper praeteritum perfectum et imperfectum indicativi conjugationis periphrasticae, loco pluqperfecti subjunctivi;] item saepe *potui, debui, si scissem*, pro *potuissem, debuissem.*

Quos nisi manumisisset, tormentis etiam DEDENDI FUERUNT. Cic. *Mil.* 22, 58. [*Relicturi agros omnes erant, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset.* Id. *Verr.* 2, 3, 52.[1] *Deleri totus exercitus potuit (debuit), si fugientes persecuti victores essent.* Liv 32, 12, 6. Unde in subjunctivo: *Quaeris quomodo totus exercitus deleri potuerit, si fugientes persecuti victores essent. Quaerebas quomodo totus exercitus deleri potuisset, si,* cet., n. **337**.

II. Ad id significandum quod in eo fuit ut eveniret, adhibetur in condicionata oratione pro plusqperfecto subjunctivi imperfectum indicativi, et maxime apud poëtas plusqperfectum.

Si per L. Metellum licitum esset, matres, uxores sororesque VENIEBANT. Cic. *Verr.* 5, 49, 129. *Me truncus illapsus cerĕbro* SUSTULERAT, *nisi Faunus ictum Dextra levasset.* Hor. *C.* 2, 17. Cum adverbiis *prope* et *paene* etiam perfectum usurpatur. *Pons sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Cocles.* Liv. 2, 10, 2.]

III. Praeterita *debebam, decebat, oportebat, poteram,* item *eram* cum gerundivo vel adjectivo ponuntur saepe in propositione condicionata pro imperfecto subjunctivi: cf. n. **302**.

Omnibus eum contumeliis onerasti quem patris loco, si ulla in te pietas esset, colere DEBEBAS. Cic. *Phil.* 2, 38, 99. [*Si Romae Cn. Pompejus privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus.* Id. *Man.* 17, 50. *Si mihi nec stipendia omnia emerita essent, necdum aetas vacationem daret, tamen aequum erat me dimitti.* Liv. 42, 34. — Poëtae et alii nonnulli usurpant *eram* pro *essem: Solus eram,*

1 «Nec dubitabo,» inquit Madvig, «in uno qui obstat Ciceronis loco *de Div*, 2, 8, 21: *Aut si fato (interiit exercitus), etiamsi obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset*, librariorum temeritatem accusare, scriptumque a Cicerone putare *fuit*». *Opusc. alt.*, t. 1, *op.* V, § 3.

si non saevus adesset Amor. Ov. *Am.* 1, 6, 34. *Jam fames quam pestilentia tristior erat, ni annonae foret subventum.* Liv. 4, 52, 5.[1]]

319 I. **Si**, praecedente **et** aut frequentius **etiam**, fit concessiva, et indicativum vel subjunctivum postulat, prout condicio proponitur simpliciter aut negatur.

ETIAMSI *quod scribas non* HABEBIS, *scribito tamen.* Q. Cic. *Fam.* 16, 26, 2. ETIAMSI OPPETENDA *mors* ESSET, *domi atque in patria mallem quam in externis atque alienis locis.* Cic. *Fam.* 4, 7, 4. [*(Viri boni) multa ob eam unam causam faciunt, quia decet, etsi nullum consecuturum emolumentum vident.* Id. *Fin.* 2, 14, 45. *Etsi nihil aliud Sullae nisi consulatum abstulissetis, tamen eo contentos vos esse oportebat.* Id. *Sull.* 32, 90: cf. praeceptum proxime antecedens.]

II. *Si* cum sensum habet concessivum, jungitur subjunctivo.

Redeam? non SI *me* OBSECRET. Ter. *Eun.* 1, 1, 4 [49]; aun en caso de pedírmelo encarecidamente, aunque me lo pida e.[2]

320 I. Condicio nonnunquam tacita est. *Quid enumerem artium multitudinem,* SINE QUIBUS *vita omnino nulla esse potuisset?* Cic. *Off.* 2, 4, 15; i. e. *quae nisi essent, si non fuissent.* [*Quod si tibi unquam sum visus in republica fortis, certe me in illa causa admiratus esses.* Id. *Att.* 1, 16, 1, sc. *si affuisses. Qui videret (= si quis videret), urbem captam diceret.*]

II. Alias invenitur **si** cum subjunctivo, ellipsi adhibita. *Epistulam Caesaris misi,* SI *minus* LEGISSES. Cic. *Att.* 13, 22, 5; supple: *ut legeres (si minus l.). Solvi (fasciculum),* SI *quid ad me* ESSET *litterarum. Ib.* 11, 9, 2.

[III. Pro oratione condicionali adhibetur nonnunquan oratio independens, quo celerior feratur oratio. ROGES *me qualem deorum naturam esse ducam: nihil fortasse respondeam.* Cic. *N. D.* 1, 21, 57; si me preguntas. Etiam cum indicativo: *De paupertate* AGITUR: *multi patientes pauperes commemorantur,* cet. Cic. *Tusc.* 3, 24, 57.

NB. In propositione vere condicionali soli poëtae raro conjunctionem omittunt. *Tu quoque magnam Partem opere in tanto,* SINERET *dolor, Icare, haberes.* Verg. *Aen.* 6, 30. — In sermone familiari dici-

1 «Si hubieses recebido prestado algo de Lucio Séneca, y dijeses que quedabas obligado a Lucio, y no a Séneca, no por esto *se mudaba* el acreedor». GRANADA, *Guia*, 1, 2, 1 in fine. B. 6, 20[1]. Cf. NONELL, *Gram. cast.* p. 239, III, et 251, V.

2 Cf. Cervantes, *Quij.* 2, 24: «No dijera él una mentira, *si* le *asaetearan*».

tur *velim nolim (velis nolis)* pro *sive volo, sive nolo*, tanto si quiero, como si no q., quiera o no quiera, quieras que no.]

321 Causales **quod** et **quia** subjunctivum postulant, cum significant causam non veram aut negativam.

[Sic imprimis adhibetur *non quod, non ideo quod, non eo quod, non idcirco quod, nemo — quod, non quia*, adhibito saepe in altero membro *sed quod, sed quia* cum indicativo.]

Pugiles in jactandis caestibus ingemiscunt, NON QUOD DOLEANT *animove* SUCCUMBANT, SED QUIA *profundenda voce omne corpus* INTENDITUR. Cic. *Tusc.* 2, 23, 56. [*Nemo enim unquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus.* Id. *de Or.* 3, 14, 52. *Neque porro quisquam est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet.* Id. *Fin.* 1, 10, 32. Exceptiones rarae sunt: *Non quia nasus Illis nullus erat.* Hor. *S.* 2, 2, 89.]

NB. Pro *non quod, non quia* dicitur etiam *non quo*, «no porque, no que»; pro *non quod non* etiam *non quin*. NON QUO *de tua constantia* DUBITEM, *sed quia mos est ita rogandi, rogo.* Cic. *Fam* 12, 17, 1.[1] [*Non tam ut prosim causis elaborare soleo, quam ut ne quid obsim; non quin enitendum sit in utroque, sed tamen multo est turpius oratori*, cet. Id. *de Or.* 2, 72, 295.]

322 **Cum** causale subjunctivo praeponitur, respondetque nostro gerundio et particulis «como, pues, puesto que, dado que, como quiera que». Pro **cum** causali aliquoties ponitur **quippe cum**, raro **utpote cum**.

CUM SIT *in nobis consilium, ratio, prudentia, necesse est deos haec ipsa habere majora.* Cic. *N. D.* 2, 31, 79; como haya, pues hay, habiendo. *Aliae in historia leges observandae, aliae in poëmate,* QUIPPE CUM *in illa ad veritatem* REFERANTUR, *in hoc ad delectationem pleraque.* Id. *Leg.* 1, 1, 5. [*Demosthenem scribit Phalereus, cum rho dicere nequiret, exercitatione fecisse ut planissime diceret.* Id. *Div.* 2, 46, 96. *Sum totus vester et esse debeo, cum praesertim matris tuae studia perspexerim.* Id. *Fam.* 15, 7; especialmente habiendo yo conocido la afición.]

NB. **Cum** pro causali *quod* indicativo adhaeret post verba *gratulor, laudo, praeclare facio, gratias ago* et similia. GRATULOR *tibi,* CUM *tantum* VALES *apud Dolabellam.* Cic. *Fam.* 9, 14, 3; te doy la

1 Cf. Legionensis: «Gustan de reveer su dulce nido | Y sus pequeños hijos: *no que sean* | Por esto más divinos en sentido.» *Geórg.* 1, est. 93.

enhorabuena de que tengas (por tener) tanto valimiento con D. [*Praeclare facis, cum puerum diligis.* Id. *Fin.* 3, 2, 9.]

4. Subjunctivus post particulas concessivas, comparativus hypotheticus, restrictivus

(Cf. n. **308**)

323 Additur conjunctivus particulis **quamvis**, «por más que, por mucho que»[1] **licet**, «aun cuando»,[2] **ut** pro *quamvis* vel *etsi*, et **cum**, «bien que, aun cuando, a pesar de.»

Quod turpe est, id, QUAMVIS OCCULTETUR, *tamen honestum fieri nullo modo potest.* Cic. *Off.* 3, 19, 78; por más que se oculte, por mucho que se o.[3] *Sed* LICET *arma* FERAS *et vulnera saeva* MINERIS, *Non tamen efficies ut timeare mihi.* Ov. *Pont.* 2, 2, 23. UT *summa* HABEREM *cetera, temporis quidem certe vix satis habui.* Cic. *Quinct.* 1, 3; aun suponiendo que tuviera lo demás en sumo grado. [*Nihil me adjuvit, cum posset.* Id. *Att.* 9, 13, 3; pudiendo, siendo así que podía. *Illa, quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt.* Id. *Fam.* 7, 32, 3. *Ut enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies.* Id. *de Or.* 2, 4, 18; por más que. *(Druentia flumen) cum aquae vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est.* Liv. 21, 31, 11; aun cuando es muy caudaloso, con todo no es navegable. *Cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta.* Cic. *Fam.* 1, 2, 4; a la cual (autoridad del senado) habiéndose opuesto, a pesar de haberla contradicho (contradecido)[4] — *Etsi* et *etiamsi:* n. **319**, I.[5]]

1 Litt. «cuanto quieras, cuanto se quiera»: *quam* (= *quantum*) *vis. Quantumvis* cum subjunct. est ap. Senecam, *ep.* 85, 12, teste Forcell., Freund-Theil, Georges, Madvig, n. 361, *NB.* 1, Kuhner 2², p. 960, NB. 1 cum vulgatis edd.; at in bibl. Lemair. et Teubn. legitur *quamvis. Quamvis, quantumvis, quamlibet* proprie adverbia sunt indefinita relativa, quae cum subjunct. concessivo construuntur. — *Quamvis licet insectemur istos.* Cic. *Tusc.* 4, 24, 53; impugnemos enhorabuena a e., cuanto nos sea permitido.

2 Proprie verbum *licet,* omissa particula *ut.* Ut vera conjunctio apud optimos prosae orationis scriptores nusquam videtur esse.

3 Non simpliciter *aunque,* ut est apud Valbuena: «aunque se oculte,» et Abril *Fam.* 7, 32, 3, et Ochoa, Verg. *B.* 1, 34, cet.

4 Cf. Cuervo, *Dicc.* 2, 486, *conjug.*

5 Nonnulli scribunt *et si, etiam si,* cum significant a u n c u a n d o; *etsi, etiamsi,* a u n q u e. «Cujus subtilitatis» inquit HAND-TURS., «omnis antiquitas expers fuit» Vol. 2, p. 594, n. 43. Vide locum. Et p. 93 in fine: «Librarii et critici, ubi indicativum cum hac conjunctione (*etiamsi*) compositum inveniebant, aut *etsi* substituere, aut modum mutare solebant.» Saepe difficile admodum est genuinam lectionem agnoscere. Sic vulgatae edd. habent apud Cic. *Fam.* 6, 4, 1: «Etsi id ipsum nonnullis *videatur* secus»; Baiter in b. Tauchnitz. «non nullis *videtur*»; Mueller in Teubn. *videmur.*

NB. **Quamvis** cum indicativo pro *quamquam* vel *etiamsi* poëtarum est, et in soluta oratione fere sequiorum scriptorum. *Pollio amat nostram,* QUAMVIS EST *rustica, Musam.* Verg. *B.* 3, 84. [*(Miltiades) erat inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine.* Nep. *Milt.* 2, 2; aunque no tenía el nombre (de rey). Cf. n. **308**, I, *NB.*]

324 Subjunctivum habent particulae quae significant comparationem hypotheticam, «como si, del mismo modo que si»: **quasi, tanquam, ut si, velut si, perinde ac si;** item **quam si.** Nos imperfectum et plusqperfectum usurpamus; at vero Latine tempora orationi primariae fere respondent: h. e. si verbum orationis primariae non est in praeterito, oratio comparativa ponitur in praesente aut perfecto; si verbum orationis primariae est in praeterito, oratio comparativa ponitur in imperfecto aut plusqpf.[1]

Stultissimum est in luctu capillum sibi evellere, QUASI *calvitio maeror* LEVETUR. Cic. *Tusc.* 3, 26, 62; como si la pesadumbre se aliviase. *(Sequăni) absentis Ariovisti crudelitatem,* VELUT SI *coram* ADESSET, *horrebant:* cf. Caes. *G.* 1, 32, 4.

[Huc pertinent *tanquam si, ac si, perinde ac,* quae rarae sunt, *velut* ap. Livium, *sicuti* pro *velut* ap. Sallust., *proinde* vel *perinde quasi, perinde tanquam. (Res) nulla major occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus.* Cic. *Div.* 2, 1, 1. *Me juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse.* Liv. 31, 1, 1. — *Quasi, quasi vero, proinde quasi* ironice plerumque adhibentur. *Quasi ego id curem;* como si me importara. *Quasi vero haec similia sint. (Quidam Deum) idcirco esse non putant, quia non apparet nec cernitur; proinde quasi nostram ipsam mentem videre possimus.* Cic. *Mil* 31, 84.

NB. Cum condicio exprimitur ut non exsistens, adhibetur imperfectum vel plusqpfectum: n. **305**, I, adn. in ima p. *Ejus negotium sic velim suscipias,* UT SI ESSET *res mea.* Cic. *Fam.* 2, 14; i. e. *ut susciperes, si esset res mea.*]

325 Subjunctivo gaudent **dum, dummodo, modo** vel **modo ut,** quando notant condicionem sive restrictionem, «con tal que, mientras, como,» [2] cet. Particula negativa est **ne.**

1 Cf. LEBRETON, *Revue de Philol.*, vol. XXII, p. 274 sqq. (Jul. 1898.)

2 «Mi padre vendría en ello, *como* yo se lo *dijese.*» Cerv. *Quij.* 1, 24. Eodem pacto *con que, con condición que.* Cf. CEJADOR, *La Lengua de Cerv.* I, p. 485.

Oderint, DUM METUANT. Cic. *Off.* 1, 28, 97. *Recte genus hoc numerorum*, DUMMODO NE *continuum* SIT, *in orationis laude ponetur*. Id. *de Or.* 3, 48, 185. [*Manent ingenia senibus, modo permaneat studium.* Id. *C. M.* 7, 22. *Concede ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit.* Id. *Verr.* 4, 5, 10.

NB. Si res optata jam fieri non potest, usupatur imperfectum vel plusqpfectum, etiamsi altera oratio est praesentis: **312**, I et **317**, I. *Mediocritas* PLACET *Peripateticis, et recte placet*, MODO NE LAUDARENT *iracundiam*. Cic. *Off.* 1, 25, 89; si (a un mismo tiempo) no alabaran, como no alabasen.]

5. SUBJUNCTIVUS FINALIS ET CONSECUTIVUS

326 Adhibetur conjunctivus post particulas finales **ut (uti)**, «para, para que», **quo** pro *ut eo, ut ea re*, plerumque cum comparativo, «para que con esto, con que,» **ne, ut ne**, «para no, para que no».

Esse oportet, UT VIVAS; *non vivere*, UT EDAS. *Ad Her.* 4, 28, 39; comer para vivir. *Obducuntur libro aut cortice trunci*, QUO SINT *a frigoribus et caloribus tutiores*. Cic. *N. D.* 2, 47, 120; cúbrense al rededor de una membrana o corteza, para estar con esto más resguardados, con que estén más; est enim *quo* ablativus relativi finalis *quod*: n. **329**, 1.m *Heus linguam vis meam praecludere*, NE LATREM *pro re domini?* Phaed. 1, 23, 6; tapar(me) la boca. [*Quid vis nobis dare, ut isti abs te ne auferantur?* Cic. *Verr.* 4, 14, 32. *(In funeribus Atheniensium) sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur.* Id. *Leg.* 2, 26, 65.

327 Ut fit exemplis illustre, praesens tempus et futurum per praesens, praeteritum per imperfectum significatur. Ne dixeris: *ut nemo, ut nullus, ut nihil*, cet., sed *ne quis, ne quid*, cet.—*Ut* cum comparativo et *quo* sine eo rara sunt: *Quod* (ὑπόμνημα) *ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram*. Cic. *Att.* 2, 1, 2; el cual comentario.—Distinguendum *ut non dicam*, i. e. *ut omittam*, a *ne dicam*, «por no decir:» *Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem*, cet., *ab eodem Cn. Pompejo omnium rerum egregiarum exempla sumantur*. Cic. *Man.* 15, 44; para no decir más, y para no confirmar. *Intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum, deploro.*[1]

1 *Ut (ne) sic dixerim*, Quint. 2, 13, 9, pro *ut sic dicam*, «por asi decir» non est apud classicos.

Quandoque brevitatis ergo oratione finali non exprimitur finis propositionis primariae, sed quo fine res commemoretur. *Senectus est naturā loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare.* Cic. *C. M.* 16, 55; (digo esto,) porque no parezca que. Similiter fit nonnunquam cum *si, quoniam, quandoquidem. Quandoquidem est apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me quod minis nequisti, trecenti conjuravimus principes juventutis Romanae.* Liv. 2, 12, 15; a fin de que por tu favor consigas de mí lo que no pudiste con tus amenazas, dado que precias el valor, (te diré, sepas que) trescientos etc., ubi animadvertendum etiam futurum *tuleris* pro praesente *feras.*]

328 Adhibetur item conjunctivus [in orationibus quae consequentiam significant vel effectum,] post particulas **ut**, «de modo que», **ut non**, vel praecedente negatione etiam **quin**, «de modo que no, sin, sin que, que no,» et post **nedum**, «mucho menos, cuánto menos.» [1]

In virtute multi sunt ascensus; UT *is gloria maxime* EXCELLAT *qui virtute plurimum praestet.* Cic. *Planc.* 25, 60; de suerte que se aventaja aquel. *Ruere illa non possunt,* UT *haec* NON *eodem labefacta motu* CONCIDANT. Id. *Man.* 7, 19. NUNQUAM *accedo ad te,* QUIN ABEAM *doctior.* Ter. *Eun.* 4, 7, 21 [791], nunca me acerco a ti, sin volverme, sin que me vaya. [2] *Mortalia facta peribunt;* NEDUM *sermonis* STET *honos et gratia vivax.* Hor. *Pis.* 69; cuánto menos permanecerá (podrá permanecer) la estima de las palabras y su vivo donaire.

[*NB.* 1. Consecutivam orationem solent praecedere voces demonstrativae *adeo, ita, sic, tantus, talis, tot, tam (tantum), hic, ille, is, ejusmodi* cet. TANTUM *cibi et potionis adhibendum,* UT REFICIANTUR *vires, non* OPPRIMANTUR. Cic. *C. M.* 11, 36. *Numquam* TAM *male est Siculis,* QUIN *aliquid facete et commode* DICANT. Id. *Verr.* 4, 43, 95; «que no digan algún chiste oportuno». Fernández Llera. *Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut in vita omnia sint apta inter se et convenientia.* Id. *Off.* 1, 40, 144. — Huc pertinet **quam ut** post comparativum, n. **397**.[3]

1 «Usus hujus vocabuli *(nedum)* non ad antiquissima videtur attinuisse tempora, in quibus *ne* simplex dicebatur. Apud Terent. semel, apud Plaut. nusquam legitur.» Hand-Turs. 4, 150.

2 *Quin* consecutivum, «sin, sin que», non praecedente negatione aut negativa interrogatione, barbarismus frequens est: *Extremum (vitae), quin moriatur, agit.* Alma Roma, *Latinitatis praeconium singulis mensibus editum.* Idibus Martiis MCMXV, ann. II, fasc. III, p. 42. Et cf. LAURAND, VI, 421.

3 *Tantum abest, ut-ut* (non vero *ut potius*). *Tantum abest, ut te reprehendam, ut te*

NB. 2. In subjunctivo consecutivo rarum est **ut ne**, rarius **ne**, pro *ut non. (Minucius sciebat) se ita in provincia rem augere oportere,* UT NE *quid de libertate deperderet.* Cic. *Verr.* 2, 30, 73.]

6. SUBJUNCTIVUS IN ORATIONE RELATIVA [1]

329 Pronomen relativum et particula relativa subjunctivum habent:

1.m cum **finem** exprimunt aut **destinationem** pro *ut is.*

Helvetii legatos ad eum mittunt, QUI DICERENT, cet. Caes. *G.* 1, 7, 3; «despáchanle embajadores, para proponerle». Goya. *Neque (Germani) druides habent,* QUI *rebus divinis* PRAESINT. Caes. *G.* 6, 21, 1; que presidan las solemnidades religiosas (consagradas a la divinidad). [*Sunt autem multi qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur.* Cic. *Off.* 1, 14, 43; que quitan a unos, para dar o otros.[2] *Lampsacum (ei rex donarat), unde vinum sumeret; Myunta, ex qua obsonium haberet.* Nep. *Them.* 10, 5; i. e. *ex qua vinum sumeret; ut ex ea v. s. Non habeo unde solvam,* con qué pagar. *Dedi ei ubi habitaret,* local para habitar, donde habitase.[3] Similiter: *Vestrane urbs electa est ad quam cum adirent ex* ITALIA *crucem civis Romani... viderent?* Cic. *Verr.* 2, 4, 11, 26: pro *ut, ad eam cum adirent.*]

laudem; vel *ut contra (etiam) te laudem,* estoy tan lejos de reprenderte, que. Eodem sensu: *Adeo non (ita non) te reprehendo, ut te (etiam) laudem;* i. e. *non modo te non reprehendo, verum etiam laudo.* Aliquando cum locutione *tantum abest, ut,* secunda oratio dependens a particula *ut* fit primaria. *Tantum afuit, ut inflammares nostros animos: somnum vix tenebamus.* Cic. *Brut.* 80, 278; pro *ut somnum vix teneremus.*

1 Duplex est oratio relativa, altera quae ab oratione antecedentis disjuncta est, ut potius absoluta seu primaria habenda sit. Ejus autem modus communibus praeceptis subjicitur:

Indicat *Res loquitur ipsa; quae semper* VALET *plurimum:* n. 299, I, adn. in ima p.

Subjunct. *Q. B. F. F.* S: cf. n. 6, 4, optativus. *Quod sine molestia tua* FIAT. Cic. *Fam.* 13, 23, 2; i. e. *fieri poterit,* potentialis, cet.

Imperat. *Quos (Xenophontis libros)* LEGITE, *quaeso, studiose.* Cic. *C. M.* 17, 59.

Infinit. *Quos* LEGERE *perutile vobis erit.*

Altera autem quae proprie secundaria est, et habet indicativum, n. 309, I, aut subjunctivum.

2 VALBUENA finem intentionemve minime significavit, cum simpliciter dixit: «que dan a unos lo que quitan a otros»: sc. *qui eripiunt aliis quod aliis largiuntur.*

3 Cf. LA PUENTE: «Contra ti se envía otro Elías, *que* te *amenace* con tormento y muerte». *Estado relig.* tr. 2, c. 5, n. 7. Et GRANATENSIS: «Costumbre era de los romanos, cuando algún señalado capitán había hecho grandes hazañas, aparejarle un muy solemne recebimiento, rompiendo los muros *por donde entrase.*» *Adic. al Mem., subida de N. S. a los cielos.* B. 8, 581¹;=para que por ellos entrase.

2.° Pronomen relativum subjunctivum petit, cum ponitur pro *ut (is)* **consecutivo**; item post adjectiva *dignus*, *indignus*, *idoneus* et minus saepe *aptus*. *Nulla acies humani ingenii tanta (est),* QUAE *penetrare in caelum, terram intrare* POSSIT. Cic. *Ac.* 2, 39, 122. *Qui modeste paret, videtur* QUI *aliquando* IMPERET DIGNUS *esse.* Id. *Leg.* 3, 2, 5; rarissime: *dignus ut imperet.* [*Digna res visa, ut simulacrum celebrati ejus diei Gracchus pingi juberet in aede Libertatis.* Liv. 24, 16, 19; un cuadro que representase la solemnidad de aquel día. *Ego is sum, qui nihil unquam mea potius quam meorum civium causa fecerim.* Cic. *Fam.* 5, 21, 2; cf. *Neque is es, Catilina, ut te pudor a turpitudine revocarit.* Id. *Cat.* 1, 9, 22. At: *Tu es enim is, qui me tuis sententiis saepissime ornasti. Fam.* 15, 4, 11; cum significatione explicativa sive definitiva: «porque tú eres aquel que con tus pareceres me has honrado muy muchas veces.» Abril. *Nihil, quod ad rem pertineat, praetermittimus.* Id. *Fam.* 1, 5, 2; sc. *nihil tale, ut ad rem p. In enodandis nominibus (vos, Stoici), quod miserandum sit, laboratis.* Id. *N. D.* 3, 24, 62; i. e. *sic, ut miser. sit,* que da compasión, de suerte que es uña lástima. *Non modo ibi non fuisti, ubi me quam primum videre posses, sed* cet. Id. *Fam.* 3, 6, 3. Cf. *quam qui* post comparativum.

NB. 1. Hujusmodi oratio subsequi solet voces demonstrativas (n. **328**, *NB.* 1) vel notionem indefinitam, ut *aliquid, quod*, vel adjectivum cui opponatur, e. g. *parvus, et qui—, parvus, sed qui—. At ille nescio qui, qui in scholis nominari solet, mille et octoginta stadia quod abesset, videbat.* Cic. *Ac.* 2, 25, 81; cosas que estaban a distancia de. *Quod aberat* significaret: aquel objeto que.—*Academici mentem solam censebant idoneam, cui crederetur.* Id. *Ac.* 1, 8, 30. *Nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate (senectute) loqueretur.* Id. *Lael.* 1, 4.]

NB. 2. Poëtae inferioresque scriptores etiam cum infinitivo adjectiva haec usurpant. *Et puer ipse fuit* CANTARI DIGNUS. Verg. *B.* 5, 54; i. e. *qui cantaretur.* [*Fons rivo dare nomen idoneus.* Hor. *Ep.* 1, 16, 12. *Lyricorum Horatius fere solus legi dignus.* Quint. 10, 1, 96.]

3.° Relativum fere subjunctivum habet, cum circumscribit seu restringit sensum orationis a qua pendet, praesertim additis particulis *quidem* et *modo*, «a lo menos el que, con tal que (él)».

Antiquissimi fere sunt, QUORUM QUIDEM *scripta* CONSTENT, *Pericles atque Alcibiades.* Cic. *de Or.* 2, 22, 93; a lo menos entre aquellos, cuyos escritos son auténticos. *Tu* QUOD *tuo commodo* FIAT, *quam primum velim venias.* Id. *Fam.* 4, 2, 4; con tal que sea sin molestia tuya, con tal que esto se haga sin m. t. [*Praecidi caput jussit M. An-*

tonii, omnium eloquentissimi, quos ego audierim. Id. *Tusc.* 5, 19, 55. Sic dicitur: *quod sciam, quod meminerim,* que yo sepa, que me acuerde, eodem sensu ac: *quantum scio.*

Sed ponuntur in indicat. *attinet, sum* et fere *possum. Catonem vero quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit?* Cic. *Brut.* 17, 65. *Quod ad me attinet.* Alias etiam indicat. reperitur: *Cui porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Dejotari integritas non audita est?* Cic. *Dej.* 6, 16.]

4.° Relativum subjunctivum exigit in locutionibus indefinitis **est qui, sunt, reperiuntur, inveniuntur qui,** cet., et in negativis ejusdem significationis, [si sensum facit consecutivum.

Huc spectant: *non desunt qui, exsistit, exstiterunt, exortus est qui, est ubi,* hay ocasiones, casos en que; *nemo (nullus) est qui, quis est qui, nihil est quod, nihil habeo quod, quid est quod? quotusquisque est qui? habeo qui, si quis est qui, quid est* vel *quid est causae cur, quare, quamobrem, quod?* alia.]

NIHIL EST, QUOD *tam miseros* FACIAT, *quam impietas et scelus.* Cic. *Fin.* 4, 24, 66. HABET *populus Romanus, ad* QUOS *gubernacula reipublicae* DEFERAT. Id. *Phil.* 2, 44, 113; a quienes encargue, a q. encargar. [*Est quod gaudeas te in ista loca venisse.* Id. *Fam.* 7, 10, 1. *Est ubi id valeat.* Id. *Tusc.* 5, 8, 23. *Est enim quatenus amicitiae dari venia possit.* Id. *Lael.* 17, 61; «porque hay en la amistad cierto punto, hasta donde (h. el cual) se puede usar de condescendencia». Valb. *Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum?* Id. *de Or.* 3, 50, 196; de la armonía y de las medidas o cadencias musicales (compases). *Si qui sunt, qui velint.* Id. *Verr.* 5, 71, 183. At sensu definito: *Sunt item quae* APPELLANTUR *alces.* Caes. *G.* 6, 27, 1; hay también *los que* se llaman alces (antes, antas, dantas).]

NB. 1. Apud poëtas et inferioris aetatis scriptores saepe, raro apud optimos, invenitur indicativus in his locutionibus affirmativis. *Interdum rectum vulgus videt,* EST UBI PECCAT. Hor. *Ep,* 2, 1, 63. [*Gemmas, marmor, ebur... Sunt qui non habeant, est qui non curat habere. Ib.* 2, 2, 180. — Indicativo autem vel conjunctivo locus est propositonibus affirmativis pronominis definiti et adjectivi numeralis: *Sunt multi (nonnulli, pauci alii), qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur.* Cic. *Off.* 1, 14, 43; vel: *sunt multi, qui eripiant. Duae res sunt, quae admirabilem eloquentiam faciant.* Cic. *Or.* 37, 128; sensu consecutivo. *Quinque omnino fuerunt, qui absolverunt.* Id. *Cluent.* 28, 76; factum asseverando.]

NB. 2. Pro *nemo* vel *nullus est* **qui non,** *nihil est* **quod non,**

quis est **qui non**? cet. cum negatione aut interrogatione potest usurpari *nemo* vel *nullus est* **quin**, cet. *Nemo Lilybaei fuit*, QUIN VIDERIT. Cic. *Verr.* 5, 54, 140. [*Nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum.* Id. *Brut.* 88, 302; i. e. *quo non. Nihil est, Antipho, quin male narrando possit depravarier.* Ter. *Phorm.* 697 [4, 4, 16]. [1]]

5.° I. **Qui** causale subjunctivum postulat. [*Qui* dicitur causale, cum oratio relativa exprimit rationem ejus quod praecipua significatur, ita ut *qui* ad sensum accedat causalis *cum (is).*]

Me, QUI *ad multam noctem* VIGILASSEM, *artior quam solebat somnus complexus est.* Cic. *Rep.* 6, 10 [*S. Sc.* 1]. [*O fortunate, inquit, adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!* Id. *Arch.* 10, 24. Si ratio non significatur etiam cum significari potest, indicativo locus est: *Habeo senectuti magnam gratiam; quae mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit.* Cic. *C. M.* 14, 46; *auxerit* et *sustulerit* causam aperte indicarent: sed *quae* hic sonat *ea enim*, non *cum eă.*

II. Causam notant cum emphasi seu majore vi **quippe qui**, «como quien ciertamente», **utpote qui, ut qui**, «como quien», et **praesertim qui**, «como quien principalmente», apud Livium et sequentes. *Solis candor illustrior est quam ullius ignis*, QUIPPE QUI *in immenso mundo tam longe lateque* COLLUCEAT. Cic. *N. D.* 2, 15, 40.— *Quippe qui* etiam indicativum gubernat apud priscos, Sallustium et Livium.]

6.° **Qui** postulat conjunctivum, cum oppositionem notat inter utramque orationem, et cum respondet condicionali.

Nosmetipsi, QUI *Lycurgēi a principio* FUISSEMUS, *cotidie demitigamur.* Cic. *Att.* 1, 13, 3; severos como Licurgo. Cf. *cum* n. **323**.— *Haec et innumerabilia ex eodem genere* QUI VIDEAT, *nonne cogatur confiteri deos esse?* Id. *N. D.* 2, 4; quien vea (= si alguno ve), no se verá obligado a? [*Qui videt, nonne cogitur?* Cf. n. **311**, I et **313**, III.]

1 Perpende locum Verg. *Nec requies, quin aut pomis exuberet annus Aut fetu pecorum. G.* 2, 516; i. e. *nec requies est anno, qua aut non pomis exuberet;* no hay estación alguna del año, que deje de sobreabundar en frutos o en ganado, que no sea sobremanera fértil en. Haec est veterum nonnullorum interpretum explicatio, communis recentiorum, non ut sit agricola qui non cessat, sed annus. Ceterum sensus particulae *quin* huic interpretationi obstat: «no sosiega (el labrador) hasta que el año rebosa en frutos»... OCHOA. Ad rem HEYNE: *Nullum est anni tempus quo cesset proventus vel ex pomis, vel ex pecoribus, vel ex agris.* Et ante illum LA CERDA: *Nunquam annus cessat a fundendis fructibus; semper exuberat aut pomis, aut* cet. CARO vertit: «Ni hay tregua ya; que exuberante el año | Pomas vierte o rebosa en nuevas crías.»

7. Subjunctivus interrogationis indirectae

330 In subjunctivo ponuntur **interrogationes indirectae** seu **obliquae**, i. e. eae quae cum altera oratione conectuntur per pronomen vel particulam interrogativam; ubi a nobis frequenter usurpatur oratio relativa. Cf. nn. **98, 100, 158, 2.°**

Quam *dulcis* sit *libertas, breviter proloquar*. Phaed. 3, 7, 1; diré brevemente cuán dulce sea la l., cuán dulce es, lo dulce que es. *Valetudo sustentatur observatione* quae res *aut prodesse* soleant *aut obesse*. Cic. *Off.* 2, 24, 86; con la observación de lo que suele dañar o aprovechar, observando qué cosas suelen.

[Sic: *Nescio cur venerit, an redierit*, cet. *Quaesivi ex puero, quid faceret, ubi fuisset*, qué hacía, dónde había estado. *Doleam necne doleam, nihil interest. Deos accepimus conjecturam capere, salubrisne an pestilens annus futurus sit*. Cic. *Div.* 1, 57; si será. In quaestione directa: *Salubrisne an pestilens annus erit?*[1] *Considera...* quis quem *fraudasse dicatur*. Cic. *R. Com.* 7, 21. — Aliquando quaestio directa est, ubi videri indirecta possit, maxime post *dic* et *quaero*. *Dic, quaeso: num te illa terrent?* Cic. *Tusc.* 1, 5, 10. — Alias particula non est interrogativa, sed relativa: *Multa in eo viro praeclara cognovi; sed nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem filii tulit*. Cic. *C. M.* 4, 12; quasi diceret: *Nihil est admirabilius quam modus quo tulit. Vide quam conversa res est*. Id. *Att.* 8, 13, 2. *Mirum quam inimicus ibat. Ib.* 13, 40, 2.[2]]

NB. 1. Animadvertendae locutiones *nescio quis, nescio quomodo, nescio quo pacto, nescio unde*, cet., quae saepe velut parenthesis interjiciuntur. Nescio quid *conturbatus esse* videris. Cic. *Phil.* 2, 14, 36. Nescio quis *teneros oculus mihi* fascinat *agnos*. Verg. *B.* 3, 103.

NB. 2. Apud poëtas, veteres praesertim, invenitur indicativus in quaestione indirecta. *Si nunc memorare hic velim* Quam *fideli animo et benigno et clementi in illam* fui, *Vere possum*. Ter. *Hec.* 471 [3, 5, 21].

1 Cf. P. Granatensis, *Or. y Med., juicio final, señales que precederán:* «Aquel día cuándo *haya de ser*, nadie lo sabe » B. 8, 43²: in directa interr. «Aquel día cuándo *será?*»

2 In his et similibus exemplis sunt qui videant obliquam cum indicat. interrogationem: cf. Lebreton, *Études*, VII, et hic sequens *NB.* 2. Cf. etiam *Revue de Philol.* vol. XXXIV, p. 57 seqq., ubi *(quis) quid* habetur pro relativo: at plura ab ephemeride allata exempla alii aliter legunt, ut ap. Cic. *Att.* 7, 26, 3; 11, 19, 1; 13, 18, 2.

[*NB.* 3. Post locutiones *causa, ratio, argumentum est* et similes adhibentur particulae **quare, quamobrem, cur:** «razón por qué, razón para qué». Item post *est, nihil est, quid est.* QUID EST, CUR *tu, Q. Naso, in isto loco sedeas?* Cic. *Cluent.* 53, 147. NIHIL AFFERT *Zeno* QUARE *mundum ratione uti putemus. Causa est ut* vel *ne* rarissimum est.

De usu aliarum particularum in interrogatione v. nn. **387-389.**]

331 In dependenti interrogatione de iis quae debent evenire, notio debiti saepe non aperte significatur. *Eam potestatem omnem vos habetis, ut statuatis* UTRUM *nos semper miseri* LUGEAMUS. Cic. *Mil.* 2, 4; si nos. hemos de llorar siempre afligidos, hemos de vivir s. en la aflicción. [*(Athenienses*, nominat.,) *miserunt Delphos consultum* QUIDNAM FACERENT *de rebus suis.* Nep. *Them.* 2, 6. — Participium futuri cum *fuissem* vertitur per plusqperfectum subjunctivi: *Apparuitque quantam* EXCITATURA *molem vera* FUISSET *clades, cum vanus rumor tantas procellas excivisset.* Liv. 28, 24, 2; cuán gran tumulto habría levantado.]

8. SUBJUNCTIVUS OBJECTIVUS (ET SUBJECTIVUS) CUM UT (UTI), NE, UT NE, UT NON, QUOMINUS (QUO MINUS), QUIN, NE NON

332 I. Postulant subjunctivum cum **ut**, in negatione **ne, ut ne**, verba et locutiones: 1.° petendi, hortandi, suadendi, monendi, compellendi, imperandi. *Sacerdos* PRECATA *a dea dicitur,* UT *illis praemium* DARET *pro pietate.* Cic. *Tusc.* 1, 47, 113; por su p.

2.° curandi, enitendi, efficiendi atque impetrandi. CURA UT VALEAS. Cic. *Fam.* 14, 8. *Vos* ADEPTI ESTIS NE *quem civem* METUERETIS. Id. *Mil.* 13, 34; no tener que temer: cf. n. **336**, I. OPERA DATUR UT *judicia* NE FIANT. Id. *Q. fr.* 3, 2, 3.

3.° voluntatis, optandi, permittendi, statuendi, similia. OPTAVIT *(Phaëthon)* UT *in currum patris* TOLLERETUR. Cic. *Off.* 3, 25, 94; deseó que lo subiesen, ser subido, subir. PERMITTO UT *de tribus Antoniis* ELIGAS *quem velis.* Id. *Phil.* 10, 2, 5.

[**Sunt ejusmodi:** 1.° *peto, posco, postulo, flagito, efflagito, exigo, precor, oro, exoro, rogo, quaeso, imploro, obsecro, obtestor; hortor,*

adhortor, dehortor; suadeo, persuadeo, si de re facienda agitur, persuado (que una cosa se haga); *moneo, admoneo; permoveo, adduco, incito, impello, cogo; impero, mando, praecipio, sancio, edico, dico, scribo,* escribo, aviso por escrito a uno, para que, *respondeo,* respondo (que se haga una cosa). *Postulatum est ut Bibuli sententia divideretur.* Cic. *Fam.* 1, 2, 1; «pidieron que se hiciese distinción del parecer de B.» Abril. Sed etiam: *Ego quoque a meis me amari et magni pendi postulo.* Ter. *Ad.* 879 [5, 4, 25]. *Ut sibi essem legatus suasit.* Cic. *Prov. cons.* 17, 42. *Mihique, ut absim, vehementer auctor est.* Id. *Att.* 15, 5, 2. *Imperat Laelio ut per colles quam occultissimo itinere circumducat equites.* Liv. 28, 33, 11; at cum *impero* usurpatur fere infinitus in oratione passiva: *Imperat Laelio equites circumduci,* raro *ut equites circumducantur. Dolabella ad me scripsit, ut quam primum in Italiam venirem;* at: *Dolabella ad me scripsit, se quam primum in Italiam venturum.* Sic in negatione: *Oro, peto,* cet. *ne quis (ut ne quis),* que nadie, *ne quid, ne ullus, necubi, nequando;* non vero *ut nullus, ut nihil, ut nusquam,* cet.

2.° *curo, provideo, prospicio, video,* atiendo a que, *caveo,* tengo cuidado de que, ordeno que; *operam do, studeo,* me empeño en, *contendo,* me esfuerzo en, *nitor, enitor, laboro, elaboro, incumbo; id ago, facio, efficio, perficio; impetro, consequor, assequor, adipiscor, pervinco. Cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur.* Cic. *Off.* 1, 13, 41. *Nihil laboro, nisi ut salvus sis.* Id. *Fam.* 16, 4, 3; de nada cuido, sino de verte sano. *Studendum ut pabulatione et commeatu Romani prohibeantur.* Caes. *G.* 7, 14, 2; en impedir a los romanos forrajes y bastimentos. *Caverunt dii ut libertas tuto defendi posset;* dispusieron que, tuvieron cuidado de que; *caveo ne,* me guardo de, n. **334**, I. *Videant consules ne quid respublica detrimenti capiat.*

3.° *volo, nolo, malo, opto, exopto, magna cupiditas est; concedo,* doy licencia, *permitto, sino, do* pro *concedo; statuo, constituo, animum induco, in animo habeo, decerno, legem fero, lex est, senatusconsultum fit, placet,* está decidido, cet. *Decrevi ut in fastis Bruti nomen inscriberetur.* Cic. *ad Brut.* 1, 15, 8. *Legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur.* Id. *p. r. in sen.* 5, 11. *Consilium cepi ut, antequam luceret, exirem.* Cic. *Att* 7, 10; etiam *exire. Athenienses statuerunt, ut urbe relicta naves conscederent.* Id. *Off.* 3, 11, 48; vel *conscendere.* Eodem pacto: *Merui ut honorarer* et *honorari:* cf. Cic. *de Or.* 1, 54, 232, et Ov. *Tr.* 5, 11, 16. *Romam autem veni a. d. V Idus Dec., nec habui quicquam antiquius quam ut Pansam statim convenirem.* Cic. *Fam.* 11, 5, 1. *Facere Antistius nihil potuit; nam, si potuisset, nihil*

ei fuisset antiquius quam ad Capitonem reverti. Ib. 13, 29, 3: cf. n. **340**, I. *Dabimus ut utamur verbis interdum inauditis.* Id. *Ac.* 1, 6, 24. (*Dasne manere animos post mortem?* Id. *Tusc.* 1, 11, 25.) *Volo uti mihi respondeas.* Cic. *Vat.* 7, 17; etiam: *Volo te mihi respondere. Volo te hoc scire.* Id. *Att.* 1, 18, 6. *Nolo te permoveri. Ib.* 1, 18, 2. Nam verba quae animi decretum sive statuere significant, item verba voluntatis, optandi et alia etiam inveniuntur cum simplici infinitivo, si subjectum idem est, et cum accusat. et infinit., si subjectum est diversum. Cum nonnullis verbis impellendi, cet. aliquando adhibetur infinitivus sine accus., n. **343**, II; aliquando *ad* cum gerundio: *Dux militem impulit ad hostem persequendum.*]

NB. 1. Post verba efficiendi atque impetrandi, maxime post *facio* et *efficio*, ponitur etiam **ut non** *(ut nemo, ut nihil,* cet.) *Ex quo efficitur non ut voluptas ne sit voluptas, sed* UT *voluptas* NON *sit summum bonum.* Cic. *Fin.* 2, 8, 24. [—Post *velim* et *vellem* etiam invenitur **non**. *Vellem tua te occupatio* NON *impedisset.* Cic. *Att.* 3, 22, 1.]

NB. 2. *Volo, nolo, malo, sino* fere adhibentur sine **ut.** Post alia, [maxime petendi et rogandi, suadendi, monendi, imperandi, permittendi, post *fac* et *faxo*] **ut** potest omitti, cum sensus perspicuus est, v. c. *quid vis faciam? Nolim ita existimes. Quam vellem Romae mansisses!* [*Velim vos neglegentiae paeniteat, nolim me laboris taedeat, mallem hujus te sceleris puderet, sine vivam, dic veniat, fac cogites qui sis. Huic mandat Remos reliquosque Belgas adeat.* Caes. *G.* 3, 11, 2.[1]]

II. Quaedam verba subjunctivi accedunt interdum significatione verbis opinandi vel declarandi, quo sensu accusativum cum infinitivo postulant.

SIT PERSUASUM *civibus dominos* ESSE *omnium rerum ac moderatores* DEOS. Cic. *Leg.* 2, 7, 15; estén persuadidos (convencidos, i. e. crean) los ciudadanos.

[Sunt praecipua: *decerno*, reconozco, *statuo*, me persuado, *constituo*, convengo en, prometo, *volo*, sostengo, defiendo, *contendo*, sostengo, me esfuerzo en probar, *concedo*, concedo = reconozco, *moneo*, recuerdo, *persuadeo*, si de opinionibus agitur, convénzome de que, creo, persuado (que una opinión se crea), *efficio, conficio*, infiero, pruebo, *auctor sum*, aseguro, *placet. In primis hoc volunt persuadere,*

1 De omissione particulae post haec verba apud priscos v. HOLTZE, *Syntaxis priscorum scriptorum Latinorum usque ad Terentium*, Lipsiae, 1861-62, II, pp. 466-471; de omissione apud Cic. et Caes. v. LEBRETON, *Caes. S.*, pp. 34-37.

non interire animas. Caes. *G.* 6, 14, 5; quieren hacer creer, quieren que se crea, quieren persuadir. *Dicaearchus tres libros scripsit, in quibus vult efficere animos esse mortales.* Cic. *Tusc.* 1, 31, 77. *Stoicis placet omnia peccata esse paria*; los E. aceptan la opinión de que.— At *concedo, contendo, efficio, adducor* et similia inveniuntur etiam cum *ut. Ex quo efficitur ut quod sit honestum, id sit solum bonum.* Nota: *Facio aliquem admirantem (disputantem,* cet.) et *admirari (disputare);* presento a alg. admirándose. *Fac,* imagina, supón, et *faciamus* semper infinit. junguntur. *Facio* cum infinitivo pro *ut* objectivo fere poëtarum est: *Nati me cernere letum Fecisti.* Verg. *Aen.* 2, 538; me hiciste ver, hiciste que viese (yo).]

333 I. Verba et locutiones quae eventum significant postulant subjunctivum cum **ut,** cum **ut non** in negatione; item ea quae notant facilitatem, necessitatem, opportunitatem, cet., ut aliquid fiat. (Subjunct. *subjectivus).*

Forte EVENIT, UT *in Privernati* ESSEMUS. Cic. *de Or.* 2, 55, 224. EST MOS *hominum,* UT NOLINT *eundem pluribus rebus excellere.* Id. *Brut.* 21, 84 (minime autem *ne velint).*

[**Ejusmodi sunt:** *accidit, usu venit,* cet., *est,* sucede, se da el caso, *est hoc, fit, futurum est, sequitur, restat, reliquum est, relinquitur, superest, proximum est,* síguese luego, *extremum est, longe absum, in eo est,* está a punto de, *mos (consuetudo) est, natura (consuetudo) fert, integrum est (mihi),* está en (mi) mano, *novum, rarum, mirum, veri simile, verum est,* es un hecho, cet. *Huic contingit, ut (patriam) e servitute in libertatem vindicaret.* Nep. *Thras.* 1, 2. *Restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius.* Cic. *N. D.* 2, 16, 44. *Reliquum est, ut officiis certemus inter nos.* Cic. *Fam.* 7, 31, 1; «no nos queda otro sino que andemos en competencia entre nosotros cuál hará más por amor del otro.» Abril. *Proximum est, ut doceam deorum providentia mundum administrari.* Id. *N. D.* 2, 29, 73. *Cultus deorum est optimus, ut eos semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur. Ib.* 2, 28, 71. *Altera est res, ut res geras magnas et maxime utiles.* Id. *Off.* 1, 20, 66; que emprendas. *Quam autem habet aequitatem, ut agrum qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat? Ib.* 2, 22, 79. *In eo est, ut proficiscar;* estoy a punto de; ne dixeris: *in eo sum, ut —.*]

NB. 1. Cum nonnullis invenitur subjunctivus vel infinitivus: *Si haec enuntiatio vera non est,* SEQUITUR UT *falsa* SIT, etiam: SEQUITUR *falsam* ESSE, agitur enim de logica inductione; at solum: *Sequitur ut*

doceam. [*Ei ne integrum quidem erat ut ad justitiam remigraret.* Cic. *Tusc.* 5, 21, 62; no estaba en su mano, no era dueño de. *Mihi integrum est vel facere, vel non facere*: cf. id. *Att.* 4, 2, 6. *Quid vero tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? Quid tam inusitatum, quam ut eques Romanus ad bellum maximum pro consule mitteretur?* Id. *Man.* 21, 62. *Si verum est ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit.* Nep. *Hann.* 1, 1; si es una verdad (histórica), si es un hecho. At: *verum est bis bina esse quattuor;* es una verdad (teórica). Cf. n. **340**, I.

NB. 2. *Contingit (mihi),* tengo la dicha de, et *restat* usurpantur a poëtis et recentioribus etiam cum simplici infinitivo. *Non cuivis homini* CONTINGIT ADIRE *Corinthum.* Hor. *Ep.* 1, 17, 36.]

II. *Necesse est* et *oportet,* es forzoso, es necesario, construuntur cum subjunctivo, particula **ut** generatim tacita, post *oportet* semper, vel cum accusat. et infinitivo.

(Leuctrica pugna) immortalis SIT NECESSE EST. Nep. *Epam.* 10, 2. *Homini* NECESSE EST MORI. Cic. *Fat.* 9, 17. [*(Habeo necesse scribere.* Id. *Att.* 10, 1, 4). *Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio.* Id. *de Or.* 1, 6, 20. *Bellum geri oportebat.* Sine subjecto dicitur semper: *Necesse est ire, oportet ire. Proponi oportet quid afferas, et quare ita sit ostendere.* Cic. *de Or.* 2, 41, 177.]

III. *Accedit,* se junta, allégase, postulat **ut** vel indicativum cum **quod**. At semper dicitur: *adde quod.*

Ad Appii Claudii senectutem ACCEDEBAT *etiam* UT *caecus esset.* Cic. *C. M.* 6, 16; el ser ciego, la circunstancia de ser c. ACCEDIT *enim* QUOD *patrem amo.* Id. *Att.* 13, 21, 7. [— Si id quod accedit non existit, sed tantum supponitur, solum *ut* adhibetur: *Si vero illud quoque accedet ut dives sit reus, difficillima causa erit.*]

334 I. Post verba et locutiones impediendi, obstandi, prohibendi et similia adhibetur subjunctivus cum particula **ne**.

IMPEDIOR *egomet, judices, dolore animi,* NE *de hujus miseria plura* DICAM. Cic. *Sull.* 33, 92. *Histiaeus Milesius* NE *res* CONFICERETUR, OBSTITIT. Nep. *Milt.* 3, 5.

[**Hujus generis sunt**: *impedio, prohibeo, obsto, obsisto, officio, resisto, deterreo, recuso, caveo, vito, repugno, intercedo, interdico, teneo,* contengo, *contineo, retineo, (mihi) tempero, per me stat* vel *fit,* cet. *Pythagoricis interdictum putatur ne faba vescerentur.* Cic. *Div.* 1, 30, 62. *(Regulus) sententiam ne diceret recusavit.* Id. *Off.* 3, 27,

100; rehusó dar su parecer. *Ut caverem ne cui suspicionem darem.* Id. *Fam.* 3, 12, 4; «andar recatado de no dar lugar a nadie que sospechase». Abril. *Potuisti prohibere ne fieret.* Id. *Caecil.* 10, 33. — Cum *cave* saepe *ne* reticetur praesertim in sermone familiari: *Cave dicas.*]

NB. *Recuso* et *caveo* aliquando, *impedio* et *prohibeo* saepe infinitivum habent. CAVE *id* PETERE *a populo Romano, quod jure tibi negabitur:* cf Sall. *J.* 64, 2. [*Me enim et hunc Sulpicium impedit pudor exquirere.* Cic. *de Or.* 1, 35, 163. Sed cum *ne* dicitur: *pudor impedit (prohibet) ne exquiram,* omisso accusativo, raro *me impedit ne exquiram.*]

II. Verbis et locutionibus impediendi, obstandi, prohibendi addi etiam potest subjunctivus cum **quominus**, praeeunte frequenter negatione aut interrogatione.

Hiemem credo adhuc PROHIBUISSE QUOMINUS *de te certum* HABEREMUS. Cic. *Fam.* 12, 5, 1. *Non* RECUSABO QUOMINUS *omnes mea* LEGANT. Id. *Fin.* 1, 3, 7. *Quid autem* OBSTAT QUOMINUS *sit (Deus) beatus?* Id. *N. D.* 1, 34, 95.

[**Huc pertinent:** *impedio, prohibeo, obsto, obsisto, officio, deterreo, teneo, per me stat, per me fit,* de mí depende (el que no), por mí queda (el no), *moror, in mora sum,* cet., cum negatione (*non, vix*) aut interrogatione: *pugno,* peleo (para que no), *recuso, intercedo, interdico,* cet. *Intercludor dolore quominus ad te plura scribam.* Cic. *Att.* 8, 8, 2; la pesadumbre me impide. *Nec aetas impedit quominus agri colendi studia teneamus.* Cic. *C. M.* 17, 60. *Caesar cognovit per Afranium stare quominus proelio dimicaretur.* Caes. *C.* 1, 41, 3; «que por A. quedaba el no dar la batalla». Goya. *Lege excipiuntur tabulae publicanorum quominus Romam deportentur.* Cic. *Verr.* 2, 2, 76, 187; los registros de los p. están exceptuados por una ley, de = están sujetos a una ley que impide sean llevados a R.]

III. **Quin** adhibetur cum subjunctivo, negatione vel restrictione praecedente verba et locutiones:

1.m dubitandi. NON DUBITO QUIN *tibi quoque id molestum* SIT. Cic. *Att.* 1, 5, 1; no dudo = estoy cierto, persuadido.

2.° omittendi, «dejar de», et similia, v. g. *abesse,* «faltar, estar lejos de». FACERE NON POTUI, QUIN *tibi quoque et sententiam et voluntatem* DECLARAREM *meam.* Cic. *Fam.* 6, 13, 1; «no he podido dejar de manifestarte». Abril: no he podido menos de m., no he p. sino m. [*Haud multum afuit quin ab exsulibus interficeretur.* Liv. 42, 44.]

3.° se continendi. *Ego* VIX TENEOR QUIN ACCURRAM. Cic. *Fam.*

16, 24, 2; [1] «yo estoy que me comen los pies por volar allá». Abril.

4.° aliquando post verba recusandi, raro post impediendi. [2] NON *possumus* QUIN *alii a nobis* DISSENTIANT RECUSARE. Cic. *Ac.* 2, 3, 7.

[**Sunt hujus loci:** *non deterreo, non praetermitto, nihil intermitto, facere non possum* (apud priscos *non possum*), no puedo dejar de, *fieri non potest, non dubito*, no dudo=estoy cierto, estoy persuadido, *quis dubitat, dubium (dubitandum) non (nemini) est*, cet., *non me teneo (retineo, contineo), vix reprimor, non recuso, deesse mihi nolo, nulla est causa (quid est causae?), paulum, non multum, nihil abest*, cet. *Vix contineo me quin involem.* Ter. *Eun.* 5, 2, 20 [859]. *Deese mihi nolui, quin te admonerem.* Cic. *Fam.* 5, 12, 2; no quise descuidarme de advertirte. *Quid igitur est causae quin (decemviri) coloniam in Janiculum possint deducere?* Id. *l. Agr.* 2, 27, 74. *Dubita, si potes, quin*, i. e. *dubitare non potes, quin.* Pro *facere non possum, fieri non potest quin* etiam usurpatur *facere non possum, ut non:* cf. n. **332,** 2.° et **333,** I.]

NB. 1. Post verba dubitandi reperitur nonnunquam oratio infinitiva pro subjunctiva cum *quin.* NEQUE *enim* DUBITABANT HOSTEM *ad oppugnandam Romam* VENTURUM. Liv. 22, 55, 2; pro *quin hostis venturus esset.* Sed cum verba dubitandi significant «tener reparo, vacilar,» habent infinitivum, raro subjunctivum. NON DUBITAVIT DICERE *illa.* Cic. *C. M.* 6, 16; no tuvo reparo en.

[Sic: *non dubito credere, dubito facere* sine negatione. —*Nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia.* Cic. *Man.* 23, 68; no vaciléis en confiar. «Dudo hacer» (=no sé si hacer) dicitur semper: *dubito an, dubito an non:* cf. n. **389,** II, *NB.*

NB. 2. *Quin* invenitur raro cum verbis negativis opinionem declarationemve significantibus. QUIS IGNORAT QUIN *tria Graecorum genera* SINT? Cic. *Flac.* 27, 64; pro *tria Graecor. genera esse.*]

335 Post verba et locutiones timendi et quae sollicitudinem exprimunt, adhibetur **ne**, si rem non cupimus, **ut** vel **ne non** *(ne nullus* cet.), si cupimus.

PAVOR CEPERAT *milites,* NE *mortiferum* ESSET *vulnus.* Liv. 24, 42, 2; miedo de que la herida fuese mortal, etiam: no fuese m.

1 Cf. Ribadeneira, *Flos S* 14 Febr. S. Valentín: «*No se pudo tener* el letrado oyendo esto, *que no clamase* en voz alta».

2 V. KIENITZ, *De* **quin** *particulae apud priscos scriptores usu.* Carlsruhe, 1878.

Omnes labores te excipere video; TIMEO UT SUSTINEAS. Cic. *Fam.* 14, 2, 3; temo (que) no los puedas sobrellevar, (que) no los podrás soportar. VEREOR NE *exercitum firmum habere* NON *possit.* Id. *Att.* 7, 12, 2.

[Sic: *timeo, metuo, vereor, terreo, timor (metus, pavor) est, incidit, capit (me), horresco; sollicitus sum, cura est, curam injicio alicui*, cet. Post *periculum est* adhibetur similiter *ne*, hay peligro de que, et *ne non*, de que no. *Vereor ne Pompejo quid oneris imponam.* Cic. *Att.* 9, 7, 3: recelo no imponga, recelo imponer. *Non quod verear ne tua virtus opinioni hominum non respondeat.* Cic. *Fam.* 2, 5, 2; no que recele que tu valor no haya de corresponder a la opinión pública, «corresp. con el crédito de las gentes». Abril. [1] — *Vereor*, aliquando *timeo*, poëtice *metuo*, cum infinit. est *non audeo*: *Vereor laudare praesentem.* Cic. *N. D.* 1, 21, 58.]

9. TEMPORA SUBJUNCTIVI FINALIS, INTERROGATIVI ET OBJECTIVI. DE CONSECUTIONE TEMPORUM. [2]

336 In orationibus finalibus, interrogationis obliquae et objectivis quae pendent a primaria temporis praeteriti 1.m usurpari solet imperfectum, etiam cum earum sensus valet pro tempore praesenti aut pro omni tempore. *Ad eamne rem* DELECTI (ESTIS), UT *eos* CONDEMNARETIS? Cic. *S. Rosc.* 52, 151; para que condenéis, para que condenaseis, p. condenar? [*Tum ille subito scelere demens,* QUANTA *conscientiae vis* ESSET, OSTENDIT. Id. *Cat.* 3, 5, 11; cuán grande es, cuánta fuese. *Vos* ADEPTI ESTIS *ne quem civem* METUERETIS. Id. *Mil.* 13, 34; «no tener que temer». Oviedo.]

2.° adhibetur aliquando praesens, cum actio verbi primarii habenda est tanquam adhuc perseverans. *Etiamne ad subsellia cum ferro atque telis* VENISTIS, UT *hic aut* JUGULETIS *aut* CONDEMNETIS *(Sext. Roscium)?* Cic. *S. Rosc.* 11, 32; habéis venido = estáis aquí, para; poterat dici: *ut jugularetis, condemnaretis.*

[3.° debet praesens adhiberi, cum oratio secundaria est unice rei praesentis. *Jam exploratum est omnibus* QUO LOCO *causa tua* SIT.

1 Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis. Cic. *Verr.* II, IV, 38, 82: NON *vereor* NE *hoc officium meum P. Servilio judici* NON *probem;* hoc est: *non dubito quin hoc officium meum P. Servilio sim probaturus.* ALV. n. 413, App.

2 Singularia suis locis exponuntur.

Cic. *Verr.* 5, 63, 164: hic necessario dicitur *sit*, nam unice de re praesenti sermo est. Cf. **331**.

337 I. Tempus praesens et futurum orationis principalis postulant praesens in subordinata, si hujus actio simul exercetur; praeteritum perfectum, si praecedit; futurum, si subsequitur. Quare] in consecutione temporum dicitur:

Video (videbo, videro) { *quid facias*, lo que haces. / *quid feceris*, lo que hiciste, lo que hacías. / *quid facturus sis*, lo que harás (lo que has de hacer).

NB. 1. Praesente (et imperfecto) subjunctivi dependentis frequenter utuntur Latini in re futura. *Fortem fac animum* HABEAS. Cic. *Fam.* 5, 10, 6. *Haud dubium erat quin cum Aequis alter consulum bellum* GERERET. Liv. 3, 4, 2; pro *gesturus esset*, que haría.

[*Sic in Asiam proficiscar, ut Athenas non attingam.* Quod fit semper cum verbum caret participio in *urus: Non dubito quin te culpae mox paeniteat;* no dudo que te arrepentirás. *Non dubitabam quin te culpae mox paeniteret;* no dudaba que te arrepentirías. Verum futuro locus esse solet post verba eventus, post *non dubito, non dubium est*, cet. *quin*, post *cum* causale, cum interrogatione obliqua, cum oratione relativa *sunt qui*, cet. et aliquando cum aliis, perspicuitatis gratia. *Vide, quaeso, ne tua divina virtus admirationis plus* SIT HABITURA *quam gloriae.* Cic. *Marc.* 8, 26.]

NB. 2. Pro futuro imperfecto subjunctivi passivi utendum est praesente vel circuitione, v. g. *Ita cecidi, ut nunquam* ERIGAR aut ERIGI POSSIM, que nunca podré levantarme, que n. me levantaré; non autem: *ut nunquam erigendus sim. Non dubito quin urbs brevi expugnetur.*

[II. Tempus praeteritum orationis principalis requirit imperfectum in subordinata, si hujus actio simul exercetur, plusquampf., si praecedit; imperfectum periphrasticum, si subsequitur.]

Vidi (videbam, videram) { *quid faceres*, lo que hacías, lo que hiciste. / *quid fecisses*, lo que habías hecho. / *quid facturus esses*, lo que harías (lo que habías de hacer).

[Sic: *Eo* FIT, *ut milites animos* DEMITTANT, que pierden los bríos. *Eo* FACTUM EST, *ut milites animos* DEMITTERENT, que perdieron los br.

Eo FIET, *ut milites animos* SINT DEMISSURI, que perderán los br. *Eo* FIEBAT (FACIENDUM ERAT), UT *a.* DEMITTERENT, que perdían (que perdiesen). [1] *Negavi me unquam commissurum esse ut jure reprehenderer*, de suerte que se me hubiera de r., por lo cual se me hubiese de, tempore subordinatae orationis non ab infinitiva definito, sed a primario verbo.

At post infinitivum perfectum consecutio temporum respondet huic infinitivo, non verbo orationis praecipuae. *Satis mihi multa verba* FECISSE *videor (= feci) quare hoc bellum* ESSET *genere ipso necessarium.* Cic. *Man.* 10, 27. *Gratulationem a te* PRAETERMISSAM ESSE *arbitror, quod* VERERERE *ne cujus animum offenderes.* Cum infinitivo historico semper utendum temporibus secundariis. Cum autem prima oratio subordinata est subjunctivi, ab hac pendere solet tempus alterius subordinatae. *Testis erit tibi ipsa, quantae mihi curae* FUERIT *ut Quinti fratris animus in eam* ESSET *is qui esse* DEBERET. Cic. *Att.* 1, 5, 2.]

NB. 1. Praesens historicum tempora primaria sequuntur vel secundaria, n. **102**, II. *(Verres)* SCRIBIT *ad quosdam Melitenses, ut ea vasa* PERQUIRANT. Cic. *Verr.* 4, 18, 39. *Diodorus ad propinquum suum* SCRIBIT, *ut iis* RESPONDERET. Ib. [*Castella communit, quo facilius, si se invito transire conarentur, prohibere* POSSIT. Caes. *G.* 1, 8, 2; etiam *conentur.*[2] — Similiter tempora promiscue adhibentur, cum scriptorum opiniones afferuntur in praesente: *Cleanthes docet, quanta vis* INSIT *caloris in omni corpore. (Chrysippus) disputat aethera esse eum, quem homines Jovem* APPELLARENT. Cic. *N. D.* 1, 15, 40. Sed *cum* narrativum praeterita tempora semper assumit: *Videmus progredientem apud Homerum Ajacem multa cum hilaritate,* CUM DEPUGNATURUS ESSET *cum Hectore.* Cic. *Tusc.* 4, 22, 49.

NB. 2. Perfectum logicum, **300**, III, adn. in ima p., tempora primaria post se habet. *Quibus rebus adductus ad causam* ACCESSERIM, DEMONSTRAVI. Cic. *Caecil.* 3, 10; demostré, tengo demostrado, queda demostrado. *Nemo fere vestrum est quin, quemadmodum* CAPTAE SINT *a M. Marcello Syracusae, saepe audierit.* Id. *Verr.* 4, 52, 115; que no haya oído decir, que no sepa.

1 At: *Quaero a te cur C. Cornelium non* DEFENDAM? *cur non* DEFENDEREM? por qué no he de defender, por qué no había de d.? n. **311**, I, sensu sic postulante, cet. Cf. RIEM.-GOELZ., n. 652.

2 Cum oratio dependens praecedit praesens historicum, solet esse in tempore secundario. Cf. RIEM.-GOELZ., n. 649.

338 In propositionibus consecutivis post praeterita saepe id tempus adhibetur, quod exigeret propositio absolute posita.

Paulus tantum in aerarium pecuniae invexit, ut unius imperatoris praeda finem ATTULERIT *tributorum.* Cic. *Off.* 2, 22, 76; tanto dinero, que la presa (el botín) de un solo general puso fin a los tributos (no sólo para entonces *(afferret)*, sino hasta ahora): *multum in aer. pecuniae invexit; itaque unius i. pr. finem attulit tr. Distinebar, ut huic vix tantulae epistulae tempus* HABUERIM. Id. *Att.* 1, 14, 1; que apenas he tenido tiempo (desde entonces hasta este momento): *ut vix haberem*, que apenas tuve (entonces). *(Thorius erat) ita non superstitiosus, ut illa sacrificia et fana* CONTEMNERET (entonces); *ita non timidus ad mortem, ut in acie* SIT *ob rempublicam* INTERFECTUS. Id. *Fin.* 2, 20, 63; que (como sabemos) fué muerto.— Quod item saepe fit in orationibus causalibus et concessivis. *(Caninius) fuit mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non* VIDERIT. Id. *Fam.* 7, 30, 1; sive: *tam mirifica v., ut non viderit*, de tan admirable vigilancia, que no pegó los ojos. *Illud periculum nos, cum nihil contemnere soleamus, non pertimescebamus.*]

CAPUT IX. DE IMPERATIVO [1]

339 I. Imperativi **praesens** adhibetur cum secunda persona certa et definita, in iis praecipiendis quae nunc vel semper servanda sunt.

Corpori SERVI. Cic. *Fam.* 16, 4, 4; cuídate (tú, Tirón, ahora que estás enfermo). *Justitiam* COLE *et pietatem.* Id. *Rep.* 6, 16 [*Somn. Sc.* 3]; practica la j. y la p. (tú, Escipión, ahora y en adelante, siempre). [*Vale. Valete. Cura ut valeas.* — Hic praesens subjunctivi perrarum est in soluta oratione, in ligata reperitur interdum: *Quid bellicosus Cantaber et Scythes, Hirpine,... cogitet...* REMITTAS *Quaerere.* Hor. *C.* 2, 11, 1-4.

NB. In stilo familiari adhibetur aliquando pro imperativo secunda pers. futuri imperf. indicativi. VALEBIS, *meaque negotia* VIDE-

1 Modus hic ab *imperando* potissimum nomen accepit, etiamsi ad prohibendum, precandum, hortandum, misericordiam implorandam et mandata et leges dandas natus est; quare dicitur etiam modus *legitimus*.

BIS. Cic. *Fam.* 7, 20, 2. *Tu interea non* CESSABIS. *Ib.* 5, 12, 10: cf. hic III, *NB.*]

II. **Futurum** imperativi usurpatur 1.° cum secunda persona definita, in iis praecipiendis quae ad tempus futurum referuntur; ubi solet altera oratio esse rei etiam futurae.

Cum valetudini tuae diligentissime CONSULUERIS, *tum, mi Tiro,* CONSULITO *navigationi.* Cic. *Fam.* 16, 4, 3; i. e. *primum valetudini consule, deinde consules navigationi. Rem vobis* PROPONAM; *vos eam suo, non nominis pondere,* PENDITOTE. Id. *Verr.* 4, 1, 1. [1]

Futurum imperativi usurpatur 2.° in legibus earumque imitationibus (testamentis, pactis, sententiis) tam in praecipiendo quam in prohibendo, [sive in secunda sive in tertia persona.]

Regio imperio duo SUNTO, *iique consules* APPELLAMINO (= *appellantor*), *nemini* PARENTO. Cic. *Leg.* 3, 3, 8. *Hominem mortuum... in urbe ne* SEPELITO *neve* URITO. *Ib.* 2, 23, 58. [*Nocturna mulierum sacrificia ne* SUNTO. Ib. 2, 9, 21. *Impius ne* AUDETO *placare donis iram deorum. Ib.* 2, 9, 22. — *Servus meus Stichus liber* ESTO (testament.) *Non satis est pulchra esse poëmata; dulcia* SUNTO. Hor. *Pis.* 99. *Tu vero enitere, et sic* HABETO, *non esse te mortalem, sed corpus hoc.* Cic. *Rep.* 6, 24, 26 [*Somn. Sc.* 8]. [2] At extra sententiam: *Tibi* HABE *Canephoros: deorum simulacra restitue.* Id. *Verr.* 4, 8, 18. *Esto;* pues sea, sea enhorabuena así.]

III. Cum secunda persona definita adhibetur in prohibendo 1.° futurum perfectum subjunctivi. NIHIL IGNOVERIS. *Misericordia* COMMOTUS NE SIS. Cic. *Mur.* 31, 65; nada perdones; no te dejes conmover por la m. NE TRANSIERIS *Hiberum.* Liv. 21, 44.

2.° imperativus *noli (nolito)* cum infinitivo. NOLITE, *judices,* EXISTIMARE. Cic. *Flac.* 42, 105. [NOLI *isto modo* AGERE *cum Verre.* Cic. *Verr.* 4, 5, 10. *Si insidias fieri libertati vestrae intellegetis,* NOLITOTE DUBITARE *eam, consule adjutore, defendere.* Id. *l. Agr.* 2, 6.]

3.° in carmine praesens imperativi, interdum subjunctivi, quod postremum in soluta oratione rarum est. *Tu* NE CEDE *malis.* Verg. *Aen.* 6, 95. [NE *post* CONFERAS *culpam in me.* Ter. *Eun.* 388 [2, 3, 96]. [3]]

1 Apud Plaut. est 2.ª pers. fut. imperativi pro praes., v. c. *Illic* ASTATO *ilico. Rud.* 825. Et apud eundem et Terent. tertia pro praes. subjunctivi.

2 Sic Cato et Columella, cum rei rusticae leges tradunt.

3 *Tu, quaeso, quicquid novi scribere* NE PIGRĒRE. Cic. *Att.* 14, 1, 2; no seas negligente en: *pigrere,* quia potest exponi tanquam pendens a *quaeso ne;* deinde quia supino caret.

NB. Particulae prohibitivae seu negativae sunt **ne, nihil, nusquam, ne quis** vel **nemo**, cet. [In secundo membro negativo, cum prius etiam negativum est, ponitur **neve**; verum potest **nec (neque)**, cum est affirmativum. *Capessite rempublicam*, NEQUE *quemquam ex calamitate aliorum metus ceperit.* Sall. *J.* 85, 47.]

IV. Tertia persona, item secunda indefinita, tam in praeceptis quam in prohibitionibus ponuntur in praesente subjunctivi.

Vultus, oculi, manuum motus TENEAT *decorum.* Cic. *Off.* 1, 35, 128. *Isto bono* UTARE, *dum adsit; cùm absit,* NE REQUIRAS. Id. *C. M.* 10, 33; [usa, usad, use uno, úsese, usemos, — no lo eches menos, no lo echéis menos, nadie lo eche m., no se eche, no lo echemos. *Puer telum* NE HABEAT. *Injurias fortunae quas ferre nequeas defugiendo* RELINQUAS. Cic. *Tusc.* 5, 41, 118. Cf. n. **314**.

V. Ad minuendam vim imperativi adhibentur haec: *amabo, amabo te, obsecro, quaeso, oro te, sis, sultis, sodes.* AMABO TE, *advola.* Cic. *Q. fr.* 2, 10, 4. *Corrige,* SODES, *Hoc, ajebat, et hoc.* Hor. *Pis.* 438. Contra ad vehementius instandum adduntur *age, agite, age dum, agite dum, age sis, i.* AGITE DUM, *clamorem tollite.* Liv. 3, 62, 4. I, *lictor, colliga manus.* Id. 1, 26, 11.]

CAPUT X. DE INFINITIVO[1]

I. INFINITIVUS SUBJECTIVUS

340 I. Verbum infinitivum [aut oratio infinita] partes nominativi agere potest a) verbi *sum*, b) impersonalium iisque similium; c) aliorum valde raro. Cf. n. **333**, I.[2]

a) VACARE CULPA *magnum* EST *solacium.* Cic. *Fam.* 7, 3, 4. b) *Tua et mea maxime* INTEREST TE VALERE. *Ib.* 16, 4, 4. [c) *Omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coëgit.* Sall. *J.* 31, 14; a todos obligó a unirse; potius dicendum: *eaedem cupiditates, eadem odia, iidem metus in unum omnes coëgere.*

1 Infinitus quidem sive infinitivus dicitur, quod neque personas neque numeros definiat; unde nominibus aequiperatur, et frequenter partes agit substantivi verbalis; quare saepenumero tanquam subjectum et praedicativum, ut complementum directum, immo quandoque ut indirectum genitivi, dativi et ablativi adhibetur. Etiam cum eo cohaerere potest adjectivum et pronomen: *Vivere ipsum turpe est nobis*, cf. Cic. *Att.* 13, 28, 2.

2 *Est* cum solo infinito, v. c. *videre est*, apud poëtas et recentiores invenitur.

Sic: a) *est* sequente substantivo, adjectivo, genitivo substantivi vel adjectivi substantive sumpti, adverbio, verbo infinito: ut *fas, nefas, tempus, mos*, n. **333**, I, *scelus, facinus, opus, operae pretium est, consilium est, in animo est. Deo parere libertas est*, Sen. *Dial.* 7, 15, 7; *varium caeli praediscere morem Cura sit*, Verg. *G.* 1, 51; *consilium erat inclinare vires*, Liv. 1, 27, 6, et *consilium fuit excedendi*, cf. n. **359**, II, *NB. Tempus est nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare.* Cic. *Att.* 10, 8, 8; — *apertum, manifestum, perspicuum, verum, veri simile (simile veri), credibile, consentaneum, rectum, justum, aequum, par, dulce, utile, decorum, pulchrum, iniquum, indignum*, que indigna, que causa indignación, *stultum est, nihil mihi antiquius est quam*, más importante, preferible: *Dulce et decorum est pro patria mori*, Hor. C. 3, 2, 13; — *hominis, adulescentis, sapientis, nullius, insipientis est. Majorum instituta tueri sapientis est*, Cic. *Div.* 2, 72, 148; — *satis, satius, necesse est*, cet.: *Bene sentire recteque facere satis est ad bene beateque vivendum*, Cic. *Fam.* 6, 1, 3. — *Docto homini vivere est cogitare; nihil aliud est bene et beate vivere nisi recte et honeste vivere.* — At *lex est*, cet. cum *ut*, n. **332**, I.

b) *Paenitet, piget, pudet, taedet; libet (lubet), licet, decet, dedecet, fallit, fugit, latet, praeterit, oportet, praestat, conducit, convenit, expedit, interest, refert, placet, juvat* apud poëtas et Liv., *mihi vacat* ap. poët. et sequiores, *nihil attinet, apparet, elucet, convenit, visum est mihi*, hoc est *constitui*, resolví: *Paenituit jurasse patrem.* Ov. *M.* 2, 49; *licet autem nemini (neminem decet) contra patriam ducere exercitum*, cf. Cic. *Phil.* 13, 6, 14; dicitur etiam cum accus. aliquando: *non licet me isto tanto bono uti*, Cic. *Verr.* 5, 59, 154; *haec praescripta servantem licet magnifice vivere*, id. *Off.* 1, 26, 92, cf. n. **187** *NB.* 2; *quos ferro trucidari oportebat;* id. *Cat.* 1, 4, 9; *omnibus enim bonis expedit salvam esse rempublicam*, id. *Phil.* 13, 8, 16; *apparet esse commotum, ib.* 2, 34, 84;[1] *(senatui placet) C. Cassium pro consule provinciam Syriam obtinere, ib.* 11, 12, 30, cf. *placet ut.* — Nota ejusmodi infinitivo addi posse orationem dependentem tertiae pers. indefinitae. *Neque vero quicquam praestabilius videtur quam posse dicendo hominum voluntates impellere* QUO VELIT, UNDE *autem* VELIT *deducere.* Cic. *de Or.* 1, 8, 30; para donde uno quiera, adonde se quiera.]

II. Post verba maxime eventus et post locutiones ex adjec-

1 *Ille apparet esse commotus* pro *illum apparet esse commotum* est aetatis imperatorum.

tivo aut substantivo et *sum* conflatas adhibetur **quod** (cum indicat. vel subjunct., n. **307**, **313**), si oratione subjecta non res simpliciter mente concepta sed certus eventus indicatur.

PERCOMMODE FACTUM EST QUOD *de morte et dolore* DISPUTATUM EST. Cic. *Tusc.* 4, 30, 64. Fué muy a propósito, vino muy a cuenta el haber disputado, el que (efectivamente) se disputase. *Ad me scribis* GRATUM *tibi* ESSE QUOD *crebro certior per me* FIAS *de omnibus rebus.* Id. *Fam.* 1, 7, 1.

[Hoc *quod* explicativum sive declarativum invenitur in propositione completiva non solum subjectiva verum aliquando objectiva, et generatim est interpretandum per *que* (=*el hecho de*), addique his verbis solet: a) *accidit, evenit, contingit; bene, male, prudenter, gratum*, cet. *facio (fit), accedit. Accidit perincommode quod eum nusquam vidisti.* Cic. *Att.* 1, 17, 2.—b) *est* cum adjectivo aut substantivo. *Nihil (est) majus quam quod ita stabilis est mundus*, cet. Cic. *N. D.* 2, 45, 115.—c) cuilibet verbo, maxime cum pronomine adverbiove demonstrativo, modo ne natura sua infinitum aut subjunctivum expostulet. [1] *Hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos.* Cic. *de Or.* 1, 8, 32; en que nos hablamos mutuamente, los unos a los otros: hic nullo modo infinit. adhiberi potest. *Omitto illa vetera, quod istum in rempublicam ille aluit.* Id. *Att.* 8, 3, 3. *Me maxime scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore ut infringatur hominum improbitas.* Cic. *Fam.* 1, 6, 1.—d) Additur autem necessario initio orationis ad respondendum objectionibus; ubi sonat *quod attinet ad. Quod autem me Agamemnonem aemulari putas, falleris.* Nep. *Ep.* 5, 6.—Eodem pacto: *praeterquam quod*, fuera de que v. g. eran pocos los defensores, sobre ser pocos los d.; *praeterquam quod defensores pauci erant; praetereo, mitto quod*, paso en silencio, *adde quod.* [2]

NB. Infinitivus propositionem exprimit quasi rem mente conceptam seu simpliciter cogitatam, *quod* quasi factam, sive factum aliquod, ut: *Victorem victis parcere magnum est*, et *quod victor victis pepercit m. e.* In priore indulgentia victoris non affirmatur, contra in altero.]

1 Raro tamen jungitur cum verbis *dicendi* et *cogitandi. An mihi de te nihil esse* DICTUM *unquam putas? ne* HOC *quidem*, QUOD... *Taurum ipse transisti?* Cic. *Fam.* 3, 8, 6.

2 **Tantum quod**=*nisi quod. Componit edictum iis verbis, ut quivis intellegere possit unius hominis causa conscriptum esse*, TANTUM QUOD *hominem non nominat.* Cic. *Verr.* 2, 1, 45, 116; sólo que no nombra.

II. Simplex infinitivus objectivus

341 Simplicem post se infinitum habent:

1.° Verba quae posse, debere et solere significant. *Qui* MENTIRI SOLET, PEJERARE CONSUEVIT. Cic. *Q. Rosc.* 16, 46.

[*Possum, queo, nequeo*, poët. et Livian. *valeo; debeo, soleo, assuesco, consuesco. Non queo (possum) reliqua scribere.* Cic. *Fam.* 14, 1, 5. Item *habeo* pro *possum* apud Cic.: *De Alexandrina re tantum habeo polliceri, me* cet. *Att.* 1, 5 a, 3; sólo puedo prometerte que yo. *Necesse habeo scribere=debeo scr.*]

2.° Verba incipiendi, perseverandi, desinendi. *Huic* INCIPIO *sententiae* DIFFIDERE. Cic. *Tusc.* 5, 1, 3.

[*Coepi, incipio, adorior,* intento, *ordior, exordior, aggredior, ingredior; pergo, persevero, persto (persisto), insto; desino (desisto), absisto, cesso, intermitto, omitto, mitto, neglego, supersedeo, non curo*, et poët. *fugio, parco* (praesertim in imperativo: etiam alii imperat., v. g. *mitte (loqui cetera*, Hor., *pro nobis precari*, Ov.), *absiste (moveri*, Verg.), *omitte (tueri*, Hor.). *(Parce, sis, jura socitatis jactare.* Liv 34, 32, 20.) *Jugurtham beneficiis vincere aggressus est.* Sall. *J.* 9, 3; ganarlo a fuerza de b. *Sum exorsus dicere.* Cic. *Div.* 2, 49, 101. *Posteaquam sum ingressus res eas, quas tecum simul didici, mandare monumentis.* Id. *Ac.* 1, 1, 3; comencé a escribir. *Iter reliquum conficere perge:* cf. id. *de Or.* 2, 71, 290; sigue haciendo lo restante del camino, continúa tu c. *Fugere perseveravit.* Caes. C. 2, 22, 4. *Omittamus lugere.* Cic. *Brut.* 76, 266. *Quid sit futurum cras fuge quaerere.* Hor. *C.* 1, 9, 13. *Parcite, oves, nimium procedere.* Verg. *B.* 3, 94; dejad de pasar demasiado adelante.]

3.° Verba festinandi et morandi. *(Caesar)* MATURAT *ab urbe* PROFICISCI. Caes. *G.* 1, 7, 1.

[*Maturo, propero, moror, cunctor, gravor, pigror; differo* apud Hor. et Liv. *En cui bellum moremur inferre.* Cic. *Phil.* 5, 12, 33. *Scribere ne pigrere.* Id. *Att.* 14, 1, 2.]

4.° Apud poëtas et recentiores verbum *est* (personale), adjectiva, ea praesertim quae aptitudinem, cognitionem, cupiditatem significant, raro alia verba, pro gerundii genitivo, accusativo cum *ad*, ablativo cum *in*.

Si tanta CUPIDO EST *Bis Stygios* INNARE *lacus.* Verg. *Aen.* 6, 134; pro *innandi.* AUDAX *omnia* PERPETI. Hor. *C.* 1, 3, 25; h. e. *ad omnia perpetienda.* DURUS COMPONERE *versus.* Id. *S.* 1, 4, 8; i. e. *in versibus*

componendis, [*conficiendis, condendis, conscribendis, exarandis*, versificador duro. *Non mihi sunt vires inimicos pellere tectis.* Ov. *Her.* 1, 109. Sic saepenumero Verg.: *B.* 5, 1; 7, 5; G. 1, 284, cet., et Hor.: *C.* 1, 6, 6; 1, 15, 7; 3, 21, 22; 4, 8, 7; *carm. saec.* 25; *Ep.* 1, 2, 27, cet., ut *bonus (calamos inflare), utilis (tibia aspirare et adesse choris*, flauta a propósito para soplar [1] y acompañar el coro: «a los coros con leve soplo acompañó», Juan G. González), *sollers, par, segnis, conjuratus (tuas rumpere nuptias), timidus (mori), verax (cecinisse), doctus (cantare, vincere), peritus (certare), celer (sequi), avidus (committere pugnam), certus (ire, sucurrere, mori); suetus, assuetus, consuetus, insuetus (muros defendere bello* cf. Verg. *Aen.* 9, 511, *vera audire* cf. Liv. 31, 18, 5). — Rarus est infinitivus pro genitivo gerundii, tanquam substantivi appositio: *Haec benignitas etiam reipublicae est utilis, redimi e servitute captos.* Cic. *Off.* 2, 18, 63.]

NB. 1. **Paratus** jungitur cum infinitivo (et cum *ad*). *Pericula* SUBIRE PARATISSIMUS. Cic. *Fam.* 15, 4, 12, [et *ad pericula subeunda (castris ponendis* Liv., n. **257**, II, *ab omni re paratiores*, n. **279**, *NB.; in jure, in rebus maritimis paratissimus*, n. **282**, I).]

NB. 2. *Possum, debeo, soleo, coepi, desino* juncta infinitivis verborum impersonalium impersonaliter usurpantur. *Cujus auctoritatis* NEMINEM POSSET *paenitere.* Cic. *Har. r.* 21, 45; non *nemo posset p.* [SOLET EUM, *cum aliquid furiose fecit, paenitere.* Id. *Att.* 8, 5, 1: cf. n. **304**. *Si* TE *pudere* DESIERIT. Sen. *Ep.* 40, 13 (4, 11, 13). INCIPIT ME *taedere; pigere* EUM *facti* COEPIT. — Infinitivo juncta passivo verborum transitivorum cohaerent cum nominativo passivo. *Animorum nulla in terris origo inveniri potest.* Cic. *Tusc.* 1, 27, 66. *Plebi injuriae fieri coepere.* Liv, 2, 21, 6: cf. **133**, *NB.* 2.[2]]

342 Simplicem post se infinitivum habent, si utriusque verbi subjectum idem est:

1.[m] Verba sciendi, recordandi, obliviscendi. VINCERE SCIS, *Hannibal; victoria* UTI NESCIS. Liv. 22, 51, 4.

[*Scio, nescio, disco, recordor, memini, obliviscor. Latine loqui didicerat.* Sall. *J.* 101, 6. *Hoc mihi jam ante placuisse potes ex superioribus meis litteris recordari.* Cic. *ad Brut.* 1, 5, 2.]

2.° Verba voluntatis, conatus et quae animi decretum

1 Alii «dar el tono». Hor *Pis.* 204.

2 *Cicero legi potest*, C. puede leerse, p. ser leído, se puede leer a C., cf. CUERVO, *Dicc.* 1, 91, 8).

significant. *Te* VIDERE *quam primum* CUPIO. Cic. *Fam.* 4, 6, 3. *Fuga salutem* PETERE CONTENDEBANT. Caes. *G.* 3, 15, 2. Cf. n. **332**, I, 2.° et 3.°

[*Volo, nolo, malo, cupio, opto, exopto, concupisco, praefero, postulo*, Cic. *Fin.* 3, 17, 58, cf. n. **332**, I, 3.°, *gestio (scire ista omnia), praegestio (-it animus jam videre juvenes*, Cic. *Cael.* 28, 67), *aveo (scire quid agas, quid in caelo fiat, quid sit novi*, Cic.), *ardeo* fere poët. *(ardet abire fuga*, Verg. *Aen.* 4, 28, *persequi Jugurtham animo ardebat*, Sall. *J.* 39, 5), poëtica *amo* et *trepido; audeo, sustineo* pro *audeo* in poësi, *vereor, verecundor, metuo, timeo, horreo; — conor, nitor, enitor, contendo, intendo, tendo* in poësi, *adnitor* Liv. et Tac., *conitor, studeo gratus videri;* at etiam: *gratum se videri studet*, Cic. *Off.* 2, 20, 70, poëtica *incumbo, laboro* et *quaero; — statuo, constituo, instituo, decerno, cogito, meditor, agito mente (bellum renovare*, Nep. *Ham.* 1, 4), *paro, apparo* Caes. *G.* 7, 26, 3, *habeo in animo, fert animus* Ov. *M.* 1, 1, *consilium capio (ineo)*, [*in*] *animum induco* = *mihi propono, dubito, non dubito*, n. **334**, III, *NB.* 1. *Volo et esse et haberi gratus.* Cic. *Fin.* 2, 22, 72. *Malim videri nimis timidus quam parum prudens.* Id. *Marc.* 7, 21. *Te exopto quam primum videre.* Cic. *Fam.* 4, 6, 3: cf. n. **332**, I, 3.° *Amet pacare tumentes.* Hor. *Pis.* 197, guste de apaciguar a los iracundos. — *Patriam recuperare nitebantur*, cf. Nep. *Pel.* 2, 1. *Tu ingredi illam domum ausus es?* Cic. *Phil.* 2 27, 68. *(Apes) incumbent generis lapsi sarcire ruinas.* Verg. *G.* 4, 249, pro: *ad ruinas sarciendas, ut ruinas sarciant.* — *Pompejus statuerat proelio decertare.* Caes. *C.* 3, 86, 1. *Meditor esse affabilis.* Ter. *Ad.* 5, 6, 8 [896]. *Munitiones institutas Caesar parat perficere.* Caes. *C.* 1, 83, 4; «se dispone C. a concluir las fortificaciones comenzadas». Goya. *Istum exheredare in animo habebat.* Cic. *S. Rosc.* 18, 52. *Iniit consilia reges Lacedaemoniorum tollere.* Nep. *Lys.* 3, 1; plerumque *iniit consilia reges tollendi*, et semper in passiva: *inita sunt (iniit) in hac civitate consilia* URBIS DELENDAE. Cic. *Mur.* 37, 80. *Galli consilium ceperunt ex oppido profugere.* Caes. *G.* 7, 26, 1; etiam *profugiendi* et *ut profugerent*, cf. n. **332**, I, 3.° *Inducant animum opes contemnere.* Cic. *Tusc.* 5, 10, 30.]

NB. Post verba voluntatis [praecipue *volo, nolo, malo, cupio,*] infinitivo passivo, item infinitivis *esse* et *videri* cum praedicativo additur saepe accusativus. Sic dicitur: *Cupio esse clemens*, at etiam cum Cic. *Cat.* 1, 2, 4: *Cupio, patres conscripti,* ME ESSE CLEMENTEM; [*cupio in tantis reipublicae periculis* ME NON DISSOLUTUM VIDERI. *Sapientem civem me et esse et numerari volo.* Id. *Fam.* 1, 9, 18. At sem-

per: *manere cupio, volo, nolo, malo;* nunquam: *cupio (v. n. m.) me manere.*]

343 I. Verba nonnulla jubendi et prohibendi praeter accusativum personae, quae tamen reticetur aliquando, infinitivum sibi adsciscunt. [*Jubeo, veto, prohibeo, sino* cum *doceo, assuefacio, arguo, insimulo.*]

INSIMULANT HOMINEM *fraudandi causa* DISCESSISSE. Cic. *Verr.* 2, 24, 59; unde in passiva: *Insimulatur homo discessisse*, n. **348**, I. *Illud Hesiodĭum eădem mensura* REDDERE *jubet.* Id. *Brut.* 4, 15. [*(Varius vos prohibuit*, aut in passiva:) *Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere.* Id. *Lig.* 8, 24. *(Improbitas) nunquam sinit eum respirare.* Id. *Fin.* 1, 16, 53. *(Docebo) Rullum posthac tacere.* Id. *l. Agr.* 3, 2, 4. *Caesar legatos ab opere discedere vetuerat. Pontem facere (fieri) jussit.* At imperium et prohibitio passive potius significantur: sed cf. n. **345**.

His addi possunt *cogo, subigo, moneo, hortor, dehortor, impedio, prohibeo* et alia nonnulla. Cf. n. **332**, I, 1.° et **334**. *Ratio ipsa monet amicitias comparare.* Cic. *Fin.* 1, 20, 66; vel *monet omnes (homines, nos) amicitias c. Num te emere venditor coëgit?*]

NB. Jubeo ut aliquis et *veto ne* vel *quominus aliquis* rara sunt. *Magoni nuntiatum ab Carthagine est* JUBERE *senatum* UT *classem in Italiam* TRAJICERET. Liv. 28, 36, 1. *Jubeo alicui ut faciat* vel *alicui faciat* solum apud aevi deterioris scriptores invenitur: cf. n. **212**. —[Animadverte locutionem *interest inter* cum infinitivo. *(Aristo et Pyrrho) inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicebant interesse.* Cic. *Fin.* 2, 13, 43. *(Nihil praeter plorare.* Hor. *S.* 2, 5, 69.)]

II. Reperitur infinitivus pro subjunctivo cum *ut*, fere apud poëtas et seriores, post verba nonnulla suadendi, compellendi, imperandi et permittendi. Cf. **332**, I, 1.° et 3.°

(Plato Dionysio PERSUASIT) *tyrannidis* FACERE *finem.* Nep. *Dion.* 3, 3. *Insignem pietate virum tot* ADIRE *labores* IMPULERIT. Verg. *Aen.* 1, 9. [*Grajis* DEDIT *ore rotundo Musa* LOQUI. Hor. *Pis.* 323, et Verg. *Aen.* 9, 362. *Sollicitor nullos esse putare deos.* Ov. *Am.* 3, 9, 36.[1]]

1 Similiter: *Adimam cantare severis*, Hor. *Ep.* 1, 19, 9, et Graeco more: *Celso gaudere et bene rem gerere, Musa, refer, ib.* 1, 8, 1; «dirás de mi parte a C. que se huelgue y que todo le suceda bien». Villén de B. — In soluta oratione praecipue *concedo* et semel ap. Cic. *permitto: Quinctio ne perire quidem tacite obscureque conceditur, Quinct.* 15, 50; *Ipsis judicibus conjecturam facere permittam*, Verr. 5, 9, 22, *persuadeo* supra, *impello* ap. Liv. 22, 6, 6; *oro* ap. Tac. *Ann.* 13, 13, 15.

III. Accusativus cum infinitivo, seu oratio infinita

344 Accusativum cum infinitivo tanquam objectum sive complementum postulant verba et locutiones sentiendi et declarandi, [h. e. quae alicujus cognitionem, opinionem aut declarationem exprimunt.]

Sentimus calere ignem, nivem esse albam, mel dulce. Cic. *Fin.* 1, 9, 30. Quem existimas fuisse *principem oratorum? Ecce tibi* nuntius pueros venisse *Roma.* Id. *Att.* 2, 8, 1.

[**En frequentiora sentiendi et declarandi,** h. e. intellegendi, existimandi, credendi, sperandi, videndi, audiendi; dicendi, promittendi, demonstrandi, similia: *sentio, animadverto, intellego, cognosco, scio, nescio, ignoro, perspicio, comperio, suspicor, disco, memini, recordor,* poët. *reminiscor,* ex. gr. Ov. *M.* 1, 256, *memoria teneo, obliviscor; arbitror, censeo, credo, duco, judico,* cet., *colligo* et *concludo,* infiero, concluyo (que), *statuo* et *decerno,* tengo para mí; *spero, despero; video, audio, accipio* pro *audio* et *intellego; dico, ajo, affirmo, confirmo, contendo,* defiendo, *fateor, profiteor, nego,* digo que no, niego, *persuadeo,* convenzo, *narro, nuntio, scribo* cf. n. **332,** II, *trado, respondeo, declaro, demonstro, ostendo, significo, polliceor, promitto* et *recipio, simulo, dissimulo, minor; fama, spes, (communis) opinio est, auctor sum,* aseguro, *testis sum, certiorem facio* et *doceo,* hago saber, informo, cet.; aliquando etiam sola substantiva et adjectiva ut *opinio, spes, nuntius, ignarus,* ignorando.

Epaminondas animadvertebat totum exercitum periturum (esse). Nep. *Ep.* 7, 4; iba a perecer. *Scribis te ad me venturum.* Cic. *Fam.* 14, 3. *Fateor me communium malorum consolationem nullam invenire. Ib.* 6, 4, 2; que para los males comunes no hallo. *Spero (polliceor, existimo) me propediem istuc venturum esse;* espero llegar, que llegaré. *Eos negavit adhuc se vidisse Antonius.* Cic. *de Or.* 3, 14, 54; negó haberlos visto, dijo que no los había v. In his et similibus nota accusativos *me, te, se, nos, vos,* qui saepissime a nobis non redduntur cum utriusque verbi subjectum idem est, at solent a Latinis explicari, omitti perraro. — *Eum sermonem mandavi litteris, ut illa opinio tolleretur, Antonium plane indoctum fuisse:* cf. Cic. *de Or.* 2, 2, 7. *Pellantur istae ineptiae paene aniles, ante tempus mori miserum esse.* Id. *Tusc.* 1, 39, 93. *Procurrunt equites, ignari hostes post collem occultari.* — *Spero* et *polliceor,* et pauca alia, cum simplici infinitivo quandoque inveniuntur, si utriusque orationis subjectum idem est.

Nos si dii adjuvabunt, circiter Idus Nov. in Italia SPERAMUS FORE. Cic. *Fam.* 14, 5, 2. [1]

Nota alia verba quae raro opinionem declarationemque significant, ex. g. *mitto*, aviso por un mensajero: *Fabius ad collegam mittit altero exercitu opus esse.* Liv. 24, 19, 3; *interpretor*, doy como explicación, cet. — Dicitur: *Censeo Carthaginem esse delendam*, soy de parecer que C. debe ser arrasada, et *censeo (ut) Carthago deleatur*, que C. sea arrasada *(ut Carthaginem deleamus)*, etiam: *censeo Carthaginem deleri.* Cf. **332**, II.]

NB. 1. Post verba sentiendi et declarandi accusativus interdum infinitivi verbi dependentis, n. **205**, a poëtis omittitur more Graecorum, cum in eadem persona subsistit oratio. RETTULIT *Ajax* ESSE *Jovis pronepos.* Ov. *M.* 13, 141; pro *se esse J. pronepotem.* [PATIENS VOCARI *Caesaris ultor.* Hor. C. 1, 2, 43; = *p. te vocari C. ultorem. Phaselus ille quem videtis, hospites,* AIT FUISSE *navium celerrimus.* Cat. 1, 4, 1. *(Sensit medios delapsus in hostes.* Verg. *Aen.* 2, 377; = *se delapsum esse.)*

NB. 2. Aliquando orationi infinitivae pronomen neutrum praemittitur, vel *ita* aut *sic.* ILLUD *nunc negabis, te de re judicata judicavisse?* Cic. *Verr.* 2, 33, 81. SIC *enim a majoribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere.* Id. *Div. Caec.* 19, 61. *(Pompejus) narrabat eum graviter et copiose de hoc ipso nihil esse bonum nisi quod esset honestum, disputavisse.* Id. *Tusc.* 2, 25, 61.

NB. 3. Latine non solet dici, ut apud nos, ex. g. DE MEDEA *narrant (eam)* PROFUGISSE; cuentan de M. que huyó, sed: MEDEAM *narrant* PROFUGISSE. Cic. *Man.* 9, 22. Nonnunquam tamen locutio illa invenitur, v. g. *De Antonio jam antea tibi scripsi, non esse eum a me conventum.* Cic. *Att.* 15, 1, 2. Eodem pacto usitatius est: *Socratem Plato scribit*, quam *Socrates, ut Plato scribit;* at frequenter invenies *ut opinor, ut audio, credo.* Nota indicativum pro oratione infinitiva: *Melius peribimus quam viduae aut orbae vivemus.* Liv. 1, 13, 3, pro: *Satius erit nos perire quam viduas aut orbas vivere.* [2]]

1 *Nos* nominativus est verbi *speramus*, aut accus. verbi *adjuvabunt.* CONFITERE *huc ea spe* VENISSE, *quod putares hic latrocinium futurum.* Cic. *S. Rosc.* 22, 61. Sic Teubn. At multi *te venisse*, quia «*me, te, se (eum)* innumerabilibus locis a librariis omissa sunt». V. adn. crit. Müller. REFRACTUROS *carcerem* MINABANTUR. Liv. 6, 17, 6. *Petam a vobis ut ea quae dicam non de memet ipso, sed de oratore* DICERE PUTETIS. Cic. *de* Or. 3, 20, 74; i. e. *me dicere p.*

2 Usus particulae **quod** cum subjunctivo post verba sentiendi et declarandi est aevi sequioris, et maxime saec. III invaluit. Sed jam apud priscos invenitur: *Scio jam filius* QUOD *amet meus Istam.* Plaut. *Asin.* 51-52. Cf. Madvig, *Opusc.*

345 Orationem infinitivam etiam postulant aliquando pro subjunctiva, n. **332**, verba voluntatis, optandi, permittendi, imperandi, prohibendi.

VOLO TE *hoc* SCIRE. Cic. *Att.* 1, 18, 6. TE *tua* FRUI *virtute* CUPIMUS. Id. *Brut.* 97, 331.

[In iis numerantur: *volo, nolo, malo, cupio, opto, studeo, postulo, expeto, sino, patior, jubeo*, n. **343**, I, *impero, prohibeo, veto* (*prohibeo* et *veto* cum *ne* vel cum *quominus; jubeo, patior* et *veto* valde raro cum *ut*). *(Graeci) corpora juvenum firmari labore voluerunt.* Cic. *Tusc.* 2, 15, 36. *Nolo te permoveri.* Id. *Att.* 1, 18, 2. *Nostram gloriam tua virtute augeri expeto.* Id. *Q. fr.* 1, 1, 1, 2. Cum *opto* oratio infin. rara est, cum *impero* infinitivi passiva reperitur, n. **332**, 1.°, cum *postulo* raro adhibetur infinit., et fere passive: *Non hunc in vincula duci imperabis?* Cic. *Cat.* 1, 11, 27. Dicitur etiam nonnunquam *permitto* et *concedo alicui facere aliquid.*]

NB. Volo, nolo, malo, cupio pro infinitivo passivo praeterito admittunt vulgo solum participium. *Domestica cura te* LEVATUM VOLO. Cic. *Q. fr.* 3, 9, 3. *(Patriam)* EXSTINCTAM CUPIT. Id. *Fin.* 4, 24, 66.

346 Item junguntur cum oratione infinitiva fere objectiva verba affectuum, [seu gaudium, maerorem et admirationem significantia,] quae etiam admittunt particulam *quod.*

Hoc mihi DOLET, NOS *sero* RESCISSE. Ter. *Ad.* 272 [2, 4, 8.] DOLET *mihi* QUOD *tu nunc* STOMACHARIS. Brutus ap. Cic. *ad Brut.* 1, 17, 6: cum indic., n. **307**. *Cato* MIRARI *se ajebat* QUOD *non* RIDERET *haruspex,*

Acad. vol. 1, *op.* 5, p. 232 seqq.; G. MAYEN, *De particulis* **quod, quia, quoniam, quomodo, ut** *pro accusativo cum infinit. positis*, Kiel, 1889; Kühner, n. 192, 2 f.

Ab eruditiore saeculo est admissa ea lege, ut omnino explicaret factum praecedenti quadam notione implicite jam indicatum ope demonstrativi, n. **340**, II, v. c. *Videndumque illud est, quod, si opulentum fortunatumque defenderis, in uno illo manet gratia.* Ubi «patet», inquit Madv. l. superiore adnot. citato, «longe aliter sententiam a Cicerone animo comprehensam esse ac si dixisset: *sciendum est manere gratiam.* Non enim hoc a se promit Cicero; sed rem notam et concessam *(factum* nunc dicimus) considerari jubet».

Adn. Discrimen solet intercedere inter praesens infinitivi et participii post *audio* et verba videndi: sc. infinitus potius notat actionem ipsam, non tempus actionis; contra participium. *Vidi pueros ludere*, que los n. jugaban: *vidi pueros ludentes*, a los n. mientras estaban jugando, en el acto de jugar. *Video rure redeuntem senem.* Ter. *Eun.* 5, 4, 45 (967). *Aspicis ad te venientem Paulum patrem.* Cic. *Rep.* 6, 14 [*Somn. Sc.* 3]. *Audio te contumeliose de me loqui*, oigo decir que hablas. *Ipsum dicere auditis*, etiam: *Audistis (ex ipso) cum diceret*, n. **315** II, oisteis decir al mismo; *audistis ipsum dicentem*, cuando peroraba. Cf. RIEMANN-LEJAY, § 264, adn. 1.

haruspicem cum vidisset. Cic. *Div.* 2, 24, 51: cum subjunct., n. **313**, III.

[**Sunt praecipua:** *gaudeo, glorior, laetor; fero,* soporto, *aegre fero, moleste fero, doleo, angor, sollicitor, indignor, queror; miror, admiror. Gaudeo id te mihi suadere quod ego mea sponte pridie feceram.* Cic. *Att.* 15, 27, 1. *Incolumis laetor quod (Petilius) vivit in urbe.* Hor. *S.* 1, 4, 98. *Valde miror te ad me nihil scribere.* Cic. *Att.* 8, 12 B, 1. *Quod abes gratulor.* Id. *Fam.* 2, 5, 1; et solum apud poëtas cum infinit. *Tota tibi mente mihique Gratulor ingenium non latuisse tuum.* Ov. *Tr.* 1, 9, 54. — Particula *quod* affectus causa quodammodo significatur.]

347 In vehementi exclamatione atque interrogatione, cui saepe accedit *ne*, adhibetur accusativus cum infinitivo, nullo praecedente verbo. (Infinitus absolutus.)

Me miserum! TE *in tantas aerumnas propter me* INCIDISSE! Cic. *Fam.* 14, 1, 1. MENE *incepto* DESISTERE *victam?* Verg. *Aen.* 1, 37. Cfr. n. **311**, I, *NB.* [1]

IV. NOMINATIVUS CUM INFINITIVO [2]

(Cf. n. **341**)

348 I. Verba dicendi atque existimandi, jubendi et prohibendi cum aliis, n. **343**, I, in passiva personaliter construuntur; i. e. subjectum verbi infinitivi in nominativum transit verbi primarii.

(ARISTIDES) *unus omnium justissimus fuisse* TRADITUR. Cic. *Sest.* 67, 141; [*dicitur, narratur, fertur, indicatur, memoratur, perhibetur, reperitur,*] pro: *Aristidem justissimum fuisse traditur;* se dice que: cf. n. **183.** JUSSUS ES RENUNTIARI *consul.* Id. *Phil.* 2, 32, 79.

[**Sic:** *scribor, demonstror, audior, intellegor, cognoscor, perspicior.* Item *videor,* si opinationem, non si animi placitum opportunitatemve significat, *putor, judicor, existimor, credor, jubeor, sinor, vetor, prohibeor,* et alia praesertim apud poëtas et posteriores, ut *colligor.*

1 «¿*Yo despertar* de dormir | En lecho tan excelente?» CALDERÓN, *La vida es s.*, j. 2, e. 3. B. 7, 7².

2 V. LEBRETON, *Caes. Synt.*, p. 64-66.

Amens (mihi) fuisse videor. Cic. *Att.* 9, 10, 2; paréceme que fuí un loco. *Malum mihi videtur esse mors.* Id. *Tusc.* 1, 5, 9. *Ii mihi videntur fortunate beateque vixisse.* Id. *Brut.* 2, 9. [1] *Luna solis lumine collustrari putatur.* Id. *Div.* 2, 43, 91. *Hoc ego fingere credar.* Ov. *Tr.* 3, 11, 73. *Scutorum multitudo deprehendi posse indicabatur.* Cic. *Mil.* 24, 64. *Oppugnata domus C. Caesaris per multas noctis horas nuntiabatur. Ib.* 24, 66. *A ceteris omnibus quam gratissimus erga te esse cognoscebar.* Cf. Cic. *Fam.* 1, 5a, 1. *Bibulus nondum audiebatur esse in Syria.* Id. *Att.* 5, 18, 1. *(Pompejus) perspectus est a me toto animo de te cogitare.* Id. *Fam.* 1, 7, 5; me pareció que muy de propósito se puso a pensar en ti. *Nolani muros portasque adire vetiti (sunt).* Liv. 23, 16. *Hispanis duplicia cibaria dari jussa (sunt).* Liv. 24, 47, 11. [2] *Jubetur, vetatur, prohibetur (me, te, illum... legere, rem fieri)* nusquam invenitur, at semper *jubeor (juberis...) legere, res fieri prohibetur.* Sed cum aliquibus, v. c. *nuntior, credor,* utraque constructio invenitur, personalis et impers.

NB. 1. Nonnunquam cum forma personali haec verba occurrunt etiam in oratione subjunctiva praesertim interrogationis obliquae. [3] *Haec qua celeritate gesta sint ...* PRAETEREUNDA *non* SUNT. Cic. *Man.* 12, 34. *(Orator)* EXPLICANDUS EST *nobis qualis futurus sit.* Id. *Or.* 20, 68.

NB. 2. *Videor* etiam in oratione per conjunctionem *ut* interjecta solet personaliter usurpari. *Consiliis,* UT VIDEMUR, *bonis utimur.*

1 Sed: *Nunc autem* VISUM EST MIHI *de senectute aliquid ad te conscribere.* Cic. *C. M.* 1, 2; i. e. *constitui, mihi placuit, visum est opportunum.*—*Videtur mihi* impers., «me parece», rarum omnino est: *Non* MIHI VIDETUR *ad beate vivendum satis posse* VIRTUTEM. Cic. *Tusc.* 5, 5, 12; ubi tamen Bentlejus et Lambinus legunt *virtus.* Quod si infinitus desideratur, e proximo suppletur: *Pueros attribue ei quot et quos videbitur* (intellege *attribuere* seu *attribuendos esse).* Cic. *Att.* 12, 30, 1. *Ad haec, quae visum est, Caesar respondit.* Caes. *G.* 4, 8, 1; adde *respondere.*— Cum verbum *dico* dativo aut adverbio adjungitur, saepius est impersonale: *De hoc (Diodoro) Verri dicitur habere eum perbona toreumata.* Cic. *Verr.* 4, 18, 38; se asegura a V. que éste. *Non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes.* Id. *Fin.* 3, 18, 60.

2 LIBERATUR MILO *non eo consilio* PROFECTUS ESSE, *ut insidiaretur Clodio.* Cic. *Mil.* 18, 47; i, e. *absolvitur (liberatur a culpa) eo quod demonstratur non eo cons. profectus esse.* HI FRATRES *in suspicionem* VENERANT *suis civibus fanum expilasse Apollinis.* Id. *Verr.* 4, 43, 30; tanquam: *putabantur.* COLLIGOR *placuisse.* Ov. *Am.* 2, 6, 61; infiérese. EJUSMODI RES *obstrepi clamore militum* VIDENTUR. Cic. *Marc.* 3, 9; in activa tamen non dicitur nisi *obstrepere alicui:* cf. n. 263

3 Apud Caes. nusquam. Cf. GUTSCHE, *De interrogationibus obliquis apud Ciceronem observationes selectae.* Halis Saxonum, 1885. Verba huc spectantia sunt Cic. *constituor, intellegor* (saepius), *judicor, cognoscor praedīcorque, facilis cognitu est, perspicior, quaeror,* cet.

Cic. *Att.* 5, 18, 2. *Ego autem tibi quidem quod satis esset,* UT MIHI VIDEBAR, *responderam.* Id. *Tusc.* 1, 46, 111.]

II. At verba dicendi atque existimandi in temporibus participii praeteriti et gerundivi constructionem impersonalem habent,[1] raro in temporibus simplicibus.

TRADITUM EST *etiam* HOMERUM *caecum* FUISSE. Cic. *Tusc.* 5, 39, 114. *Ubi tyrannus est, ibi* DICENDUM EST *plane nullam* ESSE REMPUBLICAM. Id. *Rep.* 3, 31, 43. DICITUR *eo tempore* MATREM *Pausaniae* VIXISSE. Nep. *Paus.* 5, 3. [*Ecce autem repente nuntiatur piratarum esse naves in portu Odysseae.* Cic. *Verr.* 5, 34, 87 (*nuntiatur* impers. frequens est).

III. Si utriusque verbi forma composita est, necessario modus impersonalis usurpandus. *Athenas Atheniensium causa putandum est conditas esse.* Cic. *N. D.* 2, 62, 154; minime: *Athenae putandae conditae.*

IV. Si nominativum cum infinitivo aliae subsequuntur orationes infinitivae, in his constructio impersonalis adhibetur.

Peregrina RES TRADITUR *eo anno* FACTA: VULTURNUM, *Etruscorum urbem, ab Samnitibus* CAPTAM. Liv. 4, 37, 1. At dicitur: *Videtur fore* (vel *futurum esse*) *ut imperator laudetur;* non vero: *imperator videtur laudatum iri.*]

V. TEMPORA INFINITIVI

(Cf. n. **106, 108-109**)

349 I. Adhibetur praesens infinitivi, cum hujus actio fit eodem tempore quo actio verbi primarii.

[*Audio, audiam (audiero)*	TE VENIRE	oigo decir, oiré d. que (tú) vienes.
Audiebam, audivi, audieram		oía d., oí d., había oído d. que venías.
Cupio, cupiam (cupiero)		deseo, desearé que vengas.
Cupiebam, cupivi, cupieram		deseaba, deseé, había deseado que vinieras, que vinieses.

Ii (consules) Bibuli sententiam VALERE CUPIERUNT. Cic. *Fam.* 1, 2, 2; «éstos quisieron mucho que prevaleciera el parecer de B.» Abril.

1 Apud Caes. semper.

Non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit quod FIERI POSSE *nunquam* PUTARIMUS. *Ib.* 6, 1, 4; «no habemos por eso de desmayar de tal manera, que parezca haber acaecido alguna cosa que nunca pensáramos que pudiera acaecer». Abril. *Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium,* VOLAM *illum* SCIRE *ex te me id fecisse.* Id. *Att.* 2, 25, 1.[1]]

II. Adhibetur praeteritum infinitivi, cum ejus actio praecessit actionem verbi primarii, item cum actio absoluta sive perfecta significatur.

[*Audio, audivi, audiam*, cet. / *Cupio, cupivi, cupiam*, cet. } VOS VENISSE { que (vosotros) vinisteis (habéis v.) que habíais v. / que hayáis venido, que hubierais (hubieseis) v.

Poteras dixisse. Hor. *Pis.* 328; podías haberlo dicho (ya). *Bellum possumus ante hiemem perfecisse.* Liv. 37, 19, 5; haber terminado, tener acabada.]

NB. 1. *Memini* et *memoria teneo* praesens infinitivi fere postulant ad designandam rem praeteritam, cujus testes fuimus; [secus junguntur cum praeterito.] MEMINI *Catonem anno ante quam est mortuus mecum et cum Scipione* DISSERERE. Cic. *Lael.* 3, 11.

NB. 2. Apud poëtas invenitur praeteritum simplicis infinitivi activi [2] pro praesente post aliqua verba, praesertim quae posse et velle significant. *Bacchatur vates, magnum si pectore* POSSIT EXCUSSISSE *deum.* Verg. *Aen.* 6, 78. [*Ne quis* HUMASSE VELIT *Ajacem.* Hor. *S.* 2, 3, 187. COMMISISSE CAVET *quod mox mutare laboret.* Id. *Pis.* 168. *Si* CURAT *cor spectantis* TETIGISSE *querela. Ib.* 98. *Fratres* TENDENTES *opaco Pelion* IMPOSUISSE *Olympo.* Id. *C.* 3, 4, 51.

Sic etiam apud omnes aliquando, ubi nos praesente saepius utimur, maxime cum *satis est, satis habeo, contentus sum, juvabit, melius erit, paenitebit, pigebit. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.* Ov. *Tr.* 3, 5, 33. *Quiesse erit melius.* Liv. 3, 48, 3.]

1 Eodem pacto in passiva: *Audio, audiebam*, cet. *a te legi Vergilium;* et in conjugatione periphrastica: *Audio te venturum esse,* que *estás a punto* de venir, que *tienes intención* de v. *Audio Vergilium tibi esse legendum,* que *debes* leer a V.

2 Ut Graece aoristus. «Poëtae elegiaci, inquit Madv., *Adv. crit.* II, saepe metri causa in versu pentametro perfectum ponunt; in hexametro praesens, ut Tibullus 1, 1, 73 et 74; 1, 8, 11 et 12; 1, 10, 61 et 62.» Cf. Hor. *Ep.* 1, 1, 41: *Virtus est vitium fugere et sapientia prima Stultitia caruisse.*

III. Adhibetur futurum infinitivi, cum hujus actio consequitur actionem verbi primarii. Et frequenter *esse* omittitur.

[*Audio, audivi, audiam* cet. *te venturum esse* vel *te venturum*, que vendrás, que vendrías. *Audio multas tibi molestias exhauriendas fore*, que tendrás que pasar por; futurum periphrast. *Ipse (Caesar) opinione celerius venturus esse dicitur.* Cic. *Fam.* 14, 23. *Scribit meas litteras maximum apud te pondus habituras. Ib.* 3, 1, 3. *Addit (Pompejus) se prius occisum iri ab eo (Clodio) quam me violatum iri.* Id. *Att.* 2, 20, 2. *Quasi divinarem tali in officio* FORE *mihi aliquando* EXPETENDUM *studium tuum, sic*, cet. Id. *Fam.* 3, 13, 1.[1]]

NB. 1. Verba sperandi, promittendi, minandi a nobis usurpari solent in praesente infinitivi pro futuro, cum utriusque orationis idem est subjectum, v. g. «Espero vencer», *spero* ME VICTURUM, cet. SPERABAT *propediem magnas copias* SESE HABITURUM. Sall. *C.* 56, 4; tener, que tendría.[2]

[*NB.* 2. Verba voluntatis, maxime optandi, jubendi et prohibendi, construuntur generatim cum infinito praesenti, etiam cum aliqua temporis futuri significatione. *Te tua* FRUI *virtute* CUPIMUS.

1 A Corn. Nepote semper *esse* omittitur. Apud Caes. «forma composita *(futurum esse)*, inquit Lebreton, multo rarior est et iis fere locis invenitur, ubi modo indicativo formam... *futurus sum* usurpare liceret; ea enim a Caesare plerumque significatur vel quid a subjecto intendatur, vel quid proxime immineat... Apud Ciceronem utriusque formae eadem omnino videtur esse vis»... (videtur autem) «breviore forma usus esse... paulo frequentius quam forma pleniore». *Caes. S.* pp. 60-61. In locis autem formae compositae verbum *esse* saepe participio antecedit, saepe subsequitur. Apud Caes. in libris *Belli Civilis* sexies antecedit, semel subsequitur.

Memoria tene *venturum esse* etiam praesens esse infiniti periphrastici.—Participium in **urus** cum **fore**. v. g. *addis te ad me fore (?) venturum*, Cic. *Att.* 5, 21, 4; *libenter facturos (?) fore*, Liv. 6, 42, 12, videtur mendosae lectionis. V. JANSS. n. 103.

«Circuitionem illam quae ex participio in *dus* et infinito *esse* constat, praetermisimus,... quia haec loquendi ratio officium necessitatemque potius quam futurum tempus adsignificare videatur.... Cicero, *Fam.* 15, 4, 11: «*Admonendum* potius te a me, quam *rogandum* puto». Dic *Admonitum iri* potius te a me, quam *rogatum iri* puto; num idem haec valent? non puto: illud enim officium debitumque adsignificat, hoc potius futurum tempus. Illud sic exponi potest: *Admoneri* puto potius te a me, quam *rogari oportere*. Sic idem, *Fam.* 1, 5, 1: «Quae autem posita sunt in conjectura quaeque mihi videntur fore, ea puto tibi a me *scribi oportere*»; fac sic: Ea puto tibi a me *scribenda esse*, idem prorsus dixeris.» Alvar. n. 347. Aetate nostra *amandum esse* pro *amatum iri* ad infimam saec III Latinitatem relegatur.

2 Contra: «Espero (creo) que Antonio estará ya en Roma» Latine effertur per praesens: *Spero Antonium Romae jam esse;* agitur enim de re praesenti.—At haec verba admittunt, ut apud nos, praesens *posse, velle, nolle* cum significatione futuri: *Quantum se posse sperat imitari.* Cic. *Or.* 7, 24. Sed apud Caes. praesertim inveniuntur alia verba in praes. infin. etiam post verba dicendi. *Re nuntiata ad suos, illi se quae imperarentur* FACERE DIXERUNT. G. 2, 32, 3; que harían (al momento).

Cic. *Brut.* 97, 331. *Te* VOLO *bene* SPERARE. Cass. ap. Cic. *Fam.* 12, 13, 4.]

IV. **Fore ut, futurum (esse) ut** cum praesente conjunctivi post tempus primarium, cum imperfecto post secundarium eleganter pro futuro infinito tam activo quam passivo adhibentur; qua circuitione subvenitur verbis quae supino carent

Nunquam putavi FORE UT *supplex ad te* VENIREM. Cic. *Att.* 16, 16 C, 10. *Video te velle in caelum migrare. Spero* FORE UT CONTINGAT *id nobis.* Id. *Tusc.* 1, 34, 82. [*Hujus me constantiae puto fore ut nunquam paeniteat.* Id. *Fam.* 2, 16, 3; «de esta mi firme determinación... entiendo que jamás me he de arrepentir». Abril. *Credo fore ut oppidum capiatur*, sive *captum iri.*[1]]

350 I. Pro futuro infinito exacto sive perfecto usurpatur *fore ut* cum perfecto conjunctivi post tempus primarium, cum plusqpf. post tempus secundarium, v. g. *Credo fore ut librum legeris*, creo que habrás leído el l. *Credebam fore ut librum legisses*, creía que habrías leído. [*Spero fore ut omnia propediem confecta sint. Sperabam, cum has litteras accepisses, fore ut ea quae superioribus litteris petissemus impetrata essent.* Cic. *Att.* 16, 16 E. 16 [16, 20]; espero que cuando hayas recibido esta carta se habrá alcanzado lo que pedí en la anterior: n. **300**, I.[2]]

II. In verbis passivis et deponentibus futurum perfectum effici solet ex participio praeterito et *fore*, v. c. *Credo epistulam scriptam fore*, creo que la c. habrá sido escrita. *Credebam eum tum jam profectum fore*, creía que entonces ya él habría partido [*Quos spero brevi tempore societate victoriae tecum* COPULATOS FORE. Cic. *Fam.* 11, 8, 2; «los cuales confío que en breve serán tus compañeros en la comunidad de la victoria». Abril; litt. que se habrán unido: n. **301**.[3]]

1 Infinit. fut. passivi prior forma *(amatum iri)* frequens est in epistulis Cic., quae saepissime in ejus operibus per alteram *(fore ut)* substituitur. Eodem pacto a T. Liv. vix nisi in prima decade usurpatur.

2 Error est a majoribus acceptus, qui adhuc in nostris gymnasiis late pervagatur (vide Grammat. Raimundi de Miguel, *oraciones de infinitivo*, post c. IX in Analogia), futurum perf. indicat., v. g. «creo *que habrás leído* el libro», sic reddere Latine: *Credo te librum fuisse lecturum.*

3 Haec forma non est apud Caes. In illo *B. G.* 4, 6, 3: *ab se fore parata* significatur status ope verbi *sum:* cf. n. **107**.

VI. Infinitivus in oratione obliqua et post infinitivum

351 I. Oratio obliqua ea est qua alicujus dicta aut cogitata [non referuntur iisdem verbis quibus ipse protulit (oratio recta), sed] ita referuntur, ut subjiciantur verbo sentiendi aut declarandi, quod aliquando tamen non exprimitur, v. c. *(Regulus) in senatum venit, sententiam ne diceret recusavit;* QUAMDIU JUREJURANDO HOSTIUM TENERETUR, NON ESSE SE SENATOREM. Cic. *Off.* 3, 27, 100; rehusó dar su parecer, *diciendo* que en cuanto estuviese obligado por un juramento prestado al enemigo, no era senador. Cf. **313,** I-III.

II. Propositio indicativi orationis directae quae aliquid esse vel fieri indicat,[1] in obliqua mutatur in infinitum. Jam praeteritum imperfectum fit praeteritum perfectum post verbum primarium temporis praesentis aut futuri.

Sic: INGEMISCEBAT, *quoties filium conspexerat* mutabitur ita: NARRANT *illum, quoties filium conspexisset,* INGEMUISSE; que gemía, cada vez que miraba: n. **304, 313,** III. [Eodem pacto in passiva: *Copiae ornatae atque instructae* ERANT (imperf. status: estaban provistas y apercibidas), *urbsque* OBSIDEBATUR, estaba o era asediada, erit: *Dico ejus adventu maximas Mithridati copias omnibus rebus ornatas atque instructas* FUISSE, *urbemque Cyzicenorum* OBSESSAM ESSE *ab ipso rege.* Cic. *Man.* 8, 20.[2]

NB. Participio praeteriti cum *fuisse* significatur etiam plusqpf. actionis. *Nego litteras jam tum* SCRIPTAS FUISSE; digo que la carta aun no *se había escrito;* niego que la c. *hubiera sido escrita* entonces, etiam: digo que la c. aun no *estaba escr.*, niego que la c. *estuviese escr.*

1 Enuntiativa haec oratio dicitur.

2 *Quis hoc credat, Cn. Pompejum exercitu dato judicium* EXSPECTATURUM FUISSE *in ejus consiliis vindicandis?* Id. *Mil.* 26, 70; «que P. *había de esperar* el fallo de los jueces para castigar los intentos de». Calvo; «que P. habiéndosele dado ejército *había de haber aguardado».* R. de Oviedo. —At: *Res ad eum defertur:* ESSE *civem Romanum, qui se Syracusis in lautumiis fuisse quereretur.* Cic. *Verr.* 5, 62, 160. Oratio dir.: *Erat civis Romanus, qui querebatur:* cf. n. **313,** I et III. *Esse* in praes., quia *defertur* = *delata est,* praes. historic.

352 I. Interrogatio directa primae vel tertiae personae indicativi in oratione obliqua effertur accusativo tertiae personae cum infinitivo; v. g. *Quid vivimus, quid in parte civium censemur?* sic mutabitur: *Plebes contra fremit: quid* SE VIVERE, *quid in parte civium* CENSERI? Liv. 7, 18, 5. *Quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum memoriam deponere* POSSE? Caes. *G.* 1, 14, 3; omisso *se*, quod hic semper licet: *si volo, num possum?* in orat. recta. *Timere patres residem in urbe plebem. Quamdiu autem tranquillam quae cesserit multitudinem* FORE? Liv. 2, 32, 6; *quamdiu tranquilla quae cessit multitudo erit?* Rarae sunt exceptiones subjunctivi pro infinito.

II. Interrogatio directa secundae personae indicativi vel cujuscumque personae modi potentialis et interrogativi seu dubitativi effertur in obliqua oratione per tertiam pers. imperfecti subjunctivi; v. c. *Quid veremini, aut cur de mea virtute desperatis?* erit: *(Eos incusavit)* QUID *tandem* VERERENTUR? *aut* CUR *de sua virtute* DESPERARENT? Caes. *G.* 1, 40, 4. *Quis hoc sibi persuadeat?* ita erit: *(Titurius clamitabat)* QUIS *hoc sibi* PERSUADERET *sine certa spe Ambiorīgem ad ejusmodi consilium descendisse? Ib.* 5, 29, 5. *Cur fortunam pericliter?* = *Cur fortunam periclitaretur?* Id. *C.* 1, 72, 2. — Rarae sunt exceptiones infinitivi pro subjunctivo cum secunda pers. in orat. obliqua.

353 Propositiones hortativae, imperativae prohibendique aut optativae quae in oratione recta imperativo aut subjunctivo efferuntur, in orat. obliqua per imperfectum subjunctivi enuntiantur. Particula negativa est **ne (neve)**. *Ite, create; eant, creent* sic redditur: *Maesti patres fremunt:* IRENT, CREARENT *consules ex plebe.* Liv. 7, 6, 10. *Sin bello persequi perseveraret,* REMINISCERETUR *et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. Quare* NE COMMITTERET *ut is locus ubi constitissent ex calamitate populi Romani nomen caperet.* Caes. *G.* 1, 13, 4 et 7; = *si bello persequi perseveras, reminiscitor pr. v. H. Quare ne commiseris ut is l. ubi constiterunt ex c. p. R. nomen capiat.*

NB. Imperfectum subjunct. mutari potest in praesens, si prior oratio est praesentis historici, ut *dicit, mandat, respondet*, cet. *(Vercingetorix) perfacile esse factu (dicit) frumentationibus Romanos prohibere, aequo modo animo* (= *modo aequo animo*) *sua ipsi frumenta* CORRUMPANT *aedificiaque* INCENDANT. Caes. *G.* 7, 64, 3; = *aequo m. a. vestra ipsi fr. corrumpite aed. incendite.* Cf. n. **337**, I, *NB.* 1.]

354 I. Praeteritum imperfectum et plusqpf. subjunctivi condicionati efferuntur in oratione obliqua participio futuri cum *fuisse;* in passiva per **futurum fuisse ut** et imperfectum; v. g. *Aliam sententiam dixisset, nisi propinquitate impediretur* mutabitur hac ratione: *Dixit aliam sententiam se* DICTURUM FUISSE, *nisi propinquitate impediretur.* Cic. *Phil.* 8, 1, 2; que *habría dado* otro parecer. *Nisi quidam nuntii de Caesaris victoria essent allati, existimabant plerique* FUTURUM FUISSE UTI (*oppidum*) *amitteretur.* Caes. *C.* 3, 101, 3. [*Puto, etiamsi Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse.* Cic. *Fat.* 3, 6. *An Cn. Pompejum censes tribus suis consulatibus laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri?* Id. *Div.* 2, 9, 22.[1] Cf. n. **350**.

II. Aliquando condicio pendet ex solo sensu. *In iis singulis ita semper existimabitis,* VIVO P. CLODIO (= *si P. Clodius viveret*), *nihil eorum vos* VISUROS FUISSE. Cic. *Mil.* 28, 78. *An eum (Pompejum) magis communem* (dispuesto a oír los consejos de otro) *censemus in victoria (= si vicisset) futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset? et nunc omnia tenentem (= si omnia teneret,* si tuviera todo el poder) *nostras sententias desideraturum censes fuisse?* Id. *Fam.* 4, 9, 2. *Stantes plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuisse facturos?* Id. *Lael.* 7, 24. [2]

NB. Imperfectum subjunctivi condicionati potest post verbum praeteriti significari per futurum imperfectum infiniti; in passiva per *futurum esse ut* vel *fore ut. Titurius clamitabat... Caesarem arbitrari profectum in Italiam, neque aliter* (i. e. *si Caesar non esset profectus) Carnūtes interficiendi Tasgetii consilium fuisse capturos* (in or. recta *cepissent), neque Eburones, si ille adesset, ad castra* ESSE VENTUROS (in recta or. *venirent).* Caes. *G.* 5, 29, 1-3 [3].]

III. Oratio obliqua condicionata praesentis subjunctivi de re significata ut simpliciter possibili, n. **317,** II, est in futuro infin. *Dicit se, amicum si habeat, felicem futurum esse* et: *Dicebat se, ami-*

1 Nota haec et similia: *Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime* POTUISSE *dicere.* Cic. *Off.* 1, 1, 4; quia in oratione recta diceretur: *Plato potuit,* n. **318,** I. *Nonne meminisli clamare te omnia* PERISSE, *si ille (Caesar) funere elatus esset?* Id. *Att.* 14, 14, 3; = *omnia perierant,* n. **318,** II.

2 Loco hujus orationis obliquae recta etiam utuntur Latini, priore verbo interposito. *Credo in illa militis causa, si tu militem defendisses, ad Hostilianas te actiones contulisses.* Cic. *de Or.* 1, 57, 245. *Male, credo, mererer de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem.* Id. *Fin.* 1, 3, 7.

3 Cf. *Revue de philol.,* XI, p. 42 seqq. et XV, 34.

cum si haberet, felicem futurum, ab orat. recta *Amicum si habeam, felix sim.*

355 [I. Post orationem infinitam sequente comparatione cum **quam, idem qui, idem atque, tantus quantus** et similibus fere usurpatur oratio infinita pro finita, si idem verbum subauditur.

Te suspicor eisdem rebus quibus me ipsum interdum gravius commoveri. Cic. *C. M.* 1, 1; etiam nonnunquam: *quibus ego ipse commoveor. (Antonius) ajebat se tantidem (frumentum) aestimasse, quanti Sacerdotem.* Id. *Verr.* 3, 92, 215; i. e. *quanti Sacerdos aestimasset*, per attractionem, cf. n. **313**, III. — Hic accusativus adhibetur nonnunquam etiam post comparativum et *quam* cum verbo diverso a primo: *Nonne tibi affirmavi quidvis me potius perpessurum quam ex Italia ad bellum civile exiturum?* Cic. *Fam.* 2, 16, 3.

II. Cum relativum pendet ab oratione infinita, significatque *et is, sed is, nam is*, hujus relativi oratio infinita est aliquando pro finita.

Res ad eum defertur: esse civem Romanum qui se Syracusis in lautumiis fuisse quereretur; QUEM *jam ingredientem in navem et Verri nimis atrociter minitantem ab se (magistratu Mamertino) retractum esse et asservatum.* Cic. *Verr.* 5, 62, 160.[1]]

CAPUT XI. DE SUPINO, GERUNDIO, GERUNDIVO, PARTICIPIO[2]

I. Supinum

356 I. Supinum in **um** amant verba motus ad finem indicandum.

Abi DEAMBULATUM. Ter. *Haut.* 587 [3, 3, 26]. *Legatos ad Caesarem mittunt,* ROGATUM *auxilium.* Caes. *G.* 1, 11, 2: n. **124**, XIII. Etiam: *ut rogent a., qui rogent a., ad rogandum a., rogandi auxilii*

1 Eodem pacto cum relativa conjunctione rarissime: *Jacere tamdiu irritas sanctiones quae de suis commodis ferrentur, cum interim de sanguine ac supplicio suo latam legem confestim exerceri.* Liv. 4, 51, 4; pro *et interim.*

2 Ad nomina quod attinet v. L. Job, *de Grammaticis vocabulis apud Latinos.*

causa (gratia), raro *rogandi auxilii* (sine *causa)*, et post Cic. *rogaturos a*. [*Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est, sciscitatum quibus precibus deos possent placare*. Liv. 22, 57, 5. — Dicitur: *Nuptum dare alicui filiam*, dar en matrimonio; *do venum servos; eo perditum, eo ultum*.]

NB. Poëtae aliquando pro supino in *um* infinitivo utuntur. *Proteus pecus egit altos* VISERE *montes*. Hor. *C*. 1, 2, 7. [*Non nos aut ferro Lybicos populare penates Venimus, aut raptas ad litora vertere praedas*. Verg. *Aen*. 1, 527.]

II. Supinum in u fere passivae significationis adhaeret nominibus adjectivis, iis praesertim quae honestatem, jucunditatem, facilitatem aut contrarium significant; item substantivis *fas*, *nefas* (et raro *opus est:* **274**, *NB*.).

Quod scire vis DIFFICILE DICTU *est*. Cic. *Fam*. 1, 7, 2; de decirse, de decir.[1] *Quod* OPTIMUM FACTU *videbitur, facies*. Id. *Att*. 7, 22, 2. *Videtis* NEFAS *esse* DICTU *miseram fuisse talem senectutem*. Id. *C. M*. 5, 13. [—Agit aliquando vices infinitivi activi, praesertim cum adjectivis neutris *facile, difficile, proclive* et cum tribus praecepti substantivis, v. c. *quod scire vis difficile est dicere; nefas est dicere miseram fuisse Fabii Maximi senectutem:* cf. n. **340** a) et **274**, I.

His adjectivis potissimum supina in *u* junguntur: *absurdus, acerbus, arduus, asper, credibilis, crudelis, difficilis, dulcis, durus, facilis, foedus, gravis, horrendus, incredibilis, infandus, inutilis, jucundus, lepidus, levis, memorabilis, mirabilis, mirus, molestus, necessarius, optimus, pessimus, pulcher, suavis, terribilis, turpis, utilis*, etiam *dignus* et *indignus*. Frequentiora supina: *auditu, cognitu, dictu, factu, intellectu, inventu, memoratu, transitu, visu*. Ab his differunt verbalia substantiva ejusdem positionis *natu, rogatu*, cet., quod orationem non queant post se habere. *Hoc dictu quam re facilius est*, de decir que de hacer. *Uva peracerba gustatu. Quid est tam jucundum auditu? O rem non modo visu foedam (pulchram), sed etiam auditu! Nihil dictu dignum ausi*. Liv. 9, 43, 6; = *quod dicatur:* n. **329**, 2.°[2]

NB. Praepositio **ad** cum gerundio v. in **359**, I. — Et poëtae cum posterioribus usurpant etiam infinitivum.]

1 «El pavón es *muy hermoso de ver*, mas no es dulce para oir. El ruiseñor es *dulce de oir*, mas no es hermoso para ver.» GRANADA, *Guia*, 2, 21. B. 6, 166[1]. Cf. sequens *NB*. et NONELL, *Gram. Cast*. n. 159, VI.

2 *Istaec lepida sunt* MEMORATUI. Plaut. *Bacch*. 62. *Nunc* OPSONATU *redeo*. Id. *Men*. 288 (unde).

II. Gerundium et gerundivum [1]

357 I. Gerundium nomen est verbale activae significationis, cujus auxilio praesens infiniti activi in casus declinatur, ut: *Tempus est dicendi, philosophia necessaria est bene dicendo* et rectius *ad bene dicendum, consumpsisti tres horas in dicendo.*

NB. Inest interdum in gerundio notio passiva, v. g. *Hostis Antonius judicatus Italia cesserat: spes* RESTITUENDI *nulla erat.* Nep. *Att.* 9, 2; i. e. *fore ut restitueretur* vel *restitutionis.* [*Ferrum habile tundendo.* Plin. *N. H.* 34, 15, 149. *Ante domandum Ingentes tollunt animos.* Verg. G. 3, 206; i. e. *antequam domentur (equi). (Nilus) oblimatos agros ad serendum relinquit.* Cic. *N. D.* 2, 52, 130; para que puedan sembrarse, para la siembra, p. sembrar. (*Memoria*) *excolendo augetur.* Quintil. 11, 2, 1.[2]]

II. Gerundivum (sive participium in **ndus**) est passivae significationis, et 1.[m] frequenter officium necessitatemque significat, praecipue cum verbo *sum.* EST *nobis haec (diligentia) semper* ADHIBENDA. Cic. *de Or.* 2, 35, 148.

2.° in casibus obliquis meram actionem designare solet. IN EA *(voluptate)* SPERNENDA *et* REPUDIANDA *virtus vel maxime cernitur.* Cic. *Leg.* 1, 19, 52; en el menospreciar y repudiar el deleite, en el menosprecio y repudio del d.

3.° negatione aut *vix* praecedente, per verbum *possum* aut per adjectivum saepe explicandum est. *Illa quae natura assecuti sunt (Romani),* NEQUE *cum Graecia* NEQUE *ulla cum gente* SUNT CONFERENDA. Cic. *Tusc.* 1, 1, 2; las cualidades naturales de los R. no pueden cotejarse. VIX *erat* CREDENDUM. Caes. *G.* 5, 28, 1; se podía creer, era creíble. [3]

[*NB.* Gerundia et gerundiva agere possunt partes appositi, sed

1 Cf. SNELLMAN, *De Gerundiis orationum Ciceronis.* Helsingforsiae, 1894.

2 «Cristo mandó creer la Santísima Trinidad, que es cosa altísima *para entender;*... mandó amar al enemigo, que es cosa recia *para cumplir*». GUEVARA, *Monte Calvario,* p. 2, 5.ª palabra, c. 4, fol. 234 (a. ?)=para que la entendamos, para que se entienda, p. ser entendida. Est tamen ubi gerundium respondeat simplici substantivo verbali. *Etiam ceteris quae moventur, hic fons, hoc principium est* MOVENDI. Cic. *Tusc.* 1, 23, 53; i. e. *motus:* cf. Plato, *Phaedr.,* 245 c: τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Cujus hic Cic. locus versio est.

3 Futurum tempus gerundivo expressum non invenitur ante A. Gellium, 18, 6, 7.

raro. *Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit.* Liv. 21, 4, 3.]

358 I. Gerundia quae accusativo gaudent fere elegantius ita efferuntur, ut accusativus in casum gerundii transeat, gerundium in gerundivum mutetur; ut *Pompejus studiosus fuit rempublicam defendendi civesque servandi* ita efferes: *Pompejus studiosus fuit* REIPUBLICAE DEFENDENDAE CIVIUMQUE SERVANDORUM. [*Hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.* Cic. *Fam.* 2, 4, 2. *Omnis loquendi elegantia augetur legendis oratoribus ac poëtis.* Id. *de Or.* 3, 10, 39.]

II. Haec gerundivi constructio usurpanda est, cum gerundium pendet a praepositione, et cum gerundio dativo.

Qui se ipse norit, intelleget quanta instrumenta (medios) *habeat* AD OBTINENDAM ADIPISCENDAMQUE SAPIENTIAM. Cic. *Leg.* 1, 22, 59; non *ad obtinendum sapientiam. Praeesse* AGRO COLENDO. Id. *S. Rosc.* 18, 50. [IN EA (VOLUPTATE) SPERNENDA *et* REPUDIANDA *virtus vel maxime cernitur.* Cic. *Leg.* 1, 19, 52. *Primus (liber Tusculanarum disputationum) est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, de aegritudine lenienda tertius.* Id. *Div.* 2, 1, 2.[1]

Sed accusativus pronominis neutrius invenitur aliquoties post ablativum gerundii cum praepositione. IN SUUM *cuique* TRIBUENDO. Cic. *Brut.* 21, 85. DE NIHIL SENTIENDO. Id. *Tusc.* 1, 43, 102.]

NB. Cum genitivis **mei, tui, sui, nostri, vestri** adhibetur genitivus singularis gerundivi neutrius, ut VESTRI ADHORTANDI *causa*, Liv. 21, 41, 1; non *vestri adhortandorum;* [at dicitur etiam: *Vos adhortandi causa. Copia placandi te vel* TUI PLACANDI, non *placandae*, etsi agitur de Cydippa, Ov. *Her.* XIX [XX], 74. *Doleo tantam Stoicos*

1 In antiquis edd. inveniuntur aliqui loci mendosi, v. g. *ad levandum fortunam* pro *ad levandam f.* Locus Liv. 1, 6, 4: *Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt* fit perspicuus Forcellini-Furnaletti interpunctione: *P. R., R. A. ad inaugurandum, t. c.;* para (como) templos augurales, o de sus agüeros; minime: «para inaugurar los templos», ut transfertur ab Navarro et Calvo. Gerundium cum accus. substantivi pendens a praepositione archaicum est, v. c. Varro, *R. R.* 3, 9, 12. At excipiendum illud Cic. *Tusc.* 3, 9, 20: *Verbum invidiae ductum est a nimis* INTUENDO FORTUNAM *alterius*, tanquam diceret: *ductum est «a nimis intueri f.a.»*

In genitivo et ablativo sine praepositione auctores alii sunt gerundii amantiores, alii, ut Cic. et Caes., gerundivi. Attamen perspicuitatis gratia usurpari solet gerundium genitivi cum accusativo neutro pronominis et adjectivi, ut *Studium id (aliquid...) efficiendi, cupiditas vera (plura) cognoscendi;* nam *ejus* et *verorum* etiam sunt masculina.

nostros Epicurēis irridendi sui facultatem dedisse. Cic. *Div.* 2, 17, 39.[1] — Apud antiquiores et Ciceronem invenitur gerundium in **ndi** pro plurali cum genitivo multitudinis etiam feminino: *Exemplorum eligendi potestas.* Cic. *Inv.* 2, 2, 5; pro *eligendorum.* Cf. idem *Fin.* 5, 7, 19; *Verr.* 2, 31, 77; 4, 47, 104; *Phil.* 5, 3, 6.

359 I. Accusativus gerundii et gerundivi additur frequenter praepositioni **ad**, raro **inter**, durante, et **ob**, [rarissime *ante, circa, in.*]

Breve enim tempus aetatis satis longum est AD *bene honesteque* VIVENDUM. Cic. *C. M.* 19, 70. Cf. *satis est* CETERIS ARTIFICIIS PERCIPIENDIS, id. *de Or.* 1, 28, 127: v. **hic**, III. [INTER SPOLIANDUM CORPUS *hostis veruto percussus.* Liv. 2, 20, 9; mientras estaba despojando. *A quo pecuniam* OB ABSOLVENDUM *acceperis.* Cic. *Verr.* 2, 32, 78. *Quae* ANTE *conditam* CONDENDAMve URBEM *traduntur.* Liv. *praef.* 6; las tradiciones de antes de estar fundada Roma o de antes de tener intención de fundarla.[2] *Dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni* IN REMPUBLICAM CONSERVANDAM *atque amplificandam conferatis?* Cic. *Man.* 16, 49; fere: *ad remp. c.*]

NB. Praepositio **ad** cum gerundio in **ndum** frequentissime finem significat, vel sequitur verba motus et adjectiva [*facilis, difficilis, jucundus, paratus, promptus, expeditus, idoneus, aptus, segnis, vehemens* et horum similia: cf. n. **257**, II.] *Breve enim tempus aetatis satis longum est* AD BENE HONESTEQUE VIVENDUM. Cic. TRADUCTI *a disputando* AD DICENDUM. Id. *Brut.* 31, 118. [*Nec me segniorem ad respondendum reddidisti.* Id. *Fin.* 1, 10, 34. *Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus.* Cic. *Man.* 1, 1; el más descollado para proponer los asuntos de la república y el más honorífico para los discursos.]

II. Genitivus gerundii et gerundivi jungitur substantivis, n. **238**, et adjectivis quae genitivum petunt. *Equidem efferor* STUDIO *patres vestros* VIDENDI. Cic. *C. M.* 23, 83. *Sum* CUPIDUS *te* AUDIENDI. Id. *de Or.* 2, 4, 16.

1 Genitivi *mei, tui*, cet. qui vices agunt genitivi pronominum personalium, nihil aliud reapse sunt quam genitivi neutri substantive sumpti adjectivorum possessivorum *meus, tuus*, cet., ad verbum *de mi ser, de mi persona, de lo (por excelencia) mio.* Hinc praesens concordantia.

2 «*Los hechos* que precedieron o *acompañaron* a la fundación de R.» Navarro y Calvo; potius dicendum: Las tradiciones que precedieron remota o próximamente a la f. de R.

[**Sic:** *consilii habendi atque arma capiendi spatium datum*, etiam *ad consilium habendum*; *maxima illecebra est peccandi impunitatis spes; arrogantia respondendi*, en responder; *triste est nomen ipsum carendi*, la palabra «carecer»; *duo genera liberalitatis, unum dandi beneficii, alterum reddendi.* Item: *Cupidus, avidus, studiosus addiscendi; consuetus, insuetus, insolens navigandi; peritus, imperitus, gnarus, ignarus dicendi; doctus, sciens, nescius, inscius adulandi; vir regendae reipublicae scientissimus; timidus moriendi.* At cave dicas: *paenituit jurandi patrem*, sed *jurasse* sive *juramenti*, quia gerundium a verbo non regitur, nisi a *sum* ad finem significandum cum hoc sensu, «servir para tenerse para»: *Quod (regium imperium) initio conservandae libertatis atque augendae reipublicae fuerat.* Sall. *C.* 6, 7; el gobierno monárquico «establecido a los principios para la conservación de la l. y aumento del estado». Inf. D. Gabriel.[1]

NB. Pauca substantiva juncta cum verbo *est* genitivum gerundii aut infinitum habere possunt. *Appellandi tempus erat:* cf. Cic. *Quinct.* 12, 41. *Tempus est jam hinc abire (me abire).* Id. *Tusc.* 1, 41, 99.]

III. Dativus gerundii et gerundivi additur adjectivis, n. **256-57**, et nonnullis verbis quae dativum poscunt, item substantivis, eis potissimum quae munus significant, ad finem exprimendum.

Tempora DEMETENDIS FRUCTIBUS *et* PERCIPIENDIS ACCOMMODATA. Cic. *C. M.* 19, 70. PRAEESSE AGRO COLENDO. Id. *S. Rosc.* 18, 50. *III viri AAA FF:* n. **6**, 2.

[**Verba praecipua sunt**: *praesum, praeficio, sufficio, operam do, studeo, diem dico* aut *indico*, fijo un día para, *locum capio* aut *deligo*, señalo un lugar para, *tempus statuo* aut *indico, comitia habeo* vel *indico;* item *sum: (non) esse solvendo*, (no) estar en disposición de pagar, *esse oneri et honori ferendo*, Liv. 2, 9; 4, 35; similiter *adesse scribendo*, sc. *senatusconsulto. Consul placandis diis dat operam.* Liv. 22, 2, 1. *Ut nec triumviri accipiendo, nec scribae referendo sufficerent.* Id. 26, 36. *Quem diem patrando facinori indixerat.* Id. 35, 35. *Non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse?* Id. 4, 43, 10. — Adjectiva in primis huc spectant ea quae aptitudinem, facilitatem, uti-

1 *Vologesi* INFIXUM ERAT *arma Romana* VITANDI. Tac. *Ann.* 15, 5, 5, et alia apud eundem. In una alterave locutione usurpatur gerundium et in **ndi** et cum **ad**: v. g. *facultatem dare, afferre ad ducendum bellum*, Caes. *G.* 1, 38; quod rarum est pro *ducendi belli; aliqua (nulla) ad resistendum ratio est*, pro *resistendi.* Cic. *Verr.* 5, 34, 89. Contra: *Deliberandi unum diem postulavit*, pro *ad deliberandum*, Cic. *N. D.* 1, 22. *Miserunt oratores pacis petendae*, Liv. 9, 45; nisi mavis in utroque exemplo *causā* subaudiri. Poëtarum et recentiorum: *Amor casus cognoscere nostros*, Verg. cet., n. **341**.

litatem significant, quae tamen frequentius cum *ad* construuntur: *Area firma templis ac porticibus sustinendis erat.* Liv. 2, 5, 4. *Genus armorum aptum tegendis corporibus.* Id. 32, 10. *Animis natum inventumque poëma juvandis.* Hor. Pis. 377. *Decemviri legibus scribendis; curator muris reficiendis,* sive *reficiundis; duumviri sacris faciundis; dies venit rogationi ferendae;* cf. n. **267**. *Me Albani gerendo bello ducem creavere.* Liv. 1, 23, 8. Haec constructio frequens est apud Liv., frequentior apud Tacitum, ubi saepius praepositione *ad* esset utendum.]

360 Ablativus gerundii abhibetur:

1.m sine praepositione, tanquam ablativus instrumenti et aliquando modi.

Mens DISCENDO *alitur et* COGITANDO Cic. *Off.* 1, 30, 105. *Quis est enim qui* NULLIUS OFFICII PRAECEPTIS TRADENDIS *philosophum se audeat dicere?* Ib. 1, 2, 5; = *nulla officii praecepta tradens.*

2.° cum praepositionibus **in, ab, ex, de,** «acerca de», **pro,** «por, en favor de», raro cum significat «en lugar de.»[1]

Prohibenda autem maxime est ira IN PUNIENDO. Cic. *Off.* 1, 25, 89. [*Ab invidendo autem invidentia recte dici potest.* Id. *Tusc.* 3, 9, 20. *Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sane velim.* Id. *Att.* 9, 1, 4. *Voluptatem ex discendo capere.* Id. *Fin.* 5, 18, 48. *Est secundum naturam pro omnibus gentibus juvandis maximos labores suscipere.* Id. *Off.* 3, 5, 25.

NB. Perraro gerundii ablativus verbum subsequitur aut adjectivum. *(Appius)* CONTINUANDO ABSTITIT MAGISTRATU. Liv. 9, 34, 2. POSSIDENDIS *publicis* AGRIS CONTENTOS *esse.* Id. 6, 14, 11; pro *possessione agrorum.*[2]]

1 Apud recentiores **cum** et **super**. *Scribendi ratio conjuncta cum loquendo est.* Quintil. 1, 4, 3.

2 *Nullum enim officium* REFERENDĀ GRATIĀ MAGIS NECESSARIUM *est.* Cic *Off.* 1, 15, 47: cf. locum Ov., n. **294**, I.

Adn. **Sine** praepositio cum gerundio non conjungitur. Quamobrem vernacula locutio *sin* cum infinitivo et *sin que* ita vertenda:

1.° Quod fit ante actionem aut simul cum actione verbi primarii exprimi potest per participium praesens cum negatione, aut per adjectivum sensus negativi, ut *ignarus, inscius, insciens, immemor, imprudens. Quo in bello nihil adversi accidit* NON PRAEDICENTE *me.* Cic. *Fam.* 6, 6, 6; sin que yo lo predijera, sin predecirlo yo. *Quibus tu salutem* INSPERANTIBUS *reddidisti.* Id. *Marc.* 7, 21.

2.° Quod praecedit vel praecessit actionem verbi primarii exprimitur per participium praeteritum negativum. *Romanos* NON ROGATOS *ultro Graecis offerre auxilium.* Liv. 34, 23, 2; sin habérselo pedido, sin que se lo pidiesen, sin pedírselo. *(Na-*

361 Verba intransitiva gerundivo fere privantur; sed tamen habere possunt passivam impersonalem periphrasticam (cum dat., n. **259**, 4.°, et casu sui verbi).

Tuo tibi judicio EST UTENDUM. Cic. *Tusc.* 2, 26, 63. [*Oblivisce-dum tibi injuriarum esse censeo. Aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis consulendum.* Cic. *Man.* 2, 6; *a vobis*, ut vitetur duplex dativus. — Cum verbis transitivis dicendum: *Aeternae poenae nobis timendae.* Prisci tamen forma impersonali utuntur, accusativo adjuncto: *Aeternas quoniam poenas in morte timendum est.* Lucr. 1, 105 [111], quod minime imitandum. Cf. tamen Cic. *C. M.* 2, 6.]

NB. A nonnullis intransitivis, n. **113**, *NB.* 1, **273**, *NB.*, oritur verbale in *ndus*. *Non paranda solum sapientia, sed fruenda etiam est.* Cic. *Fin.* 1, 1, 3; saepius tamen dicitur *fruendum nobis est sapientia; utendum viribus.*

362 Gerundiva eleganter adduntur accusativo verborum dandi, tradendi, relinquendi, accipiendi, ad finem significandum.

Hic ATTRIBUIT NOS TRUCIDANDOS *Cethego*, CETEROS CIVES INTERFICIENDOS *Gabinio*, URBEM INFLAMMANDAM *Cassio*, TOTAM ITALIAM VASTANDAM DIRIPIENDAM*que Catilinae*. Cic. *Cat.* 4, 6, 13; nos pone a disposición de C. para ser atrozmente muertos.

[**Huc spectant Tulliana verba** locis quae citantur et aliis: *accipio* et *attribuo* l. c., *committo Verr.* 5, 14, 36, *concedo ib.* 1, 15, 38, *curo ib.* 4, 22, 49, *defero Man.* 19, 58, *denoto ib.* 3, 7, *deposco Dom.* 5, 13, *do Att.* 14, 14, 6, *habeo Verr.* 1, 50, 130, *impero ib.* 3, 74, 173, *loco ib.* 2, 59, 144, *permitto Man.* 21, 61, *posco Verr.* 4, 21, 46, *praebeo ib.* 1, 37, 93, *redimo ib.* 1, 11, 31, *relinquo Fam.* 16, 12, 1, *suscipio Verr.* 4, 38, 82, *trado S. Rosc.* 10, 29, *voveo Rep.* 2, 20, 36.

tura) dedit usuram vitae tanquam pecuniae, NULLA PRAESTITUTA *die.* Cic. *Tusc.* 1, 39, 93; sin fijar el vencimiento del plazo.—Si condicio praecedit, seu, quod idem est, si sententia primaria est negativa, exprimitur per **nisi**: *Haec dijudicari non possunt,* NISI *ante causam* COGNOVERIMUS; etiam aliquando *nisi causa ante cognita;* item: *Haec dijudicare non possumus,* NISI *melius de causa* EDOCTI: cf. n. **365**.

3.° Si agitur de re necessario consequenti aut concomitanti, adhibetur **ut non** vel **quin**, n. **328**, aut **qui non**, n. **329**, 4.°, *NB.* 2.

4.° Per **cum** et subjunctivum negativum. *(Atticus)* NIHIL CUM *illustre* PRAETERMITTERET, *annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit.* Cic. *Or.* 34, 120.

5.° Aliquando per conjunctionem copulativam negativam. *Fieri autem potest ut recte quis sentiat,* ET *id quod sentit polite eloqui* NON POSSIT. Cic. *Tusc.* 1, 3, 6; y que no pueda, sin que pueda. *Id quod utile videbatur,* NEQUE ERAT. Id. *Off.* 3, 10, 41.

Praeterea aliorum: *accipio, conduco, depono, divido, impono, mando, objicio, propono, sumo, assumo*, cet. *Eam basim statuamque faciendam et in rostris statuendam locent.* Cic. *Phil.* 9, 7, 16. *Libros curabo ad te perferendos.* Id. *Fam.* 1, 9, 23. *Cui rempublicam cupio tradere ab his tantis periculis defendendam.* Id. *Mur.* 37, 80. *Quod utendum acceperis.* Id. *Tusc.* 3, 17, 36. — *Habeo statuendum, dicendum*, cet. pro *statuendum mihi est*, cet. sequioris est Latinitatis.]

NB. 1. Aliquando haec verba sibi assumunt *ad* cum gerundio. *Ornatissimos scriptores oratoresque* AD COGNOSCENDUM IMITANDUM*que deligere:* cf. Cic. *de Or.* 3, 31, 125; i. e. *cognoscendos imitandosque.*

NB. 2. Hic utuntur poëtae praesente infiniti activi more Graecorum. *Tristitiam et metus* TRADAM *protervis in mare Creticum* PORTARE *ventis.* Hor. *C.* 1, 26, 3. [— In soluta oratione reperitur *do* et *ministro alicui bibere*, doy de beber, sirvo la bebida; item *habeo dicere (scribere).* Cic. *N. D.* 3, 39. Cf. n. **341**, 1.m]

III. PARTICIPIUM [1]

363 [I. *Habeo* jungitur cum participio praeteriti, generatim verborum quae cognitionem aut animi decretum significant; quod vel cum accusativo verbi cohaeret, vel ponitur solum in neutra terminatione. *Tu, si* HABES *jam* STATUTUM *quid tibi agendum putes, supersedeas hoc labore itineris.* Cic. *Fam.* 4, 2, 4; cf. n. **300**, *NB.* 1.]

II. Participium praesens jungitur cum *facio*, «presento, represento a». *Xenophon* FACIT *Socratem* DISPUTANTEM *formam Dei quaeri non oportere.* Cic. *N. D.* 1, 12, 31; etiam *disputare facit*, n. **332**, II.

1. PARTICIPIUM RESPONDENS ORATIONI DEPENDENTI

364 Participium, sive cohaerens cum verbi casu tam recto quam obliquo, sive in ablativo absoluto, vices agit persaepe orationis secundariae:

Et 1.um quidem **temporalis.** *Omne malum* NASCENS *facile opprimitur.* Cic. *Phil.* 5, 11, 31; i. e. *cum nascitur*, al nacer, en su naci-

1 Participium est forma verbalis adjectiva Potest igitur tempus significare et casus verbi habere, n. **124**, XIII, substantivumque definire, cet.

miento. [*Curio ad focum* SEDENTI *magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati sunt.* Id. *C. M.* 16, 55 (56); h. e. *cum sederet. Dionysius quidem tyrannus Syracusis* EXPULSUS *Corinthi pueros docebat.* Id. *Tusc.* 3, 12, 27; h. e. *postquam expulsus est, cum expulsus esset. Magna pars hominum est quae* NAVIGATURA *de tempestate non cogitat.* Sen. *de Tranq. an.* 11, 7; al punto de embarcarse, estando para e.]

2.° **condicionalis.** *Omne malum nascens facile opprimitur,* INVETERATUM *fit plerumque robustius.* Cic. *Phil.* 5, 11, 31; i. e. *si inveteravit (cum inveteravit* aut *inveteratum est);* pero si se deja (se ha dejado) envejecer. [*Maximas virtutes jacere omnes necesse est, voluptate* DOMINANTE. Id. *Fin.* 2, 35, 117.]

3.° **causalis.** *(Dionysius) cultros* METUENS *tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum.* Cic. *Off.* 2, 7, 25; *quod metuebat* aut *metueret,* n. **313,** I. [*Angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque* AMISSAE. Liv. 21, 1, 5; pro *angebat virum quod amissae erant,* vel: *angebat virum Siciliam Sardiniamque amissas esse*].

4.° **concessivae.** *(Risus interdum) ita repente erumpit, ut eum* CUPIENTES *tenere nequeamus:* cf. Cic. *de Or.* 2, 58, 235; aunque lo deseemos.

5.° **modalis,** negatione praecedente. *Romanos* NON ROGATOS *Graecis ultro offerre auxilium.* Liv. 34, 23, 2; no rogados; cf. **360,** adn. in ima pag., 2.° [*Miserum est enim nihil* PROFICIENTEM *angi.* Cic. *N. D.* 3, 6, 14; sin sacar provecho, n. **360,** 1.]

6.° **relativae.** *Lex est recta ratio* IMPERANS *honesta,* PROHIBENS *contraria.* Cic. *Phil.* 11, 12, 28; i. e. *quae imperat, quae prohibet.* [Sed in oratione relativa participium plerumque substantive sumitur: *Jacet enim corpus* DORMIENTIS *ut mortui.* Cic. *Div.* 1, 30, 63; sc. *ejus qui dormit.*]

7.° **finalis.** At solum participium in **urus** apud Livium et posteriores. *Perseus ad Sycurium, unde profectus erat, rediit, belli casum de integro* TENTATURUS. Liv. 42, 62.[1]

[*NB.* Participium praeteriti adhibetur frequenter, ubi posset etiam usurpari oratio coordinata. *T. Manlius Torquatus Gallum in conspectu duorum exercituum* CAESUM *torque spoliavit.* Liv. 6, 42, 5, = *cecidit et spoliavit;* at etiam: *simulac (postquam) cecidit.*]

1 Vix participio instrumentum significatur, v. c. *Aër* EFFLUENS *huc et illuc ventos efficit.* Cic. *N. D.* 2, 39, 101.

365 Orationi negativae jungitur aliquando particula **nisi** cum participio, quod pro verbo ipso ponitur. *Non hercule mihi* NISI ADMONITO *venisset in mentem.* Cic. *de Or.* 2, 42, 180; i. e. *nisi admonitus essem.* [*Illud testandum est, nihil praecepta atque artes valere,* NISI ADJUVANTE *natura.* Quintil. *Prooem.* 26; pro *nisi adjuvat n.*[1]]

2. QUAE TEMPORA PARTICIPIIS SIGNIFICENTUR

366 Participium praesens notat actionem quae fit eodem tempore quo actio verbi. Quod si verbum est temporis praesentis, participium respondet praesenti. *Omne malum* NASCENS *facile* OPPRIMITUR. Cic. *Phil.* 5, 11, 31; i. e. *cum nascitur.*

Quod si verbum est temporis praeteriti, participium praesens respondet imperfecto; sin futuri, participium respondet futuro. *Curio ad focum* SEDENTI *magnum auri pondus Samnites cum attulissent,* REPUDIATI SUNT. Cic. *C. M.* 16, 55; h. e. *cum sederet. Halyn* PENETRANS *magnam* PERVERTET *opum vim.* Ap. Cic. *Div.* 2, 56, 115; i. e. *cum penetrabit,* cuando penetrare, c. penetre, al penetrar.

367 Participium praeteritum notat actionem praecedentem. Si verbum est temporis praesentis, participium respondet praeterito proximo;[2] sin autem verbum est temporis praeteriti, participium respondet pusqpfto. aut perfecto remoto. *Omne malum nascens facile opprimitur,* INVETERATUM FIT *plerumque robustius,* l. c.; i. e. *cum inveteravit,* cuando ha envejecido. *Suffragia largitione* DEVINCTA *severitatem senatus* EXCITARUNT. Cic. *Planc.* 18, 45; *quae l. devincta erant,* que habían sido arrancados a fuerza de dinero.

[*NB.* 1. Participium praeteriti, praesertim in ablativo absoluto, tempus praesens significat aliquando. *Melior tutiorque est certa pax quam* SPERATA *victoria.* Liv. 30, 30, 19; pro *quam quae speratur. Debitus* est *qui debetur;* «llamado, que tiene por nombre» est *qui dicitur, qui vocatur, quem dicunt;* non *vocatus, dictus.*

1 Eodem pacto fere apud Livium et posteriores invenitur participium cum *quamquam* et *quamvis, quasi, tanquam, velut* et cum *non ante quam, non prius quam. Caesarem milites,* QUAMVIS RECUSANTEM, *ultro in Africam sunt secuti:* cf. Suet. *Jul.* 70. *Iste* QUASI *praeda sibi* ADVECTA, *si qui senes ac deformes erant, eos in hostium numero ducit.* Cic. *Verr.* 5, 25, 64. *(Saguntini)* NULLUM ANTE *finem pugnae* QUAM *morientes fecerunt.* Liv. 21, 14, 4; i. e. *quam moriuntur, quam mortui sunt.*— Reperies alias particulas praesertim apud poëtas. Cf. RIEM.-GOELZ. pp. 681-84.

2 Perfect. proximum *he amado;* remotum *amé.*

NB. 2. Multa participia praeteriti verborum deponentium et semideponentium vim habent participiorum praesentis. *(Caesar)* VERITUS *ne noctu ex oppido (hostes) profugerent, duas legiones in armis excubare jubet.* Caes. *G.* 7, 11, 6.[1]]

368 I. Participium futuri denotat actionem subsequentem. *P. Servilius adest de te sententiam* LATURUS. Cic. *Verr.* 1, 21, 56.

[II. Sed hoc participium rarum est apud bonos auctores, nisi cum verbo *sum*. Et significare potest:

1.m id quod debet evenire. *Sedeo judex inter duos filios, aut conflicti aut commissi criminis labem apud meos inventurus.* Liv. 40, 8, 7.

2.° id quod in eo est ut eveniat: cf. n. **364, 1.m**

3.° intentionem aut finem: n. **364, 7.°**

NB. Hoc participium finale **ut** et **tanquam** aliquoties praecedunt. *Subiit tumulos,* UT (TANQUAM) *vim per angustias* FACTURUS. Liv. 21, 32, 10.]

CAPUT XII. DE ORATIONE COORDINATA ET PARTICULIS QUAE IN EA ADHIBENTUR; ITEM DE PARTICULIS AFFIRMATIVIS, NEGATIVIS, INTERROGATIVIS [2]

369 Dicuntur propositiones coordinatae eae quae inter se conectuntur per conjunctiones copulativas, disjunctivas aut adversativas, interdum etiam sine conjunctione. Sunt omnes vel primariae vel subordinatae. Cf. ima pag. 321.

Conjunctiones autem copulativae sunt **et, que, atque, ac, nec, neque** *(etiam, quoque)* [3]; disjunctivae **aut, vel, ve, sive, seu**; adversativae **sed, autem, verum, vero, at, atqui**.

NB. Coordinantur etiam propositiones, quodammodo saltem, per particulas causales et illativas.

1 Haec significatio plerumque propria est historiae, cum de re praeterita sermo est, et cum verba participio praesentis carent. Accipe frequentiora participia: *ratus* (sine participio praes.), *solitus* (id.), *arbitratus, veritus, commoratus, secutus, usus, fisus, confisus, diffisus, gavisus,* cet. *Caesar iisdem ducibus* USUS *qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit.* Caes. *G.* 2, 7, 1.

2 Brevitatis gratia non de particulis orationes solum sed voces etiam coordinantibus agitur.

3 *Nec non (necnon)* Cf. n. 386, *NB.* 2.

I. Conjunctiones copulativae

370 I. **Et** mere copulativa est, h. e. duo vocabula vel orationis membra conjungit, ea potissimum quae natura sua nexu carent artiore. *Ad rivum eundem* LUPUS ET AGNUS *venerant.* Phaed. 1, 1, 1.

[*NB.* *Et* ponitur interdum pro *etiam*, también, praesertim apud antiquiores, v. g. *Et tu, simul et, et nunc (sed et = sed etiam).* Et apud poëtas et posteriores pro *cum* post *jam, nondum, vix, vixdum.* VIX *adeo agnovit pavitantem...,* ET *notis compellat vocibus ultro.* Verg. *Aen.* 6, 499.]

II. **Que** solet notiones conjungere ejusdem generis, quae quasi unam rem efficiunt. SENATUS POPULUSQUE *Romanus.* [*Jus potestatemque habere. Cives se suaque tradiderunt. Cum autem ad idem unde semel profecta sunt cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis rettulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest.* Cic. *Rep.* 6, 22 (24) [*S. Scip.* 7]; pero verdadera revolución anual sólo puede ser llamada aquella en que todos los astros..., y hubieren recorrido con grandes intervalos la misma órbita de todo el cielo. *Peto quaesoque.* Cic. *Fam.* 5, 4, 2. *Sabinos equitatu fudit bellòque devicit.* Id. *Rep.* 2, 20, 36.

NB. 1. At saepe *et* et *que* sine discrimine usurpantur. *Sapientia rerum est divinarum et humanarum scientia.* Cic. *Off.* 1, 43, 153. *Omnium divinarum humanarumque rerum consensio.* Id. *Lael.* 6, 20.

NB. 2. *Que* enclitica est, quae non frequenter adjungitur ultimis syllabis in *ĕ* correptum exeuntibus, v. g. *Fuisseque.* Cic. *de Or.* 1, 55, 236. [1] Neque *c* finali adjugenda: *hucque, tuncque.* Tac. *Ann.* 13, 37; 14, 15.]

III. **Atque** et **ac,** quae postrema solum consonantibus et *h* praeponitur, raro tamen gutturalibus, subjungere solent id quod a prioribus distinguendum est, [quasi sit ejusdem majorisve ponderis.] VENUSTATEM ATQUE ORDINEM *et, ut ita dicam, decentiam oculi judicant,* ATQUE *etiam* ALIA MAJORA. Cic. *N. D.* 2, 58, 145. [*Nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt, ac terga verterunt.* Caes. *G.* 4, 35, 2.

NB. 1. **Ac** ponitur pro *et,* cum voci jam copulatae duplex

[1] Hujus praecepti historiam vide ap. LEBRETON, p. 415-417.

membrum additur. *Magnifica vero vox et* MAGNO VIRO AC SAPIENTE *digna.* Cic. *Off.* 3, 1, 1.

NB. 2. a) **Et, que, atque** sonant aliquando *et vero*, «y a la verdad, y en efecto (efectivamente), y en realidad de verdad». *Magna vis est conscientiae, judices,* ET *magna in utramque partem.* Cic. *Mil.* 23, 61. b) **Et** sonat *et tamen*, «y con todo». *Canorum illud in voce equidem adhuc non amisi,* ET *videtis annos.* Cic. *C. M.* 9, 28.

NB. 3. **Etiam**, «aun, hasta», et **quoque**, «también», quae voci postponitur, affirmant cum gravitate. *Quis tolerare potest nobis rem familiarem* ETIAM *ad necessaria deesse?* Sall. *C.* 20, 11. *Mamertina civitas improba antea non erat,* ETIAM *inimica improborum.* Cic. *Verr.* 4, 10, 22. *Patriae quis exsul Se* QUOQUE *fugit?* Hor. *C.* 2, 16, 20. *Tu* QUOQUE, *fili mi?* [1]].

IV. Copulativae **ac, atque** subsequuntur adjectiva et adverbia similitudinis ac dissimilitudinis, cum hoc sensu «como, de lo que». *Ne sim salvus, si* ALITER *scribo* AC *sentio.* Cic. *Att.* 16, 13 (a), 1; mal haya, si.

[**Talia sunt**: *alius, contrarius, par, similis, dissimilis; aliter, secus, contra, pariter, similiter, aeque, juxta, perinde* sive *proinde, pro eo,* en razón de. *Date operam ne* SIMILI *utamur fortuna* ATQUE *usi sumus.* Ter. *Phorm. prol.* 36.[2] *Philosophia non proinde ac de hominum est vita merita laudatur:* cf. Cic. *Tusc.* 5, 2, 6. — Copulativis **ac, atque** nonnunquam additur **si**, «como si»: *similis, similiter, pariter, juxta, idem ac si... Similiter facis* AC SI *me roges cur te duobus contuear oculis.* Cic. *N. D.* 3, 3, 8. — Dicitur etiam *similis, similiter, proinde ut si, tanquam si, quasi.* — *Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque* poëticum est pro *aeque pauperibus ac locupletibus prodest.* Hor. *Ep.* 1, 1, 25.

NB. Adverbiis *aeque, contra, juxta, proinde, secus* jungitur etiam **quam**, sed raro; et vocibus *alius* et *aliter* fere in negatione (et negativa interrogatione) addi possunt **quam** et **nisi**. *Num* ALIBI QUAM *in Capitolio pulvinar suscipi potest?* Liv. 5, 52, 6; i. e. *non alio loco quam. Bellum autem ita suscipiatur, ut* NIHIL ALIUD NISI *pax quaesita videatur.* Cic. *Off.* 1, 23, 80.]

V. Aliquando post voces *idem, talis, totidem* ponitur **ac** *(atque)*

1 *Tradiderunt quidam M. Bruto irruenti dixisse (Julium):* Καὶ σὺ, τέκνον; Suet. *Jul.* 82.

2 Cf. Granatensis: «¿Qué sentirá el amador de esta vida, cuando le den a él *semejante* nueva *que* ésta? *Orac.*, muerte (c. 9, párrafo 16). B. 8, 36².

pro *qui, qualis, quot*, cum verbum utrique orationi commune est. *Est animus te erga* IDEM AC *fuit.* Ter. *Haut.* 265 [2, 3, 24]; i. e. *qui fuit. Honos* TALI *populi Romani voluntate paucis delatus est* AC *mihi.* Cic. *Vat.* 4, 10. [*Factum est ut cum* TOTIDEM *navibus* ATQUE *erat profectus rediret.* Nep. *Milt.* 7, 3; pro *quot erat pr. In hanc argumentationes ex* IISDEM *locis sumendae sunt* ATQUE *in causam negotialem.* Cic. *Inv.* 2, 23, 70; i. e. *ex quibus in c. n.*

VI. Cum una eademque cogitatio exprimitur negative primum, deinde affirmative, utuntur Latini conjunctione copulativa: nos saepe particula «sino que, pero». *Socrates nec patronum quaesivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit, adhibuitQUE liberam contumaciam a magnitudine animi ductam.* Cic. *Tusc.* 1, 29, 71.

371 Saepe omittitur conjunctio copulativa, nonnunquam disjunctiva, ut incitatior feratur oratio *(asyndeton)*:

1.um in membrorum, etiam duorum, enumeratione. *Aderant unguenta, coronae.* Cic. *Tusc.* 5, 21, 62. *Adsunt, queruntur Siculi universi.* Id. *Div. Caec.* 4, 11. *In quibus (feris) inesse fortitudinem saepe dicimus, ut in equis, in leonibus.* Id. *Off.* 1, 16, 50. Asyndeton in imperando frequentissimum est.[1]

2.° in antithesi, sive cum verba verbis, sententiae sententiis opponuntur. *Aedificiis omnibus publicis privatis, sacris profanis pepercit.* Cic. *Verr.* 4, 54, 120. *Mors interim aderit, cui, velis nolis, vacandum est.* Sen. *Br. vit.* 8, 5. *Serius ocius.* Hor. *C.* 2, 3, 26. *Plus minus*, más o menos: *Vix (it) ann (os) p (lus) m (inus) XXIII.*[2]

3.° in duobus collegis nominandis, et in certis quibusdam formulis. *Cn. Pompejo, M. Crasso consulibus.* Caes. *G.* 4, 1, 1. At si praenomen omittitur: *Consulibus Tuditano et Cethego.* Cic. *C. M.* 4, 10. *Aequum bonum, melius aequius.* Id. *Top.* 17, 66. *Velitis jubeatis.* Gell. 5, 19, 9. *Quicquid dare facere oportet. Qui damnatus est erit;* el que fué o fuere condenado, el que fué c. o lo fuere. *Ventis remis in patriam properare,* cet.]

372 I. Si tria vel plura vocabula copulanda sunt, vel repetitur conjunctio in singulis verbis (polysindeton), vel omittitur omnino, vel additur que postremae dictioni (asynde-

1 Cf. v. c. Cic. *Cat.* 1, 9, 23. Apud Liv. semper: *abi, renuntia; i, lictor, colliga manus; i, caput obnube*, cet., excepto *ite*, 38, 51, 10. Cf. n. 469, I.

2 *Exempla Inscriptionum Latinarum*, a Wilmanns collecta, Berolini, 1873.

ton). Ita dicitur: *Fratres* ET *parentes* ET *liberi;* vel *fratres, parentes, liberi;* vel *fratres, parentes liberi*QUE (vix: *fratres, parentes* ET *liberi).*

[*Eum tibi magnopere commendo ut* ET *hospitem meum* ET *familiarem* ET *gratum hominem* ET *virum bonum,* cet. Cic. *Fam.* 13, 25. *Abiit, excessit, evasit, erupit.* Id. *Cat.* 2, 1, 1. *Aras, focos, sepulcra majorum defendimus.* Id. *Phil.* 8, 3, 8. *Cum solem, lunam stellas*QUE *vidissent, cumque temporum maturitates, mutationes vicissitudines*QUE *cognovissent, suspicati essent aliquam excellentem esse praestantemque naturam, quae haec effecisset, moveret, regeret, gubernaret.* Id. *N. D.* 1, 36, 100. — Orationem **que** claudere non solet.]

NB. **Alii, ceteri, reliqui** in extrema enumeratione vulgo conjunctionem respuunt. *Honores, divitiae, voluptates,* CETERA. Cic. *Tusc.* 4, 31, 66: nonnunquam *ceteraque,* raro *et cetera:* id., *Fam.* 6, 18, 5. [*Quid jam de Saturnio, Sulpicio, reliquis dicam?* Id. *Leg.* 3, 9, 20.

II. Cum voci copulatae duae partes adduntur etiam inter se copulatae generatim est conjunctio varianda. *In morbum incidit,* AC *satis vehementer diu*QUE *aegrotavit.* Cic. *Cluent.* 62, 175: cf. n. **370,** III, *NB.* 1. *Et naves habent plurimas,* ET *scientia* ATQUE *usu nauticarum rerum reliquos antecedunt.* Caes. *G.* 3, 8, 1.]

373 I. Ut membra duo copulata distinguantur illustrius, adhibent Latini **et — et,** «tanto — como, ya — ya», saepe simpliciter «y»,[1] nonnunquam **que — et, que — que.** *Cum Xerxes* ET MARI ET TERRA *bellum universae inferret Europae.* Nep. *Them.* 2, 4. [*Omnes legati*QUE ET *tribuni effecerunt ut,* cet. Liv. 29, 22, 11; haec secunda copulatio *(que — et, que — que)* tantum est vocabulorum, neque ap. Cic. invenitur.[2] *Qui*QUE *Romae qui*QUE *in exercitu erant.* Id. 22, 26, 5.[3]]

II. **Cum — tum,** «tanto — como, (ya) — pero especialmente», duo vel plura conjungunt, quorum alterum attollitur et eminet, [praesertim addito adverbio *vero, etiam, imprimis, praecipue, maxime,* cet.[4]] *Agesilaus* CUM *a ceteris scriptoribus,* TUM EXIMIE *a Xenophonte*

1 Minime: «no solamente — sino también».

2 *Susque deque, ad Att.* 14, 6, 1; *noctesque diesque, Fin.* 1, 16, 51, a Cic. transcripta sunt, non inventa.

3 Extra relativa haec copulatio rara est, et solum invenitur cum pronomine et altera voce: MEQUE REGNUMQUE *meum gloria honoravisti.* Sall. *J.* 10, 2. Per exceptionem *et-que* ap. Cic. *Fin.* 5, 22, 64, *Tusc.* 1, 2, 4...; *que-atque,* Verg. *G.* 1, 182.

4 Non vero *potissimum.*

Socratico collaudatus est. Nep. *Ag.* 1, 1; «fué alabado de varios escritores, y con particularidad de J. discípulo de S.» R. de Oviedo. [*Cum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sint, tum perdifficilis, Brute, et perobscura quaestio est de natura deorum.* Cic. *N. D.* 1, 1, 1. *Et cum virtutibus, tum etiam fortuna ornatus.* Id. *Fam.* 13, 13.

Animadvertenda etiam: *tum — tum, modo — modo, nunc — nunc,* «ora — ora, ya — ya», atque in soluta oratione rarius *jam — jam*, et multo rarius *qua — qua* solum cum vocabulis, et *simul — simul;* item apud priscos et recentiores *alias — alias. Erumpunt saepe vitia amicorum* TUM *in ipsos amicos,* TUM *in alienos.* Cic. *Lael.* 21, 76.[1]]

III. Cum aliquid generale per sua singularia explicatur, Latine non adhibetur particula, ut apud nos «es a saber». *In tria tempora vita dividitur: quod fuit, quod est, quod futurum est.* Sen. *Brev. v.* 10, 2.

374 **Neque, nec** usurpari solent pro *et non* initio secundi membri. *Id quod utile videbatur,* NEQUE *erat.* Cic. *Off.* 3, 10, 41; y no lo era (sin serlo, n. **360**, adn. 5.°) [*De Quinto fratre nuntii nobis tristes* NEC *varii venerant.* Id. *Att.* 3, 17, 1.[2] At etiam: *Apud Demetrium Syrum, veterem* ET NON *ignobilem dicendi magistrum studiose exerceri solebam.* Cic. *Brut.* 91, 315.

NB. Nec et *neque* ita aliquando ponuntur pro *et non*, ut *et* ad primariam orationem pertineat, *non* ad secundariam. *Cum consules in Hernicos exercitum duxissent,* NEQUE *inventis in agro hostibus, Ferentinum cepissent, eis Tiburtes portas clausere.* Liv. 7, 9, 1; pro: *et F. cepissent, non inventis h.*, sive *cum hostes non invenissent. Nec facile adire ad auxiliandum animadvertebant.* Caes. *G.* 7, 25, 1; i. e. *et animadvertebant non facile...* Et poëtae dicunt: NEQUE *ait, sine numine vincit.* Ov. *M.* 11, 263; pro: *Et ait: Non sine n. v.*

375 I. **Et non** poni solet pro *neque:*

1.um Cum verbum verbo opponitur. *Nonne te et* PROLATIS ET NON PROLATIS *tabulis condemnari necesse est?* Cic. *Verr.* 4,

1 *Aliquando-aliquando* sequioris Latinitatis est.

2 Eodem pacto *neque quisquam, neque quicquam, neque ullus, neque unquam, neque usquam* pro: *et nemo, et nihil, et nullus, et nunquam, et nusquam. Horae quidem cedunt et dies et menses et anni,* NEC *praeteritum tempus* UNQUAM *revertitur.* Cic. *C. M.* 19, 69. *Neque enim, neque tamen, neque vero* sunt usus frequentioris quam *non enim, non tamen, non vero.* Cf. n. 375, II.

16, 36; hic non potest usurpari *neque*. HABEBIT *igitur* LINGUAM *Deus* ET NON LOQUETUR. Id. *N. D.* 1, 33, 92.

2.° In motu animi vehementi. *Videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum*, ET NON COMMOVEMUR! Cic. *Har. r.* 12, 25.

3.° Cum *et* cadit in unam orationis vocem, negatio in alteram. *Cum in dextro cornu legio duodecima et* NON MAGNO *intervallo septima constitisset*. Caes. *G.* 2, 23, 4; i. e. *et parvo i.*

II. Item nostrum *y no (antes), y no (más bien), y no (por el contrario)* Latine est **et non, ac non**. *Si hoc profectio* ET NON *fuga est.* Liv. 2, 38, 5.

Eodem modo dici potest *et nemo, et nullus* sive *nullusque, nihilque*, cet. *Domus quae temere et nullo consilio administratur*. Cic. *Inv.* 1, 34, 58.]

376 I. **Neque — neque (nec — nec, neque — nec, nec — neque)** duo vel plura membra negativa conjungunt, quorum secundo potest *vero* addi per emphasim. [**Et — neque, neque — et,** raro *neque (nec) — que* alterum affirmativum, alterum negativum copulantur.] *Secundum autem genus cupiditatum* NEC *ad potiendum difficile esse (Epicurus) censet,* NEC VERO *ad carendum*. Cic. *Tusc.* 5, 33, 93. [*Intellegitis* ET *animum ei praesto fuisse,* NEC *consilium defuisse*. Id. *Phil.* 13, 6, 13. *Homo* NEQUE *meo judicio stultus,* ET *suo valde sapiens*. Id. *de Or.* 1, 39, 179. *Ex quo intellegitur* NEC *intemperantiam propter se esse fugiendam, temperantiam*QUE *expetendam*. Id. *Fin.* 1, 14, 48.[1]

NB. 1. **Aut** et **ve** usurpari post negationem possunt pro *neque;* item **aut — aut** pro *neque — neque*. NEQUE *enim mari venturum,* AUT *ea parte belli dimicaturum hostem credebant*. Liv. 21, 17, 8. NON *(recito) ubivis coram*VE *quibuslibet*. Hor. *S.* 1, 4, 73. NEMO AUT *miles* AUT *eques a Caesare ad Pompejum transierat*. Caes. *C.* 3, 61, 2. At usurpare novam orationem etiam negativam cum **aut** seu **ve** poëtarum est: NEC *te hinc comitem asportare Creusam Fas,* AUT *ille sinit superi regnator Olympi*. Verg. *Aen.* 2, 779; i. e. *nec fas est, nec sinit Juppiter*.[2]

1 «Non numquam apud Caesarem in disiunctionis forma *neque... neque* prior particula vim habet copulativam, ita ut idem sonet quod *et neque: Haeduis se obsides redditurum non esse* NEQUE *his* NEQUE *eorum sociis injuria bellum inlaturum*. *G.* 1, 36, 5...» LEBRETON, *Caes. S.* p. 400, 3).

2 Sunt interpretes qui hic unicam videant orationem: *Nec fatum nec Juppiter sinunt.*

NB. 2. Secunda notio, cum primae negativae copulatur, negative etiam Latine exprimitur, quae tamen apud nos affirmativa est. Sed copulatio affirmativa tum a Latinis adhibetur, cum utraque notio in unam coalescit. *Non enim solum acuenda nobis* NEQUE *procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.* Cic. *de Or.* 3, 30, 121; no sólo debemos afilar y aguzar la lengua. — *Talis est vir (Q. Catulus), ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non consilio regere possit.* Id. *Man.* 20, 59.]

II. Orationes negativae coordinatae subjunctivi et imperativi sibi assumunt **neve, neu** pro *et ne, aut ne,* aliquando **neque.** *(Caesar) milites cohortatus (est) uti suae pristinae virtutis memoriam* RETINERENT, NEU PERTURBARENTUR *animo.* Caes. *G.* 2, 21, 2. *Hominem mortuum in urbe ne* SEPELITO, NEVE URITO. Cic. *Leg.* 2, 23, 58. [TENEAMUS *eum cursum qui semper fuit optimi cujusque,* NEQUE *ea signa* AUDIAMUS *quae receptui canunt.* Id. *Rep.* 1, 2, 3. — NEVE *foret terris securior arduus aether Affectasse ferunt regnum caeleste Gigantas.* Ov. *M.* 1, 151: pro *et ferunt, ne...* cf. n. **374,** *NB.* in fine.

Nota **neve — neve** in orationibus ab *ut* dependentibus, et raro in prohibitionibus. *Peto a te ut id* **neve** *in hoc reo* **neve** *in aliis requiras.* Cic. *Fam.* 1, 9, 19. NEVE *tibi ad solem vergant vineta cadentem,* NEVE *inter vites corylum sere.* V. *G.* 2, 298. **Nec—nec.** Ov. *M.* 2, 135.]

II. CONJUNCTIONES DISJUNCTIVAE ET ADVERSATIVAE

377 I. **Aut** disjungit res plane diversas, saepe contrarias; **vel, ve, sive (seu)** similes notiones separant, aut eas quas distinguere parvi refert. **Ve** enclitica est. *Id ergo est pronuntiatum, quod est* VERUM AUT FALSUM. Cic. *Tusc.* 1, 7, 14. A VIRTUTE *profectum* VEL IN IPSA VIRTUTE *situm. Ib.* 2, 20, 46. [DUABUS TRIBUSVE *horis.* Id. *Phil.* 14, 6, 16. *Non sentiunt viri fortes in acie vulnera;* VEL *sentiunt, sed mori malunt quam tantummodo de dignitatis gradu demoveri.* Id. *Tusc.* 2, 24, 58.

NB. 1. **Aut** duabus orationibus interjectum frequenter reddi potest per «o si no, o bien.» *Omnia bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur,* AUT *eloquentiae nomen relinquendum est.* Cic. *de Or.* 2, 2, 5.

NB. 2. Iterantur etiam, ut copulativae. AUT *hoc dicis,* AUT *nihil*

dicis omnino. Cic. *Tusc.* 1, 7, 14. VEL *imperatore,* VEL *milite me utimini.* Sall. *C.* 20, 16; ora — ora, ya — ya. SIVE *casu,* SIVE *consilio deorum.* Caes. *G.* 1, 12, 6. VE — VE poëticum est: *Si quis* CASUSVE DEUSVE. Verg. *Aen.* 9, 210.— *Aut* pro *neque,* et *aut — aut* pro *neque — neque:* n. **376**, I, *NB.* 1.

II. **Vel** aliquando solum loquendi modum corrigit; ut *vel potius, vel etiam, vel dicam,* Cic. *Fin.* 1, 3, 10; *vel, ut verius dicam.* Aliquando significat «aun, hasta», maxime cum superlativis, v. g. *fructus vel maximus. Per me* VEL *stertas licet.* Cic. *Ac.* 2, 29, 93. Sonat etiam «por ejemplo, ya»: *Raras tuas quidem, sed suaves accipio litteras;* VEL *quas proxime acceperam, quam prudentes!* Cic. *Fam.* 2, 13, 1; «muy de tarde en tarde recibo cartas de tu mano, pero muy gustosas»; (como) por ejemplo «la postrera que recibí, cuán discreta!» Abril. [1]

III. **Sive (seu)** indicat **a)** dubitationem, et **b)**, praesertim cum *potius,* verbi vel sententiae correctionem. **a)** *Ascanius florentem urbem matri* SEU NOVERCAE *relinquit.* Liv. 1, 3, 3; a su madre, o fuese su madrastra. **b)** *Omnium oratorum* SIVE RABULARUM *solutissimum in dicendo et acutissimum judico nostri ordinis Q. Sertorium.* Cic. *Brut.* 48, 180; o antes charlatanes. *Ea, quae regie* SEU POTIUS TYRANNICE *statuit in aratores Apronius, praetermittam.* Id. *Verr.* 3, 48, 115.]

378 Adversativae conjunctiones oppositionem significant. Saepe tamen conjungunt novam orationem non proprie coordinatam sed omnino independentem.

I. **Sed** et **verum** rejiciunt limitantve orationem praecedentem, saepe negativam, et inserviunt transitionibus. *Omnes profudi vires animi atque ingenii mei,* NON *odio adductus alicujus,* SED *spe reipublicae corrigendae.* Cic. *Att.* 1, 18, 2. – VERUM, *si placet, ad reliqua pergamus.* Id. *de Or.* 3, 13, 51. [Et cum vi majore *sed vero, sed tamen.* NEC *jam cum M'. Aquilio, fortissimo viro,* SED VERO *cum Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum!* Id. *Verr.* 2, 5, 6, 14. *Domitius nulla ille quidem arte,* SED *Latine* TAMEN *et multa cum libertate dicebat.* Id. *Brut.* 77, 267. Item *verum tamen* seu *verumtamen.*]

II. **Autem** et **vero** diversitatem aliquam potius quam oppositionem significant, et post unam vel alteram vocem collocantur; **autem**

1 *Vel* pro *aut* non imitandum: *Vincendum illa acie* VEL *cadendum esse.* Tac. *Ann.* 14, 35. Apposite Liv. *Hic vincendum* AUT MORIENDUM *est.* 21, 43, 5.

etiam post plures intime conexas. Et saepe per «y» potest transferri. *(Hoc opimum genus dicendi) Rhodii nunquam probaverunt, Graeci* AUTEM *multo minus, Athenienses* VERO *funditus repudiaverunt.* Cic. *Or.* 8, 25.

[Praeterea **autem a)** saepe nihil aliud facit quam conectit sequentia praecedentibus. *Orationes ejus (Caesaris) mihi vehementer probantur; complures legi* AUTEM. Cic. *Brut.* 75, 262. **b)** inserit orationi parenthesim explicativam. *(Tribuni militum) foedera ac leges (erant* AUTEM *eae duodecim tabulae) conquiri jusserunt.* Liv. 6, 1, 10. **c)** ponitur pro *atqui*, «es así que,» in argumentando. *Aut hoc, aut illud: hoc* AUTEM *non, igitur illud. Itemque: aut hoc, aut illud: non* AUTEM *hoc, illud igitur.* Cic. *Top.* 14, 56. **d)** corrigit in interrogando. *Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? Non fecissent* AUTEM? *Immo quid ante adventum meum non fecerunt?* Cic. *Att.* 6, 2, 8; ¿qué digo no habrían hecho?

III. **Vero** dictioni cui postponitur majorem vim tribuit quam ea quae inest in antecedentibus. *Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis persona, saltare* VERO *etiam in vitiis poni.* Nep. *Ep.* 1, 2. [1] — Inservit etiam transitionibus, saepe *jam* praeposito. *Illud* VERO *ab Aristotele animadversum quis potest non mirari?* Cic. *N. D.* 2, 49, 125; etiam: JAM VERO *illud ab Aristotele*, cet.

IV. **Verum enimvero**, «pero ciertamente, mas en realidad de verdad», maximam notat oppositionem. *Multi mortales dediti ventri vitam transierunt. Eorum ego vitam mortemque juxta aestimo.* VERUM ENIMVERO *is demum mihi vivere videtur, qui praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.* Sall. *C.* 2, 9.]

V. **At**, «por el contrario, empero», inter adversativas maximi est ponderis. Et dicitur **ast** poëtice, archaice et familiariter. *Magnae divitiae, vis corporis, alia omnia hujuscemodi brevi dilabuntur;* AT *ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt.* Sall. *J.* 2, 2. [Cujus vis augetur addito *contra:* v. g. Cic. *Verr.* 2, 5, 26, 66, Sall. *C.* 12, 4-5.

Usurpatur saepe in objectionibus aut proponendis, «mas, se dirá», aut refellendis, in vehementioribusque exclamationibus. Et cum majore vi AT ENIM, AT VERO. AT *memoria minuitur.* Cic. *C. M.* 7, 21; objectio proposita. AT *senatui quae sint gerenda praescribo et quomodo. Ib.* 6, 18; responsio ad object. *Aeschines in Demosthenem*

1 **Vero** in principio particula fuit affirmandi ab optimis scriptoribus servata, ut: *Tibi fuit hoc semper facillimum et* VERO *esse debuit.* Cic. *Q. fr.* 1, 1, 7. Cf. 382.

invehitur. AT *quam rhetorice! quam copiose!* Id. *Tusc.* 3, 26, 63. Etiam significat «a lo menos», post condicionem: *Res si non splendidae*, AT *tolerabiles*, vel AT *tolerabiles* TAMEN, ATTAMEN *tolerabiles*. —In sermone quotidiano additur subjunctivo optativo. AT *vobis male sit*. Cat. 3, 13. Et in narratione, maxime poëtica, adhibetur cum ab una re ad aliam transitur. AT *pius Aeneas* cet. Verg. *Aen.* 1, 305.

VI. **Atqui** idem est quod *et tamen;* sed in argumentando significat *at* emollitum sive attenuatum, «es así que, pues, ahora bien». *O rem, inquis, difficilem et inexplicabilem!* ATQUI *explicanda est.* Cic. *Att.* 8, 3, 6; y con todo eso. Etiam dicitur *autem*, **hic** II, **c**), raro *at*.

VII. **Ceterum** est apud Sallustium et Livium et Tacitum pro *autem, sed, verum*.]

NB. Omissio particulae copulativae et adversativae in manifesta oppositione et interrogatione frequens est. *Opinionis enim commenta* DELET *dies, naturae judicia* CONFIRMAT. Cic. *N. D.* 2, 2, 5. *Quid ergo? hoc pueri* POSSUNT, *viri* NON POTERUNT? Id. *Tusc.* 2, 14, 34.

379 I. Gradatio affirmationis fit per **non modo, non solum**, minus saepe **non tantum**, sequente in altero membro **sed etiam, verum etiam**, minus saepe **sed, sed quoque.** [1] *(Tullus Hostilius)* NON SOLUM *proximo regi dissimilis*, SED *ferocior* ETIAM *quam Romulus fuit.* Liv. 1, 22, 2. *(Pollio) omnibus negotiis* NON *interfuit* SOLUM, SED *praefuit.* Cic. *Fam.* 1, 6, 1.

[*NB.* Si prius membrum negativum est, dicitur **non modo non (non solum non) — sed etiam, sed potius (sed).** NON MODO NON *oppugnator*, SED ETIAM *defensor*. Cic. *Planc.* 31, 76. *Hoc* NON MODO NON *pro me*, SED *contra me est* POTIUS. Id. *de Or.* 3, 20, 75.]

II. Gradatio negationis fit in priore membro per *non modo (non solum)*, addita generatim negatione aut interrogatione, v. g. **non modo non, nihil non modo, quae** *civitas* **non modo**, in altero per **sed ne — quidem**, [minus saepe *sed vix, sed neque.*] *Ego* NON MODO *tibi* NON *irascor*, SED NE *reprehendo* QUIDEM *factum tuum.* Cic. *Sull.* 18, 50. [NULLUM NON MODO *illustre*, SED NE *notum* QUIDEM *factum*. Id. *Pis.* 1, 1; quod ita transferendum: ningún hecho no ya señalado, pero ni siquiera conocido, no diré (digo) señalado, mas ni aun

1 «No solamente (no sólo)... sino también, pero también, pero aun». *Temia no solamente las adversidades*, PERO AUN *las prosperidades nuestras.* Abril in Cic. *Fam.* 4, 14, 2. Cf. HANSSEN, *Gram. Histór. de la L. Cast.*, n. 682.

c. — Et sine negatione in priore membro, quod rarum est: *(Assentatio)* NON MODO *amico,* SED NE *libero* QUIDEM *digna est.* Cic. *Lael.* 24, 89. *Haec genera virtutum* NON SOLUM *in moribus nostris,* SED *vix jam in libris reperiuntur.* Id. *Cael.* 17, 40. [1]

NB. 1. **Non modo** etiam adhibetur subsequente **sed, sed etiam, verum, verum etiam** cum hac significatione: *non dico, non dicam. Quae (civitas)* NON MODO *imperatoris aut legati,* SED *unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit?* Cic. *Man.* 22, 66; contener «los humos y orgullo, no digo de un general o un lugarteniente, sino de un tr. militar?» R. de Oviedo; no ya de — sino de? *Sine ulla* NON MODO *religione,* VERUM ETIAM *dissimulatione.* Id. *Verr.* 5, 1, 1.

NB. 2. **Non modo** et **non solum** secundo loco collocari possunt. Quod si prius membrum negativum est, significant «no ya, mucho menos, cuánto menos». *Secundas etiam res nostras,* NON MODO *adversas pertimescebam.* Cic. *Fam.* 4, 14, 2. *Ut ipse etiam sibi,* NON *iis* SOLUM *qui aderant, displicebat!* Id. *Att.* 2, 21, 3. *Nullum meum minimum dictum, non modo factum. Ib.* 1, 9, 21; cuánto menos una acción. Cf. *nedum,* **328.**

III. Gradationem etiam significant:

1.um **Atque adeo, atque etiam,** «y aun». *Cum maximo detrimento* ATQUE ADEO EXITIO *vectigalium.* Cic. *Verr.* 3, 8, 19; y aun con la pérdida total.

2.° **Immo, immo vero,** «antes, más, hasta». *Causa igitur non bona est?* IMMO OPTIMA. Cic. *Att.* 9, 7, 4. *Vivit?* IMMO VERO *etiam in senatum* VENIT. Id. *Cat.* 1, 1, 2.

3.° **Quin** conjunctum cum **etiam, contra, potius, immo,** praecedente negatione, «más bien, antes al contrario». *His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est;* QUIN POTIUS *aucta arte quadam nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi.* Liv. 26, 19, 8; nunca burló (mofó) del crédito de estos prodigios; más bien lo acrecentó con cierta arte que tuvo para no negar nada de este género, ni afirmarlo públicamente.]

1 NON MODO [*non*] *aeternam,* SED NE *diuturnam quidem gloriam assequi possumus.* Cic. *Rep.* 6, 21, 23 [*Somn. Sc.* 7.].

III. Conjunctiones causales et illativae

380 I. **Nam** et **enim**, quae postponitur, inserviunt rei explicandae et probandae, «pues, porque». *Hic pagus appellabatur Tigurinus;* NAM *omnis civitas Helvetia* IN QUATTUOR PAGOS *divisa est.* Caes. *G.* 1, 12, 4. [*Eademque constituendarum legum fuit quae regum. Jus enim semper quaesitum aequabile; neque aliter esset jus.* Cic. *Off.* 2, 12, 41; pues siempre se procuró que hubiese igual justicia para todos, se proc. el igualamiento de la j. para todos.

NB. **Nam** frequenter respondet nostro «cuanto a». *Quid Achille Homerico foedius? quid Agamemnone in jurgio?* NAM *Ajacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit.* Cic. *Tusc.* 4, 23, 52; pues a A., cuanto a A., de A. no hay que decir que. — Inservit etiam narrationi exordiendae. *Rem omnem a principio audies.* NAM *is postquam excessit ex ephebis...* Ter. *Andr.* 51.

II. **Namque** et **etenim** artius terminos conectunt, graviusque sonant. *Tempore opportunissimo Caesar auxilium tulit;* NAMQUE *ejus adventu hostes constiterunt.* Caes. *G.* 4, 34, 1: «acudió C. a socorrerles al mejor tiempo; porque con su venida los enemigos se contuvieron». Goya. [1] — **At enim** et **sed enim**, quod posterius in prosa oratione rarum est, «pero cierto, pero en verdad».

III. **Quippe, nempe, nimirum, scilicet, videlicet** causam etiam notant, ironiam saepe redolent. *Mene incepto desistere victam, Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?* QUIPPE VETOR FATIS. Verg. *Aen.* 1, 39; ironice dictum; «cierto los hados me lo impiden». López. *Sol Democrito magnus videtur,* QUIPPE HOMINI ERUDITO *in geometriaque perfecto.* Cic. *Fin.* 1, 6, 20; aun cuando hombre en verdad. *Democritus luminibus amissis alba* SCILICET *et atra discernere non poterat; at vero bona, mala poterat.* Id. *Tusc.* 5, 39, 114; en verdad, cierto, naturalmente. *Darius in fuga cum aquam turbitam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. Nunquam* VIDELICET *sitiens biberat.* Id. *Tusc.* 5, 34, 97. *Quid metuebant? Vim* VIDELICET. Id. *Caecin.* 15, 44; evidentemente. *Est illud quidem vel maximum, animo ipso animum videre; et* NIMIRUM *hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet ut se quisque noscat.* Id. *Tusc.* 1, 2,

1 «Fueron socorridos por C. al tiempo más oportuno; porque con su venida se contuvieron los enemigos». Valbuena.

52. *Quos ego orno?* NEMPE *eos qui ipsi sunt ornamenta reipublicae.* Id. *Phil.* 11, 14, 36; sin duda.]

381 I. Illativis **ergo, igitur** utendum, cum cogitatum; conclusiva **itaque**, cum factum aliquod ex iis quae dicta sunt colligimus. *Igitur* saepe postponitur, nonnumquam *ergo*, maxime in transitione. *Non sum ita hebes, ut istud dicam. Quid dicis* IGITUR? Cic. *Tusc.* 1, 6, 12. *Aristides aequalis fere fuit Themistocli.* ITAQUE *cum eo de principatu contendit.* Nep. *Ar.* 1, 1.

[II. **Igitur** adhibetur etiam **a)** in narrationis aut explicationis fine. *Haec* IGITUR *et alia innumerabilia cum cernimus, possumusne dubitare quin iis praesit aliquis effector?* Cic. *Tusc.* 1, 28, 78.

b) post parenthesin ad orationem continuandam. *Recta effectio* (κατόρθωσιν *enim ita appello, quoniam rectum factum* κατόρθωμα) *recta* IGITUR *effectio*, cet. Cic. *Fin.* 3, 14, 45.

c) cum a generalibus ad singularia fit gradus. *Eamque disputationem tres in partes nostri fere dividunt... Primum* IGITUR, cet. Cic. *N. D.* 2, 30, 76.

III. Eodem fere sensu atque *itaque* usurpantur adverbia relativa **quare, quamobrem, quapropter, quocirca** et demonstrativa **hinc, inde, proinde, idcirco.**[1] Sed *proinde* est fere imperantis. *Frustra, inquit, meae vitae subvenire conamini, quem jam sanguis viresque deficiunt.* PROINDE ABITE. Caes. *G.* 7, 50, 6.

NB. 1. **Igitur, enim, autem,** accedente verbo *sum*, poni tertio loco aut quarto possunt. *Incredibile est* ENIM. Cic. *de Or.* 1, 44, 197. *Si quid est* ENIM *offensionis.* Id. *Att.* 13, 9, 2.

NB. 2. Non licet copulativam conjunctionem addere particulae illativae *(itaque, igitur, ergo...*, ut apud nos «*y* por consiguiente»), sed dicitur *ob eamque causam, et propter eam causam*, aut quid simile.]

IV. PARTICULAE AFFIRMATIVAE ET NEGATIVAE

382 Responsio affirmativa sive confirmativa varie effertur:

1.um Particulis **etiam, ita, sane, vero,** raro **verum**, et majore vi **ita vero, ita prorsus, sane quidem**, «sí por cierto, de veras,

1 **Eo et ideo** illativae sunt apud scriptores imperii.

¿cómo no?», aliis.[1] *Aut* «ETIAM» *aut «non» respondere.* Cic. *Ac.* 2, 32, 104; responder *sí* o *no. Quidnam? inquit Catulus; an laudationes?* ITA, *inquit Antonius.* Id. *de Or.* 2, 10 et 11, 43 et 44; [*ita vero, ita est, ita prorsus. Fuistine heri domi?* VERO. Id. *Tusc.* 1, 11, 25; sí. *Fuisti saepe, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum.* VERO AC LIBENTER QUIDEM. Id. *Tusc.* 2, 11, 26. *Facies?* VERUM. Ter. *Haut.* 1013 [5, 3, 11]. *Visne in insula quae est in Fibreno sermoni reliquo demus operam sedentes?* SANE QUIDEM. Cic. *Leg.* 2, 1, 1.]

2.° Repetito interrogationis verbo, cui licet **vero** addere. *Dasne manere animos post mortem?* Do VERO. Cic. *Tusc.* 1, 11, 25. [*Quaesivi fierine posset. Ille posse respondit.*]

3.° Particula **vero** juncta pronomini personali verbi quod subauditur. *Dicam opinor quod sentio.* TU VERO, *Tite.* Cic. *Brut.* 85, 292. [*Quaero num id injuste fecerit.* ILLE VERO, *inquit Antipater.* Id. *Off.* 3, 13, 54-55; ciertamente que sí, respondió A. *Mene rides?* TE (VERO).]

383 Responsum negativum efficitur particulis **non, non ita**, «no», **minime**, «de ninguna manera», **non vero, minime vero**, «no ciertamente», *nullo modo*, cet. [Aliquando verbo aut alia interrogationis voce subdita.] *Aut «etiam» aut «NON» respondere.* Cic. *Ac.* 2, 32, 104. [*Cognatum aliquem aut propinquum?* NON. *Thermitanum aliquem honestum hominem ac nobilem?* NE *id* QUIDEM. Id. *Verr.* 2, 43, 106; etiam: *non fuit. An tu haec non credis?* MINIME VERO. Id. *Tusc.* 1, 6, 10. *Num igitur peccamus?* MINIME *vos* QUIDEM. Id. *Att.* 8, 9, 2. *Ain tu? aliter id scire non potes?* NULLO MODO. Id. *Tusc.* 5, 12, 35.

NB. Cum per **enim** aut **nam** statim ratio redditur responsi, affirmatio saepe aut negatio nullo peculiari verbo significatur. *Tum Antonius: Heri* ENIM, *inquit, hoc mihi proposueram, ut* cet. Cic. *de Or.* 2, 10, 40; sí, porque ayer.]

384 I. **Non** communior est particula negandi tum verbi tum propositionis.[2]

[*NB.* 1. **Non possum non** cum infinito idem sonat quod *facere non possum quin*, no puedo dejar de. NON POTUI NON *dare (litteras ad Caesarem).* Cic. *Att.* 8, 2, 1. *Tuum consilium* NEMO POTEST NON *maxime laudare.* Id. *Fam.* 4, 7, 2.

1 V. g. *omnino, ut dicis;* at minime *utique.*

2 **Non** est a prisco *noenum=nĕ oinum*, i. e. *ne unum.*

NB. 2. In subjunctivo hortandi et prohibendi invenitur aliquando **non** pro *ne*, sed ferme apud poëtas et posteriores. *Si (vesanus poëta) decidit auceps In puteum foveamve,...* NON *sit qui tollere curet.* Hor. *Pis.* 460.[1]]

II. **Haud** apud optimos scriptores solutae orationis praeit adjectivis et adverbiis, ut *haud mediocris, haud spernendus, haud sane,* [*haud dubie, haud ita magnus,* no muy: cf. adn. proxime praec. in ima p.;] vix verba, nisi in locutione **haud scio an.** [*(Homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens.* Cic. *de Or.* 1, 9, 38). [2]

385 I. **Ne** post *ne* aut *ne... quidem* est «cuánto menos». *Me vero nihil istorum* NE *juvenem* QUIDEM *movit unquam,* NE *nunc senem.* Cic. *Fam.* 9, 26, 2; «aunque a mí ni aun siendo mozo ninguna cosa de esas» me movió, «cuánto más ahora que ya soy viejo». Abril.[3]

II. **Ne—quidem** dijunguntur uno aut altero verbo in quo vis inest major, quandoque etiam brevi oratione subordinata; et significant «ni siquiera, ni aun», aliquando «tampoco». *Gloriae jacturam* NE *minimam* QUIDEM *facere vellent.* Cic. *Off.* 1, 24, 84. —*Si igitur non sunt, nihil possunt esse; ita* NE *miseri* QUIDEM *sunt.* Id. *Tusc.* 1, 6, 12; y así tampoco.

NB. Apud Livium et sequentes invenitur **nec** pro *ne—quidem. Non inutilem puto hanc cognitionem; alioqui* NEC *tradidissem.* Quintil. 5, 10, 129.

III. Post negationes *nemo, nihil, ne, nego, nescio, nolo* affirmatio illis respondens in oratione subsequenti aliquando subauditur. [4] *Nemo extulit eum verbis qui ita dixisset, sed contempsit eum qui minus id facere potuisset.* Cic. *de Or.* 3, 14, 52; pro: *sed omnes contempserunt eum. (Appius) collegis in castra scribit ne Verginio commeatum dent, atque etiam (ut) in custodiam habeant.* Liv. 3, 46, 9. *Plerique*

1 *A legibus* NON *recedamus.* Cic. *Cluent.* 57, 155.

Tantum non, modo non (tantum quod non, cf. ima pag. 366) idem sonant quod *fere. (Nuntii afferebant)* TANTUM NON *jam captam Lacedaemonem esse.* Liv. 34, 40, 5; que estaba a punto de ser tomada, litt. que casi estaba ya tomada. Etiam notandae locutiones: **non ita,** «no muy», UT NON ITA MAGNUS; **non item,** «no así, pero no, no:» *Corporum offensiones sine culpa accidere possunt, amicorum* NON ITEM, Cic. *Tusc.* 4, 14, 31; **nondum,** «aun no», **nequedum** «y todavía no».

2 HAUD ISDEM vinclis. Cic. *Tim.* 13, 47.—Inter **haudquaquam** et **nequaquam** idem intercedit discrimen quod inter *haud* et *non.*

3 *Cuánto más* sc. *no me mueve*=CUÁNTO MENOS *me muove.* V. CUERVO, *Dicc.* 2, 657[1], *d*).

4 *Omnes, omnia, ut, dico (affirmo), scio, volo.*

negant Caesarem in condicione mansurum, postulataque haec ab eo interposita esse (dicunt). Cic. *Att.* 7, 15, 3; los más dicen que C. no se atendrá a la c. y que, *litt.* niegan que — y dicen que.]

386 Negatio duplex affirmat. *(Id) indigne ferebant,* NEQUE *tamen* NON *patiebantur.* Nep. *Eum.* 1, 2; y con todo lo sufrían, no dejaban de sufrirlo. [NEMO *Arpinas* NON *Plancio studuit.* Cic. *Planc.* 9, 22; todos los de Arpino, ningún Arpinate dejó de.

NB. 1. At prima negatio minime destruitur sequente *ne—quidem* aut *neque —neque, neve — neve.* NON *enim* PRAETEREUNDUM EST *ne id quidem.* Cic. *Verr.* 1, 60. *Reliquum est sic habeas,* NIHIL *mehercule te mihi nec carius* ESSE *nec suavius.* Id. *Att.* 5, 1, 5; etiam *aut carius aut s.*, n. **376**, I, *NB.* 1.]

NB. 2. **Nec non** diversas orationes conjungit, fere vocabulo interjecto, non voces ejusdem orationis nisi in poësi. NEC *hoc ille* NON *vidit, sed verborum magnificentia est delectatus.* Cic. *Fin.* 4, 22, 60; tampoco dejó de ver esto.[1]

V. PARTICULAE INTERROGATIVAE

387 [Particulae quae interrogationi designandae inserviunt hae maxime sunt: **cur, quare, ne** (enclitica), **nonne, num, utrum, an**, prout interrogatio simplex est vel composita, i. e. unius membri aut plurium membrorum, directa vel obliqua.

NB. 1. Interrogatio directa dubitandi et admirandi fieri sine ulla particula potest, cum ad interrogationem affirmativam exspectas responsum negativum, et contra ad interrogationem negativam responsum affirmativum. *Tanti maleficii crimen probare te, Eruci, censes posse talibus viris?* Cic. *S. Rosc.* 26, 72. *Tu igitur nihil vides?* Id. *de Or.* 2, 68, 275; ¿pues tú no ves nada? ¿efectivamente tú nada ves? *Quid haec amentia significat? non vim? non scelus?...* Id. *Quinct.* 26, 82.

NB. 2. **Cur** adhibetur in directa interrogatione causali et in obliqua; *quare* tantum in obliqua.[2]]

1 Cf. HAND-TURS., IV, 111: «Poëtae igitur temporis augustei sunt, quorum in carminibus certa hujus dictionis apparent documenta, eosque imitati sunt posterioris aetatis scriptores». Qui etiam *necnon* scribunt. **Non** et **nisi** etiam separantur ab optimis solutae orationis scriptoribus, v. c. Cic. *Lael.* 5, 18.

2 Locus Tullianus *de Or.* 1, 16, 71, qui a nonnullis Vocabulariis affertur repugnante praecepto sine *quare* a recentioribus legitur.

388 I. In simplici interrogatione directa adhibetur 1.m **nonne**, si responsum affirmativum exspectatur. *Quid? canis* NONNE SIMILIS LUPO? Cic. *N. D.* 1, 35, 97; ¿no es verdad que el perro — ?

2.° **num**, si responsum exspectatur negativum. *In Numa Pompilio* NUM ELOQUENTIAE VESTIGIUM APPARET? Cic. *de Or.* 1, 9, 37; ¿acaso (¿por ventura) parece — ? ¿no es verdad que en N. P. no parece?

3.° **nĕ** cum verbo juncta, si neutrum responsum exspectatur. VISNE *igitur, o Damŏcle,* FORTUNAM EXPERIRI MEAM? Cic. *Tusc.* 5, 21, 61; ¿quieres, o D. — ? [1]

[*NB.* 1. Pro **nonne, nihilne** saepius dicitur **non, nihil** in secundo aliisque membris ejusdem interrogationis. NIHILNE *te nocturnum praesidium Palatii,* NIHIL *urbis vigiliae,* NIHIL *horum ora vultusque moverunt?* Cic. *Cat.* 1, 1, 1.

NB. 2. Pro **num** dicitur cum majore vi **numquid**, raro *numne, numnam, numquidnam.* **Ecquid** etiam ponitur ut *numquid.* NUMQUID *duas habetis patrias?* Cic. *Leg.* 2, 2, 5. *Quid? Deum ipsum* NUMNE *vidisti?* Id. *N. D.* 1, 31, 88. *Quid est, Catilina?* ECQUID *attendis?* ECQUID *animadvertis horum silentium?* Id. *Cat.* 1, 8, 20; ¿por ventura no?

NB. 3. **Ne** ponitur aliquando pro *nonne. Videtis*NE *ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet?* Cic. *C. M.* 10, 31; ¿no veis cómo — ? — Et junctum non cum verbo exprimit admirationem saepe, aliquando dubitationem: APOLLINEMNE *tu Delium spoliare ausus es?* Cic. *Verr.* 1, 18, 47.

NB. 4. In sermone cotidiano dicitur **ain, viden, satin,** cet. pro *aisne, videsne, satisne,* cet. — **Quin**, ¿que no? ¿cómo no? QUIN *conscendimus equos?* Liv. 1, 57, 7. **Quidni**, ¿por qué no? (cum subjunct.) *Laudat Africanum Panaetius quod fuerit abstinens.* QUIDNI LAUDET? Cic. *Off.* 2, 22, 76; por qué no ha de a.? n. **311**, I.]

II. In quaestione directa dijunctiva hae particulae usurpantur: in primo membro **utrum** vel **nĕ**, aliquando nulla particula, [praesertim si membrum breve est;] in secundo **an** vel **anne.**

UTRUM *ea vestra* AN *nostra culpa est?* Cic. *Ac.* 2, 29, 95. *Advolo*NE AN *maneo?* Id. *Att.* 13, 40, 2. [UTRUM *hoc tu parum commeministi,* AN *ego non satis intellexi,* AN *mutasti sententiam?* Cic. *Att.* 9, 2. — Pro

1 V. ROBLES DÉGANO, *Ortol.* pág. 202, n. 218, 2.

utrum — an nota **utrumne — an**, *ne* tamen sejuncto ab *utrum*. **Utrumne** (conjunctum) poëtarum est. [1]]

NB. «O no» dicitur **annon** vel **necne**. *Pater ejus rediit,* AN NON? Ter. *Phorm.* 147, [1, 2, 97.] *Sunt haec tua verba,* NECNE? Cic. *Tusc.* 3, 18, 41. [*Annon* magis est interrogationis directae, *necne* potius obliquae.

III. **An, an vero** adhibentur ad continuandam sententiam in interrogatione etiam simplici, notantque fere 1.m admirationem. *Quasi non necesse sit quicquid isto modo pronunties, id aut esse aut non esse.* AN *tu dialecticis ne* IMBUTUS *quidem* ES? Cic. *Tusc.* 1, 7, 14; ¿o es que tú ni siquiera aprendiste los elementos de la dialéctica?

2.° ironiam. *Quid dicis?* AN *bello fugitivorum Siciliam* VIRTUTE TUA LIBERATAM? Cic. *Verr.* 5, 2, 5; ¿por ventura que la S. se vió libre de —?

3.° membrorum oppositionem. AN *Scythes Anacharsis* POTUIT *pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere* NON POTERUNT? Cic. *Tusc.* 5, 32, 90. *Numquid duas habetis patrias?* AN *est* UNA *illa patria communis?* Id. *Leg.* 2, 2, 5; ¿no hay más bien una sola gran patria común?

NB. In hoc exemplo et similibus ponitur **an** pro *sive*: *Themistocles quidem, cum ei Simonides,* AN *quis alius, artem memoriae polliceretur, oblivionis, inquit, mallem.* Cic. *Fin.* 2, 32, 104; como le prometiese (enseñar) la mnemotecnia, prefiriera, respondió, (me enseñaras) el arte de olvidar.]

389 I. In simplici interrogatione obliqua **num** et **ne** significant «si, si por ventura»; vim augent **numquid, numne, ecquid**. *Speculari* NUM *sollicitati animi sociorum a rege Perseo essent.* Liv. 42, 19. *Quaesivi tamen viveret*NE *ipse.* Cic. *Rep.* 6, 14 [*Somn. Sc.* 3]. [*Rogavit* NUMQUID *aliud ferret praeter arcam.* Id. *de Or.* 2, 69; preguntó si por ventura. *Quid agatis et* ECQUID *in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam.* Id. *Fam.* 7, 16, 3; y si para algo.]

NB. 1. Usurpatur **an** in obliqua interrogatione post verba ne-

1 Nota hoc exemplum et similia: *Voluptas melioremne* AUT *laudabiliorem virum efficit?* Cic. *Par.* 1, 3, 15; ubi interrogatio dijunctiva non est, sed verba pertinent ad unam eandemque simplicem quaestionem; non enim adjectiva (*melior, laudabilior*) sunt inter se opposita. At: *voluptas melioremne efficit an pejorem virum?*

sciendi et dubitandi. *(Aristotelem), excepto Platone,* HAUD SCIO AN *recte dixerim principem philosophorum.* Cic. *Fin.* 5, 3, 7.

[**Verba fere haec sunt:** *haud scio, nescio, dubito, dubium est, incertum est, delibero, haesito. Nescio an habuisset parem neminem.* Cic. *Brut.* 33, 126. *Dubito an Venusiam tendam.* Id. *Att.* 16, 5, 3. *Moriendum enim certe est, et incertum an hoc ipso die.* Id. *C. M.* 20, 74. *Qui scis an prudens huc se projecerit?* Hor. *Pis.* 462; = *nescis. Contigit enim tibi quod haud scio an nemini.* Cic. *Fam.* 9, 14, 7; lo que no sé si a algún otro (a ningún otro), lo que tal vez a nadie. Cum ceteris verbis **an** est poëtarum et recentiorum.]

NB. 2. Post *quaero* etiam ponitur **nonne**.[1] *Cum* ESSET *ex eo* QUAESITUM *Archelaum* NONNE *beatum putaret.* Cic. *Tusc.* 5, 12, 34.

NB. 3. Post verba *exspecto, experior, tento, conor* fere adhibetur **si**. SI *quam opem reipublicae ferre posset* EXPERTUS EST: cf. Cic. *Phil.* 9, 1, 2. [*Circumfunduntur ex reliquis hostes partibus,* SI *quem aditum reperire possint.* Caes. *G.* 6, 37, 4: subaudito verbo tentandi.—Post alia verba haec particula rara est: VISAM SI *domi est.* Ter. *Haut.* 170; v. n. **330**, *NB.* 2.]

II. In quaestione indirecta dijunctiva usurpatur 1.m in primo membro **utrum**, in altero **an**, raro **anne**. *Permultum interest* UTRUM *perturbatione aliqua animi* AN *consulto fiat injuria.* Cic. *Off.* 1, 8, 27.

2.° in primo **ne** aut nulla particula, in secundo **an**, aliquando **ne**; «o no» dicitur **necne**, [raro **annon**,] expresso vel tacito *utrum. Agitur autem liberi*NE *vivamus,* AN *mortem obeamus.* Cic. *Phil.* 11, 10, 24. *Sine sciam ad hostem* AN *ad filium venerim.* Liv. 2, 40, 5. *Nihil interesse (putant) valeamus aegri*NE *simus.* Cic. *Fin.* 4, 25, 69. *Demus (beneficium)* NECNE, *in nostra potestate est.* Id. *Off.* 1, 15, 48, n. **388**, 2.° [—Raro in 1.° particula primi membri omittitur: *(Interrogatur) verbi causa tria pauca sint* ANNE *multa.* Cic. *Ac.* 2, 29, 93.

NB. 1. **Ne — ne** fere poëtarum est; **utrum — ne** rarissimum. *Qui teneant oras,* HOMINESNE FERAENE, *Quaerere constituit.* Verg. *Aen.* 1, 308.

NB. 2. **An — an** est poëtarum et recentiorum. *Saepe manus operi tentantes admovet,* AN *sit Corpus* AN *illud ebur.* Ov. *M.* 10, 254. **(Sive —sive:** *Spemque metumque inter dubii* SEU *vivere credant* SIVE *extrema pati.* Verg. *Aen.* 1, 218; si deben creer que viven o.)]

1 Pro **nonne** ponitur **num non**, sed valde raro; v. g. ad *Her.* 2, 9, 13.

PARS TERTIA

DE VOCUM PROPRIETATE EARUMQUE ET ORATIONUM IN SENTENTIA COLLOCATIONE[1]

CAPUT XIII. DE USU SUBSTANTIVI ET ADJECTIVI

I. Substantiva

390 [I. Saepe Latini substantiva concreta adhibent, ubi nos abstracta vel adhibemus vel possumus adhibere. *Cn. Pompejo, Marco Crasso* CONSULIBUS. Caes. *G.* 4, 1, 1; en el consulado, siendo cónsules: cf. n. **200**, III.

II. Item adhibent nomina incolarum, ubi nos nomina locorum. *In* PERSAS *est profectus.* Nep. *Pel.* 4, 2; a Persia.

NB. At etiam abstracta pro concretis ponuntur, praesertim jam ab aetate Augusti, v. g. OMNIS NOBILITAS *interiit.* Caes. *G.* 7, 38, 2. *(Catilina)* JUVENTUTEM *illexerat.* Sall. *C.* 16, 1. TUA CALAMITAS. Phaed. 1, 3, 16; tu desventura = tú desventurado.[2]

391 I. Pro plurali saepe singularis usurpatur si de re militari, si de plantis, frugibus, pecoribus sermo est. POENUS *victor e proelio excessit;* maxime in historia et

1 De particulis subordinantibus et coordinantibus in cc. superioribus dictum est.

2 Cf. idem I, 4, 5; 5, 11; 13, 12; 14, 18; II, 4, 26; 5, 23; 7, 13 et 14; III, 5, 9, cet. Tam ea quae ante Augustum quam quae post usurpata sunt, in scriptoribus discenda. —Ablativus instrumenti nominis abstracti saepe apud nos subjectum est, vel esse potest. *Deus* PROVIDENTIA *mundum gubernat;* Dios con su providencia, la providencia de Dios.

poësi: *Quam* MULTO *repetet Graecia* MILITE. Hor. *C.* 1, 15, 6. FABA *et* GLANDE *vesci.* Cic. *Div.* 1, 30, 62, et *Or.* 9, 31. *Villa abundat* PORCO, HOEDO, AGNO, GALLINA. Id. *C. M.* 16, 56. Et poëtae saepe alias: MULTA *tibi ante aras nostra cadet* HOSTIA *dextra.* Verg. *Aen.* 1, 334.

II. Poëtae plurali pro mero singulari utuntur haud raro, etiam cum nominibus quae alias carent plurali. *Sed pectus anhelum, Et rabie* FERA CORDA *tument.* Verg. *Aen.* 6, 49 et 80, Sibyllam describens. Sic: **ora, pectora, ludibria, silentia, hordea,** cet. Cf. n. **75**, I.

III. Saepe invenitur pluralis nominum in primis abstractorum quae plures res vel personas respiciunt, vel varia rerum genera aut modos apparendi complectuntur. *(Catilina) maxume adulescentium* FAMILIARITATES *appetebat.* Sall. *C.* 14, 5. *Quattuor* PERTURBATIONES *sunt, tres* CONSTANTIAE. Cic. *Tusc.* 4, 6, 14; i. e. *quattuor perturbationis genera, tria constantiae;* cf. id. *Fin* 3, 10, 35.

Sic: *proceritates arborum, adventūs imperatorum; iracundiae; invidiae multitudinis; mortes,* linajes de muerte; *omnes avaritiae,* todas las formas, manifestaciones, de la a. *Tria tura,* poët. tres granos de incienso.

IV. Nomina propria pluraliter efferuntur cum varias personas designant variasque earum species aut proprietates; v. g. *duo Scipiones Africani; Cicerones rari sunt,* oradores como C.

Adn. Substantiva vernacula sunt nonnunquam efferenda **a)** oratione relativa, **b)** interrogatione obliqua, **c)** infinitivo, **d)** participio. **a)** *Consecutus sum* QUOD ANIMO PROPOSUERAM, mi propósito, lo que me había propuesto. *Ea quae traduntur, quae tradebantur,* las tradiciones. *(Ii) qui adsunt,* los presentes. **b)** *Dicam* QUID SENTIAM, mi parecer, lo que siento. **c)** *Nego* REM FIERI POSSE, la posibilidad de la cosa. *Saepenumero fit ut voluptate careamus.* QUA FRUI *jucundissimum nobis erat,* cuyo goce. *Parentum interest liberos* BENE EDUCARI, la buena educación de los h. **d)** AB OPPUGNANDA NEAPOLI *Hannibalem absterruerunt* CONSPECTA MOENIA, lo hizo desistir del asedio la vista: cf. n. **430**, II.]

392 I. Substantiva verbalia in **tor**, masculina, et **trix**, feminina, usurpantur interdum ut adjectiva, potissimum *victor, victrix,* et *ultor, ultrix,* ut *victor exercitus, ultrices deae.* Duobus hisce nominibus et substantivo *hospes* additur plurale neutrum a poëtis, ut *victricia arma, ultricia tela, aequora hospita,* [*inhospita saxa,* Verg., *hospitibus tectis,* Stat. *Theb.* 12, 479.

II. Item **juvenis** et **senex, hospita**, n. **60**, *NB.*, **incola**, atque etiam alia nomina personarum adhibentur a poëtis junioribusque scriptoribus tanquam adjectiva masc. aut fem., ut *juvenes anni* Ov., *artifex motus* Quintil., *turba incola* Ov., *terra hospita* Verg. Quod cum neutris nominibus fit rarissime, ut *ruricola aratrum.* Ov. [1]]

II. Adjectiva

393 I. Plura adjectiva (participia et pronomina) substantive saepe sumuntur:

1.[m] Masculina pluralia quae genus aliquod personarum significant. *Quid tam est commune quam spiritus* VIVIS, *terra* MORTUIS, *mare* FLUCTUANTIBUS, *litus* EJECTIS? Cic. *S. Rosc.* 26, 72.

[Sic: *boni, mali, probi, improbi, docti, doctiores, doctissimi, multi sapientes, aliquot indocti, pauci divites, tui invidi, nobiles nostri* et sescenta alia; *mei, tui sui*, los míos (mis allegados)... — In singulari non adeo frequentia sunt; rara in nominativo et accusativo: *Nullius, nisi insipientis (est) in errore perseverare. Erranti viam monstro.* At *homo doctus, nemo doctus*, ningún d., *quisquam doctus*, algún d.; *vir (homo) doctissimus*, un gran erudito, *homo vere sapiens*, un verdadero sabio.]

2.° Neutra pluralis, fere in nominativo et accusativo, quae genus aliquot rerum vel actionum notant. MULTA *tulit fecitque puer.* Hor. *Pis.* 413.

[*Omnia praeclara rara; nostra, vestra, bona, mala, honesta, turpia, haec, illa, pleraque*, cet.

NB. Adjectiva neutra pluralis extra nominativum et accusativum saepissime efferuntur per substantivum *res* propter perspicuitatem. HUMANARUM RERUM *fortuna pleraque regit.* Sall. *J.* 102, 9.]

3.° Neutra singularia, [ea saepe quae notionem abstractam, nonnunquam quae concretam indicant.] *Omne tulit punctum qui miscuit* UTILE DULCI. Hor. *Pis.* 343.

1 Ex hoc utroque praecepto, et quia abest a lingua Latina *hospitus* et *hospitum*, fit perspicuum adjectivum *hospitus, a, um* nusquam reperiri, nihilque aliud esse quam commentum figmentumve nonnullorum lexicographorum. Quare v. c. *hospitis tectis* pro *hospitibus t.* barbarismus erit, Romanis ignotus omnino. Cf. NEUE-WAGENER, 2, 34-35.—*Princeps* adjectivum est, ut *princeps locus, principes viri;* fere tamen cum verbo conjungitur, ut *Gorgias princeps ausus est*, G. fué el primero que: cf. n. **400**, II.

II. Certa adjectiva substantive adhibentur, tacito per ellipsim suo substantivo, v. g. CALIDAM *bibere*, FRIGIDAM *potare (aquam); actioni* PRIMAS *(partes) dedisse Demosthenes dicitur; huic* SECUNDAS, *huic* TERTIAS. Cic. *de Or.* 3, 35, 213; [*tertiana, quartana (febris), dextra, sinistra, laeva (manus), cani (capilli), ferina, bubula (caro), fera (bestia), hiberna (castra), abrupta (loca), patria (urbs, regio, terra),* cet. Cf. n. **72**, I.]

III. Saepe adjectivum ponitur pro genitivo substanttvi, ut SERVILIS *tumultus, bellum* SERVILE, pro *servorum*. Caes. *G.* 1, 40, 5.

[Sic: *Hector Naevianus*, (de las obras) de Nevio, *clades Alliensis, pugna Cannensis* et *ad Cannas, pugna Leutrica* et *in Leuctricis*, Cic. *Div.* 2, 25, 54; *invidia decemviralis*, Liv. 3, 43, 2, a los decemviros; *metus hostilis*, Sall. *J.* 41, 2. Eodem pacto *hic dolor, quo metu*, pro *dolor hujus rei, cujus rei metu*, cet. Cf. n. **285**, Sic.]

394 Latini adjectivo, nos substantivo vel adverbiali locutione solemus efferre:

1.m initium, medium, finem, reliquum loci ac temporis. *Tantum bellum Cn. Pompejus* EXTREMA *hieme apparavit,* INEUNTE *vere suscepit,* MEDIA *aestate confecit.* Cic. *Man.* 12, 35; al fin del invierno (al terminar el i.), al principio de la primavera (al comenzar la pr.), en mitad del estío (al mediar el verano).

2.° ordinem et successionem. PRIORI *Remo augurium venisse fertur.* Liv. 1, 7, 1; vel *prius*, cf. *NB.* sequens, en primer lugar. *Venio in senatum* FREQUENS. Cic. *C. M.* 11, 38; vel *frequenter.*

3.° animi dispositionem et statum. *(Socrates) venenum* LAETUS ET LIBENS *hauriet.* Sen. *Prov.* 3, 13, etiam: *laeto animo et libenti.*

[Sic: *prima luce*, Caes. *G.* 1, 22, 1; *media nox*, Cic. *Att.* 4, 3; *summa gramina*, Verg. *Aen.* 7, 808, la extremidad, la punta; *summus mons*, Caes. *G.* 1, 22, 1, la cima; *in eo sacrario intimo.* Cic. *Verr.* 2, 4; *in adversum collem subire,* monte arriba; *obliquo monte decurrere,* por la pendiente. *Legati inanes ad regem revertuntur.* Cic. *Verr.* 4, 28, con las manos vacías.

Praeter exemplorum adjectiva sunt hujus loci: *vivus*, en vida, *mortuus*, después de la muerte, d. de muerto, *totus, omnis, solus; diversus*, para diversas partes, en d. p., *proximus, prudens, sciens*, a sabiendas, *imprudens*, inconsideradamente, *invitus*, contra voluntad, de mal grado, de mala gana, *infimus, imus, postremus, extremus, ultimus, reliquus*, et alia temporis et loci apud poëtas praesertim,

ut *matutinus. Aeneas se matutinus agebat.* Verg. *Aen.* 8, 465. *Domesticus otior.* Hor. *S.* 1, 6, 128. — *Ultima rerum, reliquum diei,* cet. n. **239**, I.

NB. Haec adjectiva cum sunt praedicativa aut apposita saepe adverbio efferri possunt. *Ipsa Paphum sublimis abit.* Verg. *Aen.* 1, 415; por el aire. *Superior stabat lupus Longeque inferior agnus.* Phaed. 1, 1, 2; vel *supra longeque inferius*, en la parte de arriba, arriba, y mucho más abajo. *Medius consedit.* Ov. *Fast.* 3, 359; vel *in medio. Medius ibam.*]

395 Nominibus propriis ea tantum adjungi solent in soluta oratione adjectiva quae alium ab alio distinguunt, ut *Cato major, Africanus minor, magnus Alexander, Miltiades Atheniensis.* Cetera adjectiva cohaerent fere cum appellativo quod proprio additur, vel cum pronomine *ille*, ut *Plato*, HOMO SAPIENTISSIMUS, el sapientísimo Pl.; *Capua*, URBS OPULENTA, la opulenta C. ILLA SEVERA *Lacedaemon.* Cic. *Leg.* 2, 15, 39. [Raro dicitur v. c. *doctus Hesiodus*, nisi a poëtis.— Cum adjectivum totam aliquam speciem complectitur addi solet nomen generis, quocum cohaeret, v. g. la tímida paloma (=las tímidas palomas) dicitur *columba, animal timidissimum.* — Si adjectivo *multus* additur adjectivum aliud positivum, dicitur v. g. *multae et graves causae*, non *multae graves causae.*]

396 Sunt poëtarum adjectiva in **um** in accusativo tam singulari quam plurali pro adverbiis posita, et saepe cum verbis neutris copulata. HORRENDUM *stridens adducta sagitta.* Verg. *Aen.* 9, 632. [MUTATI TRANSVERSA *fremunt venti. Ib.* 5, 19; i. e. *mutati in transversam seu contrariam partem.*[1] TORVA *tuentem. Ib.* 6, 467; =*oculis torvis*, Ov. *M.* 5, 92.]

397 I. Comparativum absolute positum sine altero termino valet «algún tanto, bastante, demasiado». *Senectus est naturā* LOQUACIOR. Cic. *C. M.* 16, 55; los viejos son de suyo un tanto habladores. [*Themistocles* MINUS *erat probatus parentibus, quod* LIBERIUS *vivebat.* Nep. *Them.* 1, 2; era algún tanto malquisto de sus p., porque vivía con demasiada libertad. Cf. **88**, *NB.*]

II. Si adjectivum cum adjectivo, adverbium cum adverbio com-

1 Cf. Benoist ad h. l.

paratur, utrumque adjectivum et utrumque adverbium in comparativo ponitur, vel, addito priori **magis**, utrumque est positivum. *Pauli contio fuit* VERIOR *quam* GRATIOR *populo*. Liv. 22, 38, 8. *Celer tuus* DISERTUS MAGIS *est quam* SAPIENS. Cic. *Att.* 10, 1, 4. [*Magis honeste quam vere*. Cic. *Planc.* 15, 37; vel *honestius quam verius*. *Quam* conjungit etiam verbum cum priore termino. *Minus dixi quam volui*. Plaut. *Capt.* 2, 3, 70 [430].[1]]

III. Pro superlativo adhibent Latini comparativum, cum est sermo de duobus. *O* MAJOR *juvenum*. Hor. *Pis.* 366; oh tú el mayor de los (dos) j. [*Hispania citerior, Gallia ulterior, Asia minor*.]

398 I. **Quam pro** cum ablativo, **quam ut** vel **quam qui** cum subjunctivo post comparativum significant [deesse proportionem inter ea quae comparantur:] «muy (demasiado) v. g. grande, para».

Proelium atrocius QUAM PRO NUMERO *pugnantium editur*. Liv. 21, 29, 2; trábase una pelea muy porfiada (demasiado violenta) para el número de combatientes, atento el n. de c., en proporción del n. *Major sum et ad majora genitus* QUAM UT *mancipium* SIM *mei corporis*. Sen. *Ep.* 65, 21; «mayor soy y para mayores cosas nací, que para ser esclavo de mi cuerpo». P. Rodríguez, *Ejerc.* 2, 1, 9. *Major sum* QUAM CUI POSSIT *fortuna nocere*. Ov. *M.* 6, 195; h. e. *quam ut mihi possit*.[2]

II. Post comparativa **plus, amplius, minus, longius** conjuncta cum numero aut mensura spatii et temporis, vel exprimitur conjunctio **quam**, vel, casu manente, tacetur.

(Zeuxis et Polygnōtus) non sunt usi PLUS QUAM QUATTUOR COLORIBUS. Cic. *Brut.* 18, 70; vel *plus quattuor coloribus*. PLUS SEPTINGENTI *capti sunt*. Liv. 41, 42; vel *plus quam septingenti*. [*Spatium quod est non* AMPLIUS PEDUM *mille sexcentorum*. Caes. *G.* 1, 38, 5. *Nix* MINUS QUATTUOR PEDES *alta jacuit*. Liv. 21, 61, 10; cf. n. **229**. *Non* LONGIUS MILIA *passuum octo ab hibernis suis afuerunt:* cf. Caes. *G.* 5, 53, 7.

1 Inveniuntur nonnulla extra regulam in comparatione, praesertim apud historicos et in sermone familiari, v. g. omissio particulae **magis** aut **potius** ante *quam*, et contra ejus adjunctio ante comparativum. *In pace beneficiis quam metu imperium agitabant*. Sall. *C.* 9, 5; en la paz ejercian el mando más con. — *Magis cautius*. Ter. *Hec.* 738.

2 V. MIR, *Prontuar.*, demasiado. — Similiter: *Multiplex* QUAM PRO NUMERO *damnum est*. Liv. 7, 8, 1.

Caesar legem tulit ne praetoriae provinciae plus quam annum obtinerentur: cf. Cic. *Phil.* 1, 8, 19. *Tecum plus annum vixit.* Id. *Quinct.* 12, 41.]

NB. **Plus, amplius, minus, longius** si vices gerunt nominativi vel accusativi, cum ablativo construi possunt: cf. n. **294**, I. Sic pro: *intersunt plus quam sex milia* aut *intersunt plus sex milia* dicitur etiam: *interest plus sex milibus;* hay más de seis millas de distancia. *Non* AMPLIUS SENIS MILIBUS *passuum intererat:* cf. Caes. *G.* 1, 15, 5. [*Cum initio non* AMPLIUS DUOBUS MILIBUS (*hominum*) *habuisset.* Sall. *C.* 56, 2; vel *(quam) duo milia.* MILIBUS AMPLIUS QUINGENTIS *in longitudinem patet.* Caes. *G.* 6, 29, 4; = *milia amplius (quam) quingenta;* n. **229**. *(Roscius) Romam multis annis non venit, neque unquam* PLUS TRIDUO *fuit.* Cic. *S. Rosc.* 27, 74; = *plus triduum* = *plus quam triduum.*]

Adn. «De los Etruscos murió uno más que de los Romanos» dicitur: UNO PLUS ETRUSCORUM *cecidit quam Romanorum:* cf. Liv. 2, 7, 2; vel: UNO PLURES ETRUSCI *ceciderunt quam Romani:* «dos más» *duobus plus, d. plures,* cet. [*Legem* UNĀ PLURES TRIBŪS *antiquarunt quam jusserunt.* Liv. 5, 30, 7; las tribus que derogaron la ley fueron una más que las que la promulgaron, hubo para rechazar la ley una tribu más que para admitirla. — Adverbia excessus et mensurae cum comparativis, n. **281**, II.]

399 I. Superlativo exclusivo additur emphasis gratia **unus** et **unus omnium;** exclusivo, seu relativo, et absoluto **longe, multo, etiam, facile, vel,** n. **377**, II. *Virum* UNUM TOTIUS GRAECIAE FACILE DOCTISSIMUM *Platonem in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus.* Cic. *Rab. P.* 9, 23. *Cum* UNUS OMNIUM *maxime floreret.* Nep. *Milt.* 1, 1. [LONGE *autem post natos homines* IMPROBISSIMUS. Cic. *Brut.* 62, 224. — MULTO JUCUNDISSIMUS. Cic. *Man.* 1, 1. «Por poco que» (lo pienses, reflexiones) dicitur: *si vel minimum (cogites).*

NB. 1. **Unus** etiam verbis additur in quibus notio inest superlativa, ut *antecedo, antecello, emineo, excello, praesto;* v. g. *(Demosthenes)* UNUS EMINET *inter omnes in omni genere dicendi.* Cic. *Or.* 29, 104; es el único que sobresale: **400**, II.

NB. 2. Verba et adverbia quae notionem continent comparativam sibi assumunt adverbia ablativi; sed verba excellentiae raro habent adverbia accusativi, v. g. *multo malle, antecedere, praecedere,*

anteponere, praestare; multo ante, post, supra, infra. — *Multum excellere, praestare, antecedere*: cf. n. **281**, II.

II. Superlativa in singulari et in neutro plurali pronomen **quisque** saepe praecedunt. *Ex ceteris philosophis nonne* OPTIMUS ET GRAVISSIMUS QUISQUE *confitetur multa se ignorare?* Cic. *Tusc.* 3, 28, 69; todos los mejores y los más graves. *Maximae cuique fortunae minime credendum est.* Liv. 30, 30, 18; en la mayor (máxima) ventura debe tenerse la menor (mínima) confianza. *Optimum quidque rarissimum est.* Cic. *Fin.* 2, 25, 81; vel: *Optima quaeque rarissima sunt.*]

400 I. Ad significandum gradum omnium altissimum superlativis jungitur **quam** vel solum vel sequente verbo **possum**, et sequente **possum** etiam **quantus**.

Peto a te ut QUAM CELERRIME *mihi librarius mittatur.* Cic. *Fam.* 16, 21, 8; lo más presto posible, a todo correr, a más correr. *(Aves) nidos construunt, eosque* QUAM POSSUNT MOLLISSIME *substernunt.* Id. *N. D.* 2, 52, 129. *Tanta est inter eos* QUANTA MAXIMA POTEST *esse morum studiorumque distantia.* Id. *Lael.* 20, 74. [—Cum adverbiis praeter *quam* et *quantum* adhibetur etiam *ut. (Caesari) te commendavi,* UT GRAVISSIME DILIGENTISSIMEQUE *potui.* Id. *Fam.* 7, 17, 2.

Nota praeterea locutionem cum relativo: *Tam (sum) mitis* QUAM QUI LENISSIMUS. Cic. *Sull.* 31, 87. *Tam enim sum amicus reipublicae* QUAM QUI MAXIME. Id. *Fam.* 5, 2, 6; «porque soy tan aficionado a la r., como el que más lo es». Abril. *Te enim semper sic colam et tuebor, ut quem diligentissime. Ib.* 13, 62.]

II. Vernacula locutio: «Es el primero (el segundo, el más fuerte) que...» Latine dicitur simpliciter *primus* (*secundus, fortissimus*, cum solo numerali aut superlativo); v. g. PRIMUM SEJUM *vidimus;* S. fué el primero que vimos, non vero: *Sejus primus fuit quem v.* HOC FIRMISSIMO *utimur argumento;* este es el arg. más fuerte de que echamos mano. At in interrogatione: *Quis* FUIT *horrendos* PRIMUS QUI *protulit enses?* Tib. 1, 10, 1.

[III. Superlativum absolutum sive gradus rei admodum altus significatur etiam adjunctione praefixorum *per* et *prae*, ut *perjucundus, praeclarus*, et adverbiorum *admodum, apprime, cumprimis, in primis (imprimis), oppido, perquam, sane, valde, vehementer*, ut *gratus admodum*, cet. Cf. n. **90**.]

III. Distributiva

401 **Distributivis** utimur:

1.m Cum idem numerus pluribus tribuitur, sive saepius repetitur. *Cum in Sicilia* SESTERTIIS BINIS *tritici* MODIUS *esset.* Cic. *Verr.* 3, 81, 189; i. e. *cum quilibet modius valeret aut veniret sestertiis duobus*, costando cada modio dos s. *Iste pro tritici* MODIIS SINGULIS TERNOS *ab aratoribus* DENARIOS *exegit. Ib.* 3, 81, 189.

[Sic: *Pueri, redite domum bini aut terni, summum quaterni; cavete ne singuli eatis. Heus tu dato victoribus quaterna mala, victis singula, ne animis cadant. Caesar et Ariovistus denos comites ad colloquium adduxerunt*, cada uno diez personas de comitiva; *ambulare bina milia passuum*, dar un paseo de dos mil pasos (cada día, cada semana... cada vez); qui modus loquendi frequens est apud Latinos.]

NB. Expresso distributivo **singuli**, aut alia voce paris significationis,[1] alter numerus potest esse cardinalis. *Jamque ad denarios* QUINQUAGINTA IN SINGULOS *modios annona pervenerat.* Caes. *C.* 1, 52, 2.

2.° In multiplicatione, seu, quod idem est, cum adverbiis numeralibus. *Decrevere item pontifices ut virgines* TER NOVENAE *per urbem euntes carmen canerent.* Liv. 27, 37. 7. [*Cum aetas tua* SEPTENOS OCTIES *solis anfractus reditusque converterit.* Cic. *Rep.* 6, 12 [*Somn. Sc.* 2]; i. e. *cum sex et quinquaginta annos expleveris.*]

3.° Cum nominibus quae in plurali non pluraliter, sed singulariter significant, v. g. BINAE LITTERAE, QUINA CASTRA; at *duae epistulae, quinque liberi*, cinco hijos. [*Inter* BINA CASTRA *collocutus est.* Cic. *Phil.* 12, 11, 27. — Hic pro *singuli* usurpatur **uni**, pro *terni* fere **trini**: *unae litterae, trina (terna) castra.*

NB. 1. Quandoque adhibetur **bini** pro *duo* cum res per paria numerantur. BINOS (SCYPHOS) *habebam.* Cic. *Verr.* 4, 14, 32; un par de tazas.]

NB. 2. Nonnunquam locus est cardinalibus pro distributivis, v. g. *decies* CENTUM MILIA pro *decies centena milia*; praesertim a poëtis in multiplicatione. BIS QUINQUE *viri.* Hor. *Ep.* 2, 1, 24. Et con-

1 V. g. **quotannis**, Nep. *Them.* 10, 3, **unusquisque**, id. *Lys.* 1, 5; nam locutio perspicua omnino manet.

tra distributivis pro cardinalibus; etiam in singulari, maxime in poësi. BINIS COHORTIBUS *relictis*. Caes. *G.* 8, 2, 2. TERNO *consurgunt* ORDINE *remi*. Verg. *Aen.* 5, 120; en tres hileras, en tres órdenes.

402 Enumeratio quae ad substantivum referatur fieri solet per **unus, alter, tertius, quartus,** cet. *Quattuor reperio causas cur senectus misera videatur:* UNAM, *quod avocet a rebus gerendis;* ALTERAM, *quod corpus faciat infirmius;* TERTIAM, *quod privet voluptatibus;* QUARTAM, *quod haud procul absit a morte.* Cic. *C. M.* 5, 15. [*Quis ignorat quin tria Graecorum genera sint vere? quorum* UNI *sunt Athenienses, Aeoles* ALTERI, *Dores* TERTII *nominabantur.* Cic. *Flacc.* 27, 64.

NB. Pro *alter* potest **alius** in enumeratione adhiberi; cum autem sermo est de duobus, dicitur etiam **alter — alter, prior — posterior,** cet. *Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae,* ALIAM *Aquitani, tertiam Galli.* Caes. *G.* 1, 1, 1.]

CAPUT XIV. DE PRONOMINIBUS

I. PRONOMEN PERSONALE ET POSSESSIVUM

403 I. Nominativus primae et secundae personae fere non explicatur, nisi cum altera alteri quodammodo opponitur, et cum vim orationi seu emphasim addere volumus. EGO *capitis mei periculo patriam* LIBERAVI; VOS *liberi sine periculo esse non* CURATIS? *Ad Herenn.* 4, 53, 66. TU *innocentior quam Metellus?* Cic. *Verr.* 3, 16, 43; ¿tú (siendo tan malvado)? [*De te tu videris; ego de me ipse profitebor.* Id. *Phil.* 2, 46, 118; tú verás (habrás visto ya) lo que te conviene; de mí hablaré yo sin rebozo. *An ego non provideam meis civibus?* Id. *Phil.* 6, 6, 17.

II. Accusativus pronominis personalis ante verbum infinitum in poësi frequenter subauditur. *Meus ille caper fuit, sed reddere* POSSE NEGABAT. Verg. *B.* 3, 23; pro *se posse.* Cf. n. **344**, *NB.* 1.

III. Pronomini personali et demonstrativo additur **quidem** in primo membro, praesertim cum opponitur **sed** in altero. At pro *ego quidem* dicitur fere *equidem. Oratorias exercitationes non* TU QUIDEM *reliquisti,* SED *certe philosophiam illis anteposuisti.* Cic. *Fat.* 2, 3.

Dixi EQUIDEM; SED *si parum intellexti, dicam denuo.* Plaut. *Rud.* 4, 4, 59 [1103]. *Sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen,* cet. Cic. *Tusc.* 4, 3, 5. **Quidem — sed** sine pronomine rarum est: *Proposuit* QUIDEM *legem,* SED *minutissimis litteris.* Suet. *Cal.* 41.]

404 Pro prima persona singulari usurpant aliquando Latini primam pluralem, item **noster** pro *meus,* [maxime cum de se ipsis tanquam scriptoribus loquuntur.] *Hunc librum ad te de senectute* MISIMUS. Cic. *C. M.* 1, 3. *Pater* NOBIS *decessit.* Id. *Att.* 1, 6, 2. NOSTRA *lectitas.* Id. *Or.* 30, 105. [Ubi saepe singulare cum plurali conjungitur: *Ad* NOSTRA ME *studia referam litterarum.* Cic. *Fam.* 1, 8, 3. Cf. id. *Div.* 2, 1.]

405 I. Possessiva pronomina *meus, tuus* vix exprimuntur, nisi postulante vi orationis aut perspicuitate. *Mihi ante oculos dies noctesque versaris.* Cic. *Fam.* 14, 2, 3. — *Dionysius, servus* MEUS, *aufugit; is est in provincia* TUA. *Ib.* 13, 77, 3. [Sic: *In eo studio aetatem consumpsi.* Cic. *Off.* 1, 1, 2 (*meam*). *Manus lava (tuas).* Id. de *Or.* 2, 60, 246. *Attice,* oh A., *mi Attice,* (mi) querido Ático.]

II. Substantiva quae active sumi passiveque possunt, si possessionem actionemque significant, possessivis adhaerescunt, ut *amor meus, desiderium meum,* quo *amo* ac *desidero;* sin passionem significant, genitivos **mei, tui, sui, nostri, vestri** flagitant, ut *amor* MEI, *desiderium* MEI, quo *amor* ac *desideror.*

Grata mihi vehementer est MEMORIA NOSTRI TUA. Cic. *Fam.* 12, 17, 1; «la memoria que de mí tienes». Abril. [*Nicias* TUA SUI MEMORIA *delectatur.* Id. *Att.* 13, 1, 3; con el recuerdo tuyo de él, que tú tienes de él. *Aviam tuam scito* DESIDERIO TUI *mortuam esse.* Id. *Att.* 1, 3, 1; por la soledad que sentía de ti.]

NB. 1. At possessiva interdum loco personalium ponuntur et contra. *Neque* ODIO *id fecit* TUO. Ter. *Phorm.* 1016 [5, 9, 27]. *Splendor* VESTRUM. Cic. *Att* 7, 13, 3; pro *vester.* [*(Tellus) pressa est* GRAVITATE SUI. Ov. *M.* 1, 30; quedó oprimida, abatida, por su propio peso: cf. id. *Fast.* 5, 13: PONDERE *terra* SUO *subsedit.*

Sic: *vulnus meum, injuria mea* dicitur etiam mihi illata. Item *imago mea, tua, sua, nostra, vestra* non solum quae possidetur, sed etiam quae refert et repraesentat. Praeterea *causa mea, tua, sua, nostra, vestra* apud Ciceronem frequenter: *Te abesse* MEA CAUSA *moleste fero,* TUA *gaudeo.* Cic. *Fam.* 15, 18. *Nosti Calvum, illum laudato-*

rem meum. Id. *Att.* 1, 16, 5; cf. *ib.* 11, 8, 2: *Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei;* no sólo para pedir por sí, sino para acusarme a mí.]

NB. 2. Cum genitivo **omnium** frequenter inveniuntur genitivi **nostrum, vestrum** pro *noster vester;* semper autem, cum **omnium** praecedit. *Voluntati* VESTRUM OMNIUM *parui.* Cic. *de Or.* 3, 55, 208; vel *vestrae omnium. Est patria parens* OMNIUM NOSTRUM. *Ib.* 1, 44, 196; non *omnium nostra.* [*Si in* NOSTRO OMNIUM *fletu nullam lacrimam aspexistis Milonis.* Id. *Mil.* 34, 92. Cf. n. **253**.]

II. RECIPROCUM ET REFLEXUM **sui** ET **suus**

(Cf. QUINTIL. 7, 9, 12)

406 I. In simplici oratione **se** et **suus** ad subjectum tertiae personae referuntur, eodem modo quo nostrum «se, su». *Ipse enim* SE QUISQUE *diligit.* Cic. *Lael.* 21, 80. FERAE *partus* SUOS *diligunt.* Id. *de Or.* 2, 40, 168. [*Bestiis* HOMINES *utuntur ad* SUAM *utilitatem:* cf. id. *Fin.* 2, 20, 67.

Dices ergo: *Afranii etiam* FILIUS *adulescens de* SUA *ac parentis* SUI *salute cum Caesare per Sulpicium legatum agebat.* Caes. *C.* 1, 74, 6. At: DEUM *agnoscis ex operibus* EJUS. Cic. *Tusc.* 1, 28, 70. DEUS *tuetur hominem propter clementiam* SUAM; sed *Deus* HOMINEM *tuetur propter miseriam* EJUS.]

II. **Se** et **suus** adhibentur, etiam cum referuntur ad substantivum extra nominativum:

1.m intercedente substantivo verbali. *De D. Bruti adventu ad* SUAS *legiones.* Cic. *Att.* 14, 13, 2: cf. *Brutus advenit ad suas legiones.*

2.° intercedente verbo impersonali. *Neque eam (eos) unquam* SUI *(peccati* SUI*) paenitet.* Cic. *Tusc.* 5, 18, 54: *eam* est subject. logicum.

3.° intercedente praepositione **cum**. *Quadriremem* CUM *remigibus* SUIS *ceperunt.* Caes. *B. C.* 3, 24, 3. [*Caesar Fabium* CUM *legione* SUA (h. e. *Fabii) mittit in hiberna;* vel *Fabium et legionem ejus.*[1]]

407 Referuntur etiam ad alium casum, plerumque ad accusativum et dativum:

1.m **inter se** «entre sí, mutuamente, unos a otros». *Multa enim sunt* CIVIBUS INTER SE *communia.* Cic. *Off.* 1, 17, 53.

1 «Cepi columbam *cum* pullis *suis*, in nido *suo*. Cepi lupam *et* catulos *ejus*, non *suos*, quia intercedit conjunctio... Si tamen oratio fuerit ambigua, utemur genitivis *ejus, illius, ipsius*, ut: Vulpes cepit *gallinam* cum pullis *ejus*.» ALVAR. 383.

2.° **suus** praesertim cum possessionem clarius exprimit et valet «su propio», item conjunctum cum *quisque*. (HANNIBALEM) SUI *cives e civitate ejecerunt*. Cic. *Sest.* 68, 142; sus propios conciudadanos. SUA CUJUSQUE *animantis natura est*. Id. Fin. 5, 9, 25; tiene su propia naturaleza. [*Desinant insidiari domi* SUAE CONSULI. Id *Cat.* 1, 13, 32. DEORUM *simulacra ex* SUIS *fanis sublata in foro venerabantur*. Id. *Verr.* 1, 22, 59. *Ego* ILLUM *de* SUO *regno, ille me de nostra republica percontatus est*. Id. *Leg.* 6, 9. [*Somn. Sc.* 1].—*Quamque sancta sit societas* CIVIUM INTER IPSOS. Id. *Leg.* 2, 7, 16.]

408 **Sui** et **suus** inveniuntur etiam ad designandan personam indefinitam. *Habenda ratio non* SUA *solum, sed etiam aliorum*. Cic. *Off.* 1, 39, 139. *Deforme etiam est de* SE *ipsum praedicare falsa praesertim*. *Ib.* 1, 38, 137.

409 I. **Se** et **suus** orationis secundariae ad subjectum ejusdem referuntur. *Eorum haec est querela,* QUI SIBI *cari sunt,* SESE*que diligunt*. Cic. *Fin.* 5, 10, 29. [*Quam bellum erat* IPSUM SIBI *displicere!* Id. *N. D.* 1, 30, 84. *Ariovistus respondit* POPULUM ROMANUM *victis ad* SUUM *arbitrium imperare consuesse*. Caes. *G.* 1, 36, 1.]

II. In oratione secundaria **se** et **suus** referuntur ad subjectum sententiae primariae, cum secundaria mentem declarat subjecti primariae, sive cum habenda est tanquan cogitatio ejusdem subjecti.

Sentit (ANIMUS) SE *vi* SUA *moveri*. Cic. *Tusc.* 1, 23, 55. *Ab his petivit* (PYTHIUS) *ut ante* SUOS *hortulos postridie piscarentur*. Id. *Off.* 3, 14, 58.[1]

1 Quare *se* et *suus* usurpantur 1.m in oratione infinita. *Homerum* COLOPHONII *civem esse dicunt* SUUM. Cic. *Arch.* 8, 19. ARIOVISTUS *respondit neminem* SECUM *sine sua pernicie contendisse*. Caes. *G.* 1, 36, 6; (*sua* respicit *neminem:* **hic**, I.

2.° in oratione finali. CUNCTI *ad me publice saepe venerunt, ut* SUARUM *fortunarum omnium causam defensionemque susciperem*. Cic. *Div. Caec.* 1, 2.

3.° in obliqua interrogatione. (ACUTUS HOMO) *sagaciter pervestigat quid* SUI *cives cogitent:* cf. Cic. *de Or.* 1, 51, 223.

4.° in oratione subjunctivi objectivi, n. 332-336. *Petit* (CAESAR) *ab his omnibus ut* SE *frumento juvent*. Caes. *C.* 1, 60, 3. *Tum ei dormienti* IDEM ILLE *visus est rogare ut mortem* SUAM *ne inultam esse pateretur*. Cic. *Div.* 1, 27, 57. *(Rogavit) Maximum* SALINATOR *ut meminisset opera* SUA *se Tarentum recepisse*. Cic. *de Or.* 2, 67, 273; *sua* refertur ad subjectum orationis primariae, *se* ad subjectum verbi *meminisset (Maximus):* cf. **hic** 1.m — At: *Ita se gessit* (LIGARIUS), *ut* EI *pacem esse expediret*. Cic. *Lig.* 2, 4; quia oratio est consecutiva, non objectiva.

5.° in ea sive relativa sive conjunctionali quae alienam cogitationem exprimit et in omni obliqua. *Domino navis quis sit aperit, multa pollicens, si* SE *conservasset*. Nep.

NB. 1. Nonnunquam **se** et **suus** referuntur ad tertiam personam orationis praecipuae in obliquo positam. ANNALI *litterae tuae pergratae fuerunt, quod curares de* SE *diligenter*. Cic. *Q. fr.* 3, 1, 20. [*A* CAESARE *valde liberaliter invitor* SIBI *ut sim legatus*. Id. *Att.* 2, 18, 3.[1]]

NB. 2. In oratione secundaria intime cum primaria conjuncta, maxime in relativa, utuntur aliquando scriptores demonstrativo **is** pro reciproco *se*, et **ejus** pro *suus*. *Milesios navem poposcit (Verres), quae* EUM *praesidii causa Myndum prosequeretur*. Cic. *Verr.* 2, 1, 34. [*(Solon) quo tutior vita* EJUS *esset, furere se simulavit*. Id. *Off.* 1, 30, 108.[2]]

Contra reperiuntur aliquando **se** et **suus** posita pro demonstrativo. *(Chrysogonus) hunc sibi ex animo scrupulum, qui* SE *dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis postulat*. Cic. *S. Rosc.* 2, 6.

[Dicitur etiam: *Quantum in se est (erat)*, et rectius: *quantum in ipso est (fuit)*.

NB. 3. Non raro adhibetur **ipse** pro reciproco, quo clarius exprimatur pronomen sententiae secundariae ad subjectum primariae (aut complementum) referri. (JUGURTHA) *legatos ad consulem mittit, qui tantummodo* IPSI *liberisque vitam peterent*. Sall. *J.* 46, 2.]

410 Actio reciproca effertur:
1.m per **inter se, inter nos, inter vos,** omisso complemento directo *se, nos, vos*, et per **se mutuo**, aut simpliciter *mutuo*. *(Pueri) et nos et* INTER SE *amant*. Cic. *Q. fr.* 3, 3, 1. *Hi de potentatu* INTER SE *multos annos contenderunt*. Caes. *G.* 1, 31, 4.[3]

Them 8, 5. *Tum ei dormienti* IDEM ILLE *visus est rogare ut, quoniam* SIBI *vivo non subvenisset*, cet. Cic. *Div.* 1, 27, 57. DIOGENES *contemnebat divitias quae* SE *felicem reddere non* POSSENT; et *quae* EUM *felicem reddere non* POTERANT.

6.° in ablativo absoluto qui primariae orationi interjicitur. *Num* CLODIA, *Bruto filio* SUO *mortuo, vixit?* cf. Cic. *Att.* 12, 22, 2.

7.° in oratione participiali aut altera quae dependenti respondeat. *Cum aliis* COACTIS *luere peccata* SUA. Liv. 38, 48; i. e. *qui coacti sunt luere p. sua. O Academiam volaticam et* SUI SIMILEM! Cic. *Att.* 13, 25, 3: cf. *quae est sui similis. Neque* SUI *colligendi* HOSTIBUS *facultatem relinquunt*. Caes. *G.* 3, 6, 1;=*Neque ut* SE *colligant* HOSTIBUS *f. r.* DEO *nihil minus gratum futurum est quam non omnibus patere ad* SE *placandum et colendum viam:* cf. Cic. *Leg.* 2, 10, 25; i. e. *ut* SE *placent et colant*.

1 In pluribus hujus praecepti locis casus obliquus subjectum est logicum: *A Caesare invitor* cet.=*Me* CAESAR *invitat* SIBI *ut sim legatus*.

2 In his et similibus scriptor potius cogitationem propriam quam alienam exprimere videtur.

3 *De potentatu=de principatu (totius Galliae)*, la primacía. *Potentatus* vox est semel a Caes. usurpata.—Pro *inter se* est etiam **(se) invicem** sive **in vicem** apud Phaed. et sequentes.

2.° Per **alter — alter, alius — alius**, cet., n. **202.** ALII ALIOS *intueri.* Liv. 9, 5, 8; los unos a los otros. (*Alter — alter, uterque — alter, neuter — alter*, si de duobus sermo est.)

3.° Per repetitionem ejusdem substantivi. CIVES *enim* CIVIBUS *parcere aequum censebat.* Nep. *Thras.* 2, 4; que los c. se perdonasen los unos a los otros.

III. DEMONSTRATIVA

411 **Hic** ea designat quae loquenti proxima sunt loco, tempore, cogitatione; **iste** ea quae audienti; **ille** ea quae ab utroque remota. *Iisdem enim* HIC *sapiens de quo loquor oculis, quibus* ISTE *vester, caelum, terram, mare intuebitur.* Cic. *Ac.* 2, 33, 105. *Ubi (sunt) equites Romani* ILLI, ILLI, *inquit tui?* Id. *Mil.* 34, 94.

[**Sic:** *Capitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus vel in* HAC *magnificentia urbis conspiciendum.* Liv. 6, 4; en medio de la actual magnificencia. *Quaevis causa mallem fuisset quam* ISTA *quam dicis.* Cic. *de Or.* 2, 4, 15. *De* ISTIS *rebus exspecto tuas litteras.* Id. *Att.* 2, 5, 2; acerca de los acontecimientos de ahí.]

Quare **hic** referri solet ad rem quae posteriore loco nominata est, **ille** ad eam quae priore. *Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate vitae Cato.* ILLE *mansuetudine et misericordia clarus factus,* HUIC *severitas dignitatem addiderat.* Sall. *C.* 54, 2. [— Raro tamen contrarium fit; cum sc. quod prius dicitur re aut cogitatione propius est. *Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria;* HAEC *(pax) in tua,* ILLA *(victoria) in deorum manu est.* Liv. 30, 30, 19.

NB. 1. **Ille** saepe adhibetur ad designandam personam aut rem notam «aquel gran, aquel célebre, conocido», **iste** ironiam saepe contemptumve significat. *Quem enim nostrum* ILLE *moriens apud Mantineam* EPAMINONDAS *non cum quadam miseratione delectat?* Cic. *Fam.* 5, 12, 5. *Ubi sunt ergo* ISTI *qui iracundiam utilem dicunt?* Id. *Tusc.* 4, 37, 79; esos que-? Sic *iste* frequenter de reo dicitur, v. g. apud Cic. *Verr.* 4, 1, 1-2.

NB. 2. **Hic** in primisque **ille** usurpantur etiam ad indicanda ea quae proxime sequuntur. *Sed haec vetera:* ILLUD *vero recens, Caesarem meo consilio interfectum.* Cic. *Phil.* 2, 11, 25.

NB. 3. Apud poëtas in altera orationis parte invenitur **ille** expletive sumptum et ad subjectum relatum. Eodem pacto pronomen

personale. *At pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit, non* ILLE *faces.* Verg. *Aen.* 6, 592. *Eripe me his, invicte, malis, aut* TU *mihi terram Injice.* Ib. 365. — Et saepe **ille** pro *is* usurpant: *Saxa Ponere duritiem coepere suumque rigorem. Mox ubi creverunt, naturaque mitior* ILLIS *Contigit,* cet. Ov. *M.* 1, 403.

Adn. Discrimen quod intercedit inter demonstrativa pronomina servant etiam adverbia: *hic, istic, illic; hinc, istinc, illinc; huc, istuc, illuc;* cet.]

412 I. Pronomen **is** frequenter desideratur; quod tamen initio orationis exprimitur post aliquam notitiam rei aut personae. *P. Annius Asellus mortuus est C. Sacerdote praetore. Is filiam bonis suis heredem instituit.* Cic. *Verr.* 1, 41, 104.[1]

[II. Dicitur cum emphasi, adjectivo sequente: **et** *(atque)* **is, et is quidem, neque is,** «y no, y éste no», **sed is.** *Quod multi* ET II DOCTI *saepe fecerunt.* Cic. *C. M.* 23, 84. *Epicurus una in domo,* ET EA QUIDEM *angusta, quam magnos tenuit amicorum greges!* Id. *Fin.* 1, 20, 65 *Erant in Romana juventute adulescentes aliquot,* NEC II *tenui loco* ORTI. Liv. 2, 3, 2. *Severitatem in senectute probo,* SED EAM MODICAM. Cic. *C. M.* 18, 65.]

III. **Idem** est «el mismo», de quo jam dictum est. *(Gyges) cum palam ejus anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat;* IDEM *rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat.* Cic. *Off.* 3, 9, 38.

[IV. **Idem, et idem** similes notiones conjungunt «igualmente, también, al mismo tiempo»; et oppositas «pero, y con todo». *Nihil honestum, quod non* IDEM *utile sit, saepe testatur.* Cic. *Off.* 3, 7, 34. *Inventi autem multi sunt, qui non modo pecuniam sed etiam vitam profundere pro patria parati essent,* IIDEM *gloriae jacturam ne minimam quidem facere vellent. Ib.* 1, 24, 84. [*Quidam nimis magnum studium in res obscuras conferunt,* EASDEMQUE *non necessarias.* Id. *Off.* 1, 6, 19; y por otra parte no necesarias.]

413 I. **Ipse** sonat *non alius:* «él, él mismo». *Parvi de eo quod* IPSIS *superat gratificari aliis volunt.* Cic. *Fin.* 5, 15, 42; de lo que les sobra a ellos. [—Passim nominibus emphasim

1 *Non obsistam fratris tui voluntati; favere non potero* (sc. *ei*). *Libri de quibus scribis mei non sunt; sumpsi a fratre meo (eos).* Cf. MADVIG, n. 484.

addit: *A multis virtus* IPSA *contemnitur*. Cic. *Lael.* 23, 86; la virtud misma, hasta la v. *Quid sit* IPSE *risus,... viderit Democritus*. Id. *de Or.* 2, 58, 235; en sí misma.]

NB. 1. **Ipse** numero et tempori additum significat «exactamente, justamente». *Cum ibi* DECEM IPSOS *fuissem dies*. Cic. *Att.* 5, 11, 4. *Sub* IPSA PROFECTIONE. Caes. *C.* 1, 27, 3; en el momento mismo de.

[*NB.* 2. Nota **et ipse** pro *etiam* «él también, él igualmente, a su vez», cum de uno dicitur quod de altero dictum est. *Deinde... tres* ET IPSE *excitavit recitatores*. Cic. *Cluent.* 51.

II. In orationibus reflexis [1] **ipse** cum subjecto aut cum pronomine personali consentit, prout vis huic vel illi tribuitur. *Non egeo medicina; me* IPSE *consolor*. Cic. *Lael.* 3, 10; yo mismo (sin necesidad de otro). *Fac ut diligentissime* TE IPSUM, *mi Dolabella, custodias*. Id. *Fam.* 9, 14, 8.

NB. Aliquando tamen nominativus ponitur, ubi casus pronominis personalis adhiberi posset. *Non ita abundo ingenio ut te consoler, cum* IPSE *me non possim*. Cic. *Fam.* 4, 8, 1; no pudiendo yo a mí mismo; «pues a mí mismo no puedo». Abril. Nota illud: VESTRA IPSORUM *virtute victoria parta est*, cf. n. **200**, II.

414 Pronomen **is** nonnunquam, raro **hic**, additur per emphasim et pleonasmum substantivo quod a suo verbo oratio interjecta dijungit. *Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat,* EAM *Milo tribus suis patrimoniis delinivit:* cf. Cic. *Mil.* 35, 95. *Haec ipsa quae nunc ad me delegare vis,* EA *semper in te eximia et praestantia fuerunt*. Id. *de Or.* 2, 29, 125.

Pari modo **hic** et **ille** in similitudinibus, et **is, is vero** cum subjecto a suo verbo non dijuncto. *Ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic* ILLI *in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius*. Cic. *Tusc.* 4, 14, 32. *Ista animi tranquillitas* EA *est ipsa beata vita*. Id. *Fin.* 5, 8, 23. *Sed urbana plebes* EA VERO *praeceps erat de multis causis*. Sall. *C.* 37, 4.[2]]

1 Iis quae actionem notant in ipso subjecto exercitam.

2 *Adn.* Demonstrativum «el de, la de» verti Latine potest:

1.m Per substantivi repetitionem *Nulla est celeritas, quae possit cum animi* CELERITATE *contendere*. Cic. *Tusc.* 1, 19, 43; que pueda competir con *la del* pensamiento.

2.º Substantivo tacito, quod fit potissimum a) cum substantivum in eoden casu esset adhibendum, et b) post praepositionem. a) *Animi lineamenta sunt pulchriora quam corporis:* cf. n. 294, II. b) *Conferre vitam Trebonii cum Dolabellae*. Cic. *Phil.* 2, 4, 9. *Videtisne, milites, captivorum orationem cum perfugis convenire?* Caes. *C.* 2, 39, 2;

IV. Relativa

415 I. Antecedens in orationem relativam migrare potest ea lege, ut in casu relativi ponatur, oratio vero relativa alteram antecedat. (Attractio.)

Ad Caesarem quam misi EPISTULAM, *ejus exemplum fugit me tum tibi mittere.* Cic. Att. 13, 51, 1; pro *fugit me tum tibi mittere exemplum ejus epistulae, quam ad C. misi.* [*Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus.* Id. *Att.* 12, 34, 2. *Quae* PRIMA *innocentis mihi* DEFENSIO *est oblata, suscepi.* Id. *Sull.* 33, 92; defendí la primera causa que. *Cecinere vates, cujus* CIVITATIS *(bovem) cives Dianae immolassent, ibi fore imperium.* Liv. 1, 45, 5; pro *in ea civitate, cujus cives;* nam ponitur *ibi* pro *in ea:* cf. n. **431**, II.[4]]

NB. 1. **Quisque** orationis antecedentis semper in relativam transit. *Quam* QUISQUE *norit artem, in hac se exerceat.* Ap. Cic. *Tusc.* 1, 18, 41; non autem: *quisque in hac arte se exerceat, quam norit.* [*Neque enim quod* QUISQUE *potest, id ei licet.* Id. *Phil.* 13, 6, 14; minive vero: *cuique licet id, quod potest.*

NB. 2. In attractione potest apud poëtas demonstrativum orationem relativam praecedere. ILLI, *scripta quibus comoedia prisca viris est, Hoc stabant.* Hor. *Sat.* 1, 10, 16; pro *illi viri, a quibus scr. com. pr. est;* a esto atendían, en e. se esmeraban.]

II. Substantiva continuata, superlativa et numeralia quae habentur a nobis ut antecedens relativi, in orationem casumque relativi migrant.

Sunt igitur (amici) firmi et stabiles et constantes eligendi, CUJUS GENERIS *est magna penuria.* Cic. *Lael.* 17, 62; pro *genus, cujus,* clase

pro *cum perfugarum (oratione);* «¡no veis, amigos, cómo la relación de los prisioneros concuerda con *la de los* desertores?» Goya. Cf. seq. 3.°

3.° Substantivo item tacito, genitivo autem ab eo pendenti in ipsius casum mutato. *Hominum nostrorum prudentiam* CETERIS OMNIBUS *antepono.* Cic. *de Or.* 1, 44, 197; i. e. *prudentiae ceterorum omnium.*

4.° Per pronomina demonstrativa **hic, iste, ille, ipse,** quae suum sensum servant. *Accedunt non Attici, sed salsiores quam* ILLI *Atticorum, Romani veteres et urbani sales.* Cic. *Fam.* 9, 15, 2; añádense tus donaires no áticos sino romanos antiguos y cortesanos, más sabrosos que aquellos (los) tan celebrados, de los A.

4 Extra regulam est illud Verg. *Aen.* 1, 573: *Urbem quam statuo, vestra est,* pro: *quam urbem st.* vel *urbs, quam.* Item illud Ter. *Eun.* 4, 3, 11, 653: *Eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit;* et Plauti, *Curc.* 3, 1, 49, [419], cet.

de que hay gran escasez, de cuya clase hay g. e. *Agamemnon cum devovisset Dianae,* QUOD *in suo regno* PULCHERRIMUM *natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam.* Id. *Off.* 3, 25, 95; la cosa más hermosa que. *Veniamus ad vivos,* QUI DUO *de consularium numero reliqui sunt.* Id. *Phil.* 2, 6, 13; a los dos vivos que. [*(Santŏnes) non longe a Tolosatium finibus absunt,* QUAE CIVITAS *est in provincia.* Caes. *G.* 1, 10, 1; pro *a Tolosae fin. civitatis, quae. Peregrinum frumentum,* QUAE SOLA ALIMENTA *ex insperato fortuna dederit, ab ore rapi.* Liv. 2, 35, 1; pro *sola alimenta quae.* — Appositio loco antecedentis rara est, exceptis fluminum nominibus. *Q. Servilius Priscus,* VIR CUJUS *providentiam ante experta civitas erat.* Liv. 4, 46, 10: pro *cujus viri. De Solis* URBE, QUAE *in Cilicia est, egerunt.* Id. 37, 56, 7.

III. Si antecedens est pronomen demonstrativum, relativum autem accusativus verbi quod ex primaria oratione subintelligatur, mutari accusativus potest in casum demonstrativi; v. g. *Cum aliquid agas eorum, quae consuesti* (sc. *agere),* poteris sic efferre cum Luccejo ap. Cic. *Fam.* 5, 14, 1: *Cum aliquid agas* EORUM, QUORUM *consuesti. Raptim,* QUIBUS *quisque poterat, elatis.* Liv. 1, 29, 4; pro *elatis iis, quae quisque poterat (efferre).* (Attractio [*directa*].)]

416 I. Frequenter omittitur antecedens *is, aliquis,* [etiam cum regitur praepositione utriusque orationis communi.]

Maximum ornamentum amicitiae tollit, QUI *ex ea tollit verecundiam* Cic. *Lael.* 22, 82; pro *is, qui.* QUEM *neque gloria neque pericula excitant, nequiquam hortere.* Sall. *C.* 58, 2. [*Piso parum erat,* A QUIBUS *debuerat, adjutus.* Cic. *Phil.* 1, 4, 10: pro *ab iis, a quibus.* — *Sunt enim,* QUI *discessum animi a corpore putent esse mortem.* Id. *Tusc.* 1, 9, 18; hay quienes, h. algunos que.]

II. Secundum relativum ejusdem antecedentis saepe demonstrativo sufficitur. Quod tamen non exprimitur, si in nominativo esse deberet.

Species pulchritudinis quam intuens in EAque *defixus.* Cic. *Or.* 2, 9; pro *et in qua d. Bocchus cum peditibus* QUOS *Volux adduxerat,* NEQUE *in priore pugna affuerant, postremam Romanorum aciem invadunt.* Sall. *J.* 101, 5; pro *neque ii = et qui in pr. pugna non aff.* [*Omnes tum fere,* QUI *nec extra urbem hanc vixerant, nec* EOS *aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur.* Cic. *Brut.* 74, 258.

417 Oratio relativa aut conjunctionalis et his subjecta oratio secundaria possunt in unam propositionem coalescere, relativo transeunte in hanc orationem secundariam et hujus constructione servata; v. g. *Is sum* QUI, CUM MIHI LICERET *ex otio fructus capere, noluerim* dici potest expeditius: *Is sum*, CUI CUM LICERET *ex otio fructus capere, noluerim:* cf. Cic. *Rep.* 1, 4, 7; yo soy aquel que no quise recoger los frutos del descanso, siéndome lícito.

Ea suasi Pompejo, QUIBUS *ille* SI PARUISSET, *hic tantas opes nunc non haberet:* cf. Cic. *Fam.* 6, 6, 5; i. e. *ut, iis ille si paruisset;* «yo le aconsejé (tales) cosas a P., que si él en ellas me creyera, no tuviera (César) tantas fuerzas». Abril. *Noli adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.* Nep. *Att.* 4, 2; i. e. *noli ducere me advers. eos quorum gratia Italiam reliqui, ne cum illis contra te a. f.;* «no quieras llevarme contra aquellos en cuyo favor no quise tomar las armas contra tí, dejando por este motivo a Italia». R. de Oviedo.[1]

418 I. Ad qualitatem significandam nota relativum orationi interjectum aut praepositum, tanquam subjectum verbi *sum*, vel tanquam genitivum aut ablativum qualitatis.

Quod si mihi permisisses, QUI MEUS AMOR *in te* EST, *confecissem cum coheredibus.* Cic. *Fam.* 7, 2, 1; «si lo remitieras a mi voluntad, *según es grande* el amor que te tengo». Abril; vel *según es* mi afición para contigo, *por* el amor que te profeso. QUA *enim* PRUDENTIA ES, *nihil te fugiet. Ib.* 11, 13, 1: «según es tu (mucha) prudencia». Abril; etiam: prudente como eres.

II. Idem significatur cum **pro** aut cum **quantus**. *Tu* PRO TUA PRUDENTIA *quid optimum factu sit, videbis.* Cic. *Fam.* 10, 27, 2; «tú conforme a tu pr.» Abril. *Illis* QUANTUM IMPORTUNITATIS *habent, parum est impune male fecisse.* Sall. *J.* 31, 22; «según es su insolencia». Inf. D. Gabriel.

419 Ad sententiam alteram cum altera conectendam Latini saepe in principio orationis relativo utuntur loco demonstrativi et particulae copulativae, adversativae aut illativae. *Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt;* QUOS *legite, quaeso, studiose.* Cic. *C. M.* 17, 59; i. e. *hos igitur legite. Nihil est optabilius animi*

1 *Noli velle* pleonasmus est pro *noli; cum quibus* (ita semper Nep.) pro *quibuscum.*

tranquillitate; QUA *qui caret (=nam qui ea caret) eum ne regales quidem opes quicquam juvant.*

NB. Ad eandem sententiarum conexionem praeponitur saepe particulis subordinantibus particula **quod**. *Coluntur (tyranni) simulatione dumtaxat ad tempus.* QUOD SI *forte, ut fit plerumque, ceciderunt, tum intellegitur quam fuerint inopes amicorum.* Cic. *Lael.* 15, 53; pero si caen.

420 I. Pronominibus adjectivis **talis, tantus, tot** et ceteris id genus respondent adjectiva relativa **qualis, quantus, quot**, cet. *Utinam in Ti. Graccho Cajoque Carbone* TALIS *mens ad rempublicam bene gerendam fuisset,* QUALE *ingenium ad bene dicendum fuit.* Cic. *Brut.* 27, 103. *Quot homines, tot causae.* Id. *de Or.* 2, 32, 140.

Sic: QUANTO *honore ipsa ex propinquorum dignitate afficitur,* NON MINORA *illis ornamenta ex sua laude reddit.* Id. *S. Rosc.* 50, 147; i. e. *tanta illis* cet. TOTIES *dimicandum,* QUOT *hostes sunt.*

II. Demonstrativo **idem** respondet relativum **qui** in eodem genere ac numero. IDEM *abeunt,* QUI *venerant.* Cic. *Fin.* 4, 3, 7; se van como vinieron. *(Pisander) erat* EODEM, QUO *Alcibiades, sensu.* Nep. *Alc.* 5, 3; del mismo parecer.]

V. INTERROGATIVA ET INFINITA

421 I. **Quis** a) et substantivum est «quién» b) et adjectivum «qué»; c) **qui** saepissime adjectivum. a) QUIS FUIT *horrendos primus qui protuhit enses?* Tib. 1, 10, 1. QUIS *ea est?* Plaut. *Aul.* 170 [2, 1, 48]; ¿quién es aquella? b) QUIS REX *unquam fuit,* QUIS POPULUS, *qui non uteretur praedictione divina?* Cic. *Div.* 1, 43, 95. c) QUI *hujus* DOLOR? QUI *illius* MAEROR *erit?* [*quae utriusque lamentatio?* Id. *Mur.* 41, 89. **Qui** tanquam substantivum invenitur fere in obliqua interrogatione.

Unde **quis** et **quid** quaerunt personae et rei nomen; **qui, quae, quod** personae et rei qualitatem, v. g. QUIS *fuit ille orator?* DEMOSTHENES. QUI *orator fuit Demosthenes? Omnium excellentissimus.* — **Quisnam** et **ecquis** magis urgent quam *quis.*

NB. 1. *Quid* etiam adverbialiter usurpatur, «por qué». *Quaesivi* QUID *dubitaret proficisci.* Cic. *Cat.* 2, 6, 13. Et cum ellipsi verbi:

QUID? *Illam armorum officinam ecquid recordaris?* Cic. *Pis.* 36, 87.

NB. 2. Junguntur aliquando in eadem oratione duo interrogativa. *Considera, C. Piso,* QUIS QUEM *fraudasse dicatur.* Cic. *Q. Rosc.* 7, 21; quién dicen que engañó a quién, vel: quién se dice que engañó al otro, aut: quién se dice que engañó y a quién (se dice que engañó).

II. Exclamatio admirativa v. g. de rei pulchritudine aut magnitudine, quae efferatur Latine affirmando, potest a nobis negando. *At vero* QUANTA *maris* EST *pulchritudo!* QUAE *species universi!* Cic. *N. D.* 2, 39, 100; y cuán grande (no) es la hermosura del mar! cuál el espectáculo (la gracia, la lindeza) de todo él![1]

422 I. Pronomina indefinita **aliquis, quis, quispiam, quisquam** rem aut personam incertam significant, et substantiva sunt vel adjectiva.

Forsitan ALIQUIS *aliquando ejusmodi quidpiam fecerit. Cic. Verr.* 2, 32, 78. *Si non optimam, at* ALIQUAM REMPUBLICAM *habemus:* cf. id. *Off.* 1, 11, 35. [*Commentabar declamitans saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompejo aut cum* ALIQUO *cotidie.* Id. *Brut.* 90, 310; quasi *cum alio aliquo. Recte quis dixerit.* Id. *Fin.* 1, 16, 53. *Cyzicum aut aliud* ALIQUID *sequemur.* Id. *Att.* 3, 16.

NB. **Aliqui** pro *aliquis* semper adjectivum est, **qui** pro *quis* fere. *Si est* ALIQUI SENSUS *in morte.* Cic. *Sest.* 62, 131. *Si* QUI *etiam inferis* SENSUS *est.* Id. *Fam.* 4, 5, 6.

II. **Quis** usurpari solet post particulas condicionales, interrogativas, relativas et post **ne** et **num**. SI QUIS QUID *de republica a finitimis rumore ac fama acceperit, ad magistratum deferat.* Caes. *G.* 6, 20, 1. QUO *enim* QUIS *versutior et callidior, hoc invisior et suspectior est.* Cic. *Off.* 2, 9, 34. NE QUID *nimis.* Ter. *And.* 61 [1, 1, 34]. Cf. n. **99**, *NB.*

Dicitur etiam: *si quando, ne quando, necubi, sicubi* pro *si aliquando, si alicubi,* cet.

NB. Attamen post *si* et *ne* inveniuntur *aliquis* ejusque derivata, in oppositione praesertim, ad vim praebendam orationi. SI ALIQUID *de summa gravitate Pompejus, multum de cupiditate Caesar remisisset, pacem stabilem nobis habere licuisset.* Cic. *Phil.* 13, 1, 2. *(Timebat*

1 Cf. Granatensis: «Mas la tierra qué frutos produce! Qué olores, qué sabores, qué zumos, qué colores *no* engendra!» *Símb.* 1, 9. B. 6, 204[1]. Interpunctio diversa est in edit. Fr. Justi Cuervo, 5, 90.

Pompejus) omnia, NE *vos* ALIQUID *timeretis.* Id. *Mil.* 24, 66: in altero exemplo *aliquid* et *multum*, in altero *aliquid* et *omnia* opponuntur.

423 **Quidam** «uno, un cierto» substantive sumitur et adjective, et personam aut rem notat certam ac definitam, quae non tamen accuratius designatur.

Neque id facio, ut forsitan QUIBUSDAM *videar, simulatione.* Cic. *Fam.* 1, 8, 2. *Unum illud audeo scribere, vehementer* QUOSDAM HOMINES *invidisse dignitati tuae.* Id. *Fam.* 1, 7, 2.—*Quasi morbus quidam, quasi quoddam vinculum*, una especie de enfermedad, una como atadura.

NB. Quidam cum positum est post adjectivum hujus sensum auget vel minuit. INCREDIBILIS QUAEDAM *ingenii magnitudo.* Cic. *Ac.* 1, 2, 1; ciertamente increible. *Ex tuis litteris cognovi* PRAEPROPERAM QUANDAM *festinationem tuam.* Id. *Fam.* 7, 8, 1; un tanto precipitada.

424 **Nemo** fere substantivum est, **nullus** fere adjectivum. Quibus opponuntur **quisquam** et **ullus**, «alguien, alguno». NEMO *sua sorte contentus. Tantam in eo virtutem cognovi, ut* HOMINEM NEMINEM *pluris faciam.* Cic. *Fam.* 13, 55, 1. — Et semper: NEMO *doctus* (cum adjectivis, minime *nullus d.*, cf. **393,** 1.m)

NB. 1. Pro *neminis, nemine* dicitur **nullius, nullo: 99,** 3. Quae raro apud poëtas et posteriores inveniuntur etiam pro *nullius rei, nulla re. Graeci praeter laudem* NULLIUS *avari.* Hor. *Pis.* 324. *Deus* NULLO *magis hominem separavit a ceteris animalibus quam dicendi facultate.* Quintil. 2, 16.

NB. 2. **Nullus** ponitur pro *non* in vivida negatione. *Philotimus* NULLUS *venit.* Cic. *Att.* 11, 24, 4.

NB. 3. **Unus** additur nonnullis pronominibus ad vim augendam: *nemo unus*, ni uno solo, *nulla res una, quisquam unus, quis unus?* cet.]

425 **Quisquam** fere substantivum et **ullus** fere adjectivum usurpantur: 1.m in sententia tam verbo quam sensu omnino negativa [(negatione praecedente pronomen); unde etiam in negativa et comparativa interrogatione.]

(Justitia) NUNQUAM *nocet* CUIQUAM. Cic. *Fin.* 1, 16, 50. *Hoc vero* SINE ULLA *dubitatione confirmaverim.* Id. *Brut.* 6, 25; etiam: *sine aliquo vulnere.* Caes. *C.* 3, 73, 3. [*Ain tu? me existimas* AB ULLO *malle*

mea legi probarique quam a te? Cic. *Att.* 4, 5, 1. *Videte quanto* TAETRIOR *hic tyrannus Syracusanis fuerit* QUAM QUISQUAM *superiorum.* Id. *Verr.* 4, 53, 123; que ninguno de los anteriores. — **Non ullus, non usquam** fere poëtarum sunt.]

2.° in pronuntiatis cum emphasi omnino generalibus, maxime condicionatis et relativis. *Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut* SI QUISQUAM, *ille sapiens fuit.* Cic. *Lael.* 2, 9. [*Quamdiu* QUISQUAM *erit qui te defendere audeat, vives.* Id. *Cat.* 1, 2, 6.

NB. 1. Nihilominus in sententia negativa adhibetur **aliquis** pro *quisquam* aut *ullus,* a) cum negatio non in totam cadit orationem, sed solum vocem aliquam, et cum notio particularis negatur; b) cum negatio una altera destruitur. a) *Dicitur etiam carere, cum* ALIQUID NON *habeas.* Cic. *Tusc.* 1, 36, 88. *Non ob ipsius* ALIQUOD DELICTUM. Id. *Balb.* 28, 64; no por este o aquel delito (que él mismo haya cometido). b) NON SINE ALIQUA *spe.* Id. *Dej.* 2, 7.

NB. 2. Quae de *quisquam* et *ullus* dicta sunt intellegenda etiam de adverbiis **unquam,** «en tiempo alguno», **usquam,** «en alguna parte», pro *aliquando, alicubi, aliquo, uspiam. Haec sunt illae fibrae stirpium persequendae et omnes eligendae,* NE UNQUAM ULLA *possit exsistere.* Cic. *Tusc.* 3, 34, 84; ninguna jamás. *Bellum maxime omnium memorabile quae* UNQUAM *gesta sunt.* Liv. 21, 1, 1; que jamás.

426 **Quisque** singularitatem denotat «cada uno» (en particular), adhibeturque maxime: 1.m Post *se* et *suus,* n. **407.** — Ita usurpatum in ablat. absoluto fit nominativus: *Exercitus (Herculis) amisso duce, ac passim multis* SIBI QUISQUE *imperium petentibus, brevi dilabitur.* Sall. *J.* 18, 3.

2.° Post relativum et interrogativum orationis secundariae. QUAM QUISQUE *norit artem, in hac se exerceat.* Ap. Cic. *Tusc.* 1, 18, 41. *Expendere oportebit* QUID QUISQUE *habeat.* Id. *Off.* 1, 31, 131. QUO QUISQUE *est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius.* Id. *Q. Rosc.* 11, 31. QUOD CUIQUE *obtigit, id* QUISQUE *teneat.* Id. *Off.* 1, 7, 21; *quisque* repetito.

NB. Quisque pronomini reflexo anteponitur in oratione pronominis interrogativi et frequenter in oratione relativa. *Expendere oportebit* QUID QUISQUE *habeat* SUI; *id enim maxime quemque decet* QUOD *est* CUJUSQUE *maxime* SUUM. Cic. *Off.* 1, 31, 113.

3.° Post superlativum, n. **399,** II.

4.° Post numerum ordinalem. *Cetera multitudo sorte* DECIMUS

QUISQUE *ad supplicium lecti.* Liv. 2, 59, 11. Sic *unusquisque*, quod magis notat singularitatem: «cada uno» (considerado en sí mismo).

5.° Post **ut**, *ita* saepe postposito. UT *enim* QUISQUE *maxime ad suum commodum refert quaecumque agit,* ITA *minime est vir bonus.* Cic. *Leg.* 1, 18, 49.[1]

6.° Alibi, praesertim a recentioribus. *Mens* CUJUSQUE *is est* QUISQUE. Cic.. *Rep.* 6, 24 (26). [*Somn. Sc.* 8].

NB. 1. **Quivis** est «cualquiera, quienquiera», i. e. *omnes;* **uterque** «cada uno» (de dos), pro quo tamen dicitur **quisque**, si est in oratione *suus. Duas civitates ex una factas;* SUOS CUIQUE *parti magistratus esse.* Liv. 2, 44, 9.

NB. 2. Plurale **utrique** est «unos y otros», aliquando «uno y otro», sicut **hi utrique** est *horum uterque. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum,* QUAE UTRAQUE *his artibus auxerat.* Sall. *C.* 5, 7; i. e. *quorum utrumque.*

427 I. **Alius** est «otro» (entre varios), **alter** «otro» (de dos), v. g. *Solus aut cum* ALTERO. Cic. *Att.* 11, 15. *Unus aut summum* ALTER, a lo más dos; *unus,* ALTER, *plures.* Sed **alter** nonnunquam est *alius, quisquam alius. Ne sit te ditior* ALTER. Hor. *S.* 1, 1, 40. — *Alter Nero,* un nuevo, un segundo N. — Saepe usurpatur *alterius* pro *alius. Omnia quae jucunda ex humanitate* ALTERIUS *homini accidere possunt.* Cic. *Att.* 1, 5, 1.

Nota **alius** (non *alter)* cum adverbio aut modo adverbiali ab illo derivato, etiam cum sermo est de duobus: Duo *deinceps reges,* ALIUS ALIA *via, civitatem auxerunt.* Liv. 1, 21, 6; quia *alter* nunquam diversitatem significat. *Discedebant* ALIUS ALIO vel *in aliam partem,* cada uno para su lado, uno a una parte, otro a otra. *Illum* ALITER *cum* ALIIS *de nobis locutum audiebam.* Cic. *Att.* 7, 8, 1.

II. Inter **ceteri** et **reliqui** nihil saepe interest; proprie tamen *ceteri* sonat «los demás, los otros» (en general), *reliqui* qui remanent post numerationem, «los restantes». Sic: *ceteris antecellere, praestare,* cet. et *sex reliqui.*]

1 In scriptoribus recentioribus: *Ut quis.*

CAPUT XV. DE VERBO, ADVERBIO, PRAEPOSITIONE

I. Verba et participia

428 I. Nonnulla verba adhibentur, accusativo sive expresso sive tacito. v. g. TRISTEM HIEMEM *gravis aestas* EXCEPIT, siguió, sucedió; et: *Turbulentior inde annus* EXCEPIT. Liv. 2, 61, 1; siguió.

[**Sic**: *Permittere alicui rem, negotium*, cet. et *permittere alicui*, dar a uno plenos poderes, Liv. 24, 14, 8; *eludere aliquem* et *eludere*, insolentarse; *tenere cursum* et *tenere*, navegar, Liv. 31, 45, 14.]

II. In certis locutionibus facile accusativus non exprimitur. *Nos eo die cenati* SOLVIMUS. Cic. *Fam.* 16, 9, 2; cf. *Off.* 3, 12, 50; sc. *navem;* «nos hicimos a la vela». Abril.

[**Sic apud Cic.** *(Navem) conscendo, Q. fr.* 2, 2, 4; *(stipendia) mereo, Phil.* 1, 8, 20; *(castra) moveo, Att.* 9, 1, 1; *(aures) obtundo, Verr.* 4, 49, 109; *(mortem) occumbere*, cf. n. **263;** *(vocem) summitto, Div. Caec.* 15, 48. Apud alios *ducere (exercitum), movere (signa*, levantar el campo).

III. Verbo saepe transitivo additur adverbium aut particula pro accusativo; ubi maxime notandum *scire (nescire) Latine (Graece). Ajunt enim te* ITA *dictitare.* Cic. *Verr.* 3, 64, 151. *Nostri* GRAECE *fere* NESCIUNT, *nec Graeci* LATINE. Id. *Tusc.* 5, 40, 116]

429 I. Sunt verba quae etiam tacito pronomine sensum reflexum habent aliquando. *Quotus enim quisque reperietur, qui* ABSTINERE *possit injuria?* Cic. *Off.* 3, 17, 72. *Nullo dedecore* SE ABSTINENT: cf. id. *Fin.* 3, 11, 38.[1]

1 **Sunt praecipua:** *abdico* et *me abdico, (me) abstineo,* **287,** 3.°, *converto, declino, deflecto, emergo, bene habet*, bien está, et *ita se res habet, (me) inclino; de Or.* 2, 44, 187, *Fin.* 3, 3, 10; *insinuo, de Or.* 2, 35, 149 et *Verr.* 3, 68, 157; *moveo*, Liv. 35, 40, 7; *muto*, Cic. *Or.* 31, 109 et *de Or.* 3, 45, 177, Liv. 29, 3, 10; *praecipito*, Cic. *Rep.* 6, 18, 19 et *Tusc.* 4, 19, 41; *relaxo, Fin.* 2, 29, 94 et *Phil.* 2, 16, 39; *reprimo, Leg.* 2, 17, 44 et Ter. *Hec.* 765; *tempero, Cic. Verr.* 4, 15, 34 (et *me tempero* apud recentiores). Alia, maxime in poësi: *Prora* AVERTIT. Verg. *Aen.* 1, 104=*se avertit.*

NB. Sunt etiam participia praesentis et gerundia aliorum verborum quae sen-

[II. Verba transitiva frequenter, minus saepe intransitiva sic absolute adhibentur, ut vaga nonnihil evadat oratio. *Pompejus abest, Appius* MISCET, *Hirrus* PARAT, *populus* NON CURAT, *principes* NOLUNT, *ego quiesco*. Cic. *Q. fr.* 3, 9, 3.[1]]

III. Vox passiva respondet aliquando voci mediae Graecorum, i. e. sensum habet reflexum, v. g. *lavor* seu *me lavo, deduntur* vel *se dedunt*, [*exercetur* vel *se exercet, colligor* seu *me colligo. purgor* et *me purgo*, me sincero, me justifico.[2]

NB. Vox passiva activae respondet hic illic in poësi. *Et capita ante aras Phrygio* VELAMUR *amictu*. Verg. *Aen.* 3, 545; pro *velamus*, nos cubrimos la c. con el gorro fr. SUFFUNDITUR *ora rubore*. Ov. *M.* 1, 484. PURGOR *bilem*. Hor. *Pis.* 302; = *mihi purgo b.* vel *me purgo a b. Equus fontes* AVERTITUR. Verg. *G.* 3, 499; pro *avertit se a fontibus*. Cf. n. **218**.

IV. Nonnunquam verba passiva a nobis vertenda sunt ope circuitionis, v. g. *rapior, trahor*, déjome arrastrar; *cogor*, me veo forzado.]

430 I. Participia pleraque praesentis praeteritique temporis adjectivorum naturam induunt et more eorum comparantur, ut *Vir amans, amantior, amantissimus reipublicae*, n. **88**, *adn.* 2. [Participium futurum rarissime ut verum adjectivum usurpatur: *anni venturi, participium futurum*.

II. Participium, plerumque praeteriti, per verbale substantivum a nobis saepe transfertur.

Ex civibus AMISSIS *dolor*. Liv. 4, 17, 8; por la pérdida de los c. *Eum Lentulus et Cethegus aliique ex conjuratione* DEPREHENSI *terrebant:* cf. Sall. *C.* 48, 4; la prisión, el encarcelamiento.[3]]

sum habent reflexivum, v. g. *Ceteris (se) in campo* EXERCENTIBUS. Cic. *de Or.* 2, 71, 287. *Turpitudo* CONJUNGENDI *cum tyranno*. Id. *Att.* 7, 20, 2.

Sic: *Vehens*, Cic. *Brut.* 97, 331; *invehens*, id. *N. D.* 1, 28, 78; *anno vertente*, id. *Quinct.* 12, 40; *recipiendi*, Caes. *G.* 7, 52, 1; *retardandi*, Cic. *N. D.* 2, 20, 52. Cf. NEUE-WAG. III, p. 11 sqq.

1 Vide prope innumera ap. LEBRETON, *Études*, pp. 156-167.

2 **Sic:** *congregari*, juntarse, *cruciari*, afligirse, *delectari*, deleitarse, *efferri*, tener ansias, *falli*, engañarse, *effundi*, derramarse, *diffundi*, esparcirse, *lavari*, bañarse, lavarse, *moveri*, moverse, *mutari*, mudarse, *porrigi*, extenderse, *propagari*, propagarse, v. g. *Congregamur in unum locum*, nos juntamos; *fallimur; aër diffunditur, movetur; occasio datur; spes offertur*, cet.

3 Haec forma adhibetur maxime cum verba verbali substantivo carent, ut *nascor*. Cf. «Los retratos que andan suyos son sacados *después dél muerto*». RIBADEN. *Vida del P. Ignacio*, 4, 18. B. 30, 118[2].

III. Sunt participia praeteriti quae adhibentur tanquam substantiva; sed paucis adjectivum addi potest, plerisque adverbium.

Ex IMPROBIS FACTIS. Cic. *Fin.* 1, 16, 51. *Neque* INJUSTE FACTA *conducunt. Ib.* 1, 16, 52; no son provechosos. [*Multa multorum* FACETE DICTA. Id. *Off.* 1, 29, 104. *Multa (Catonis) et senatu et in foro vel* PROVISA PRUDENTER *vel* ACTA CONSTANTER *vel* RESPONSA ACUTE *ferebantur.* Id. *Lael.* 2, 6.]

II. ADVERBIA [1]

431 I. Aliquando brevitatis gratia certi scriptores utuntur adverbio praesertim loci, temporis, ordinis, ad substantivum definiendum seu limitandum.

Sex milia aberat ab urbe nobile templum, sanctum OMNIBUS CIRCA POPULIS. Liv. 24, 3, 3; i. e. *qui circa sunt*, circunvecinos. [*Romulus* DEINCEPSQUE REGES. Id. 3, 39, 4; h. e. *qui deinceps fuerunt. (Magis vir*, más hombre, h. en grado más elevado.) Eodem pacto cum praepositione: *Pars civium* EXTRA MOENIA. Sall. *J.* 91, 5.]

II. Adverbia maxime loci haud raro inveniuntur loco pronominis cum praepositione. *Is locus* UBI *constitissent.* Caes. *G.* 1, 13, 7. *Apud eos* QUO *se contulit.* Cic. *Verr.* 4, 18, 38.

432 [I. **Ut** usurpatur pro *quomodo* cum quadam admiratione. *Gnaeus autem noster, o rem miseram et incredibilem,* UT *totus jacet!* Cic. *Att.* 7, 21, 1.

II. **Quam**, affectibus serviens, positivis jungi solet, ut: QUAM MULTI *avaritiae student! Heu!* QUAM *sunt* FALLACES *hominum spes!* QUAM INANES *cogitationes!*

III. **Tam-quam** positiva frequentissime copulant; **tantum-quantum** potius verba. *Nemo orator* TAM MULTA *scripsit*, QUAM MULTA *sunt nostra.* Cic. *Or.* 30, 108. *Gratia* TANTUM POSSUMUS, QUANTUM *victi.* Id. *Fam.* 4, 7, 6. QUAM *quisque* PESSUME *fecit*, TAM MAXUME *tutus est.* Sall. *J.* 31, 14; i. e. *Ut quisque pessime f., ita maxime t. e.*

NB. 1. Ponitur interdum **tam** separatim cum superlativo. *Nondum erat vestris* TAM GRAVISSIMIS *tamque multis judiciis ignominiisque concisus.* Cic. *Phil.* 12, 5, 11.

1 V. LEBRETON, *Caes. S.*, maxime pp. 70-77.

NB. 2. **Tam-quam** pro *tanto-quanto* raro reperiuntur comparativo juncta apud poëtas. Cf. Verg. *G.* 3, 309 et *Aen.* 7, 787.

IV. **Plus** et **magis** significant «más», sed cum hoc discrimine: *plus* refertur ad quantitatem et numerum, et sonat *amplius* «más» (en cantidad, en número), ut: *Plus* (*amplius*) *legisti quam ego; magis* refertur ad gradum, et sonat *potius* «más bien»: *Magis*, seu *potius, timeo quam spero.* Verum semper *plus* adhibendum, cum significatur minus dici quam cogitari. *Confitebor eos plus quam sicarios esse.* Cic. *Phil.* 2, 13, 31.]

[III. Praepositiones [1]

1. Accusativi

433 **Ad** significat a) directionem et collocationem, «hacia»: *currere* AD CURIAM, AD MERIDIEM *spectans.*—b) loci propinquitatem, «junto a»: *hortos habet* AD TIBERIM. — c) tempus, «hasta»: AD *summam* SENECTUTEM *tragoedias fecit; te* AD MENSEM JANUARIUM *exspectamus.*—d) finem, «para»: AD STATUAM *pecuniam conferre; radicum* VIRTUTES AD MORSUS *bestiarum.* Cf. n. **267**, I, *NB.*

Praeterea e) numeri proximitatem, «al rededor, obra de»: *fuimus omnino* AD DUCENTOS. Cf. n. **162**, III. — f) *secundum*, «según, conforme a»: *loqui* AD VOLUNTATEM, *non* AD VERITATEM; *canere* AD TIBIAM, según el tono; AD VERBUM *scribere, recitare*, palabra por palabra. — g) oppositionem, «contra»: *obdurescere* AD DOLOREM; AD HAEC *respondere;* — h) *quod attinet ad*, «cuanto a»: *vir* AD DISCIPLINAM *peritus:* cf. **279**, *NB.* — i) comparationem, «respecto de, en comparación de»: *Laelius nihil est* AD PERSIUM; *terra* AD UNIVERSI CAELI COMPLEXUM *puncti instar obtinet.* — j) *praeter*, «además de»: AD CETERA VULNERA *hanc quoque plagam infligere:* cf. *n.* **263**, *NB.* — l) officium aut operam; *servus* AD MANUM, amanuense, AD CYATHOS; at saepius cum *ab.*

Nota haec: *Dicere* seu *verba facere ad populum, replere vas ad fauces, amurca ad tertiam partem decocta, concupiscere ad insaniam, omnes ad unum; ad nummum ratio convenit*, la cuenta.

434 I. **Adversus, adversum, exadversus, exadversum, contra** significant a) locum, «delante de, enfrente de»: ADVERSUS SPECULUM *ornatur*, ADVERSUM ME *incedit*, EXADVERSUS ATHENAS *classem suam constituerunt:* cf. Nep. *Them.* 3, 3;

[1] Praecipua jam suis locis dicta sunt, quae hic breviter colliguntur, additis nonnullis quorum «varium usum significationemque, ut ait Alvarus, n. 385, audiendis legendisque veterum scriptis discent paulatim adolescentes».

fuit Carthago ITALIAM CONTRA, Verg. *Aen.* 1, 13.[1] — b) oppositionem, «contra»: *non contendam* ADVERSUM TE; *remedia* ADVERSUS VENENA, CONTRA EBRIETATEM; *facere* CONTRA LEGEM, CONTRA NATURAM, CONSUETUDINEM, OFFICIUM, OPINIONEM.

Nota: *Impetum adversus montem in cohortes faciunt, mentiri adversus matrem*, a su madre, *contra aquam*, contra la corriente, agua arriba; raro «en (a) favor de»: *clementia contra minus validos. Poma veneunt contra aurum*, se venden según su valor, Varr. *R. R.* 1, 2, 10, et cum ablat., *auro contra, contra auro*, Plaut. *Mil.* 1076, *Pseud.* 688. *Exadversum ei loco*, cum dat., *tonstrina erat quaedam*. Ter. *Phorm.* 88.

II. **Erga**; n. 255, III.

435 I. **Ante** notat a) locum, i. e. situm, «ante, delante de»: ANTE SIGNA *progressus*, Liv. 7, 41, 1; ANTE ME *i;* ANTE SE *Thium agebat.*[2] — b) tempus, «antes de»: *qui* ANTE ME *sententias dixerunt.* Sall. *C.* 51, 9. — c) comparationem, «más», non tamen apud Cic. et Caes.: ANTE ALIOS *miserandi.* Liv. 5, 42, 5. *Ante omnia*, ante todas cosas.

II. **Post** eadem exprimit atque *ante.* — a) «detrás»: — b) «después de»: — c) «menos»: *sua necessaria* POST *illius* HONOREM *habebant.* Sall. *J.* 73, 6; i. e. *illius honori postponebant*, tenían en menos que.[3]

III. **Pone**, quae rara est, denotat locum, «detrás de»: PONE ME *est.*

436 I. **Apud** exprimit locum proximum, a) «junto a, en casa de», n. 283, I. — b) «delante de»: APUD JUDICES *loquor.* — c) «entre»: APUD NOSTROS *justitia colitur.* — d) «en = en las obras de».

II. **Circa** et **circum** exprimunt locum, «cerca de, al rededor de»: *Illi robur* CIRCA PECTUS *erat.* Hor.; *terra* CIRCUM AXEM *se convertit.* Cic. *Ac.* 2, 39, 123; *legatos* CIRCA VICINAS GENTES *misit.* Liv. 1, 9, 2; *legatio* CIRCUM INSULAS *missa*, id. 42, 45, 1.

III. **Circa**, raro **circiter** notant tempus et numerum: *circa (circiter) lucem, circa ducentos, circiter Idus Novembres*, Cic. *Fam.* 14, 5, 2. — At in his et similibus: CIRCITER *triennium illic esse* (quamdiu), CIRCITER *passus sexcentos abesse* (distantia), cet., *circiter* est adverbium. — *Circa* «=acerca de» est proprium poësis atque aevi sequioris: *Quidam* CIRCA RES OMNES *versari rhetoricem putaverunt.* Quintil. 2, 15, 15.

1 Non autem apud Cic. locum *contra* significat.

2 At non recte: *redire ante aliquem*, volver a la presencia de alg., quia *ante* nunquam significat locum quo, sive terminum motus.

3 Semel apud Caes. *post* ordinem significat, *G.* 6, 17, 1; apud posteriores scriptores saepissime.

IV. **Juxta** a) notat vicinitatem: JUXTA*que* MURUM *castra posuit*, Caes. *C.* 1, 16, 4; *volat* AEQUORA JUXTA, Verg. *Aen.* 4, 255.[1]

b) inde a Livio tempus et sensum tralatum: *orationes senior jam et* JUXTA FINEM *vitae composuit.* Tac. *Dial.* 22; JUXTA DEOS *in tua manu positum est imperium*, id. *H.* 2, 76, a par de los d.; JUXTA PRAECEPTUM *Themistoclis*, Justin. 2, 12, 25.

437 I. **Citra** et **cis** sonant «aquende, de la parte (banda) de acá»: *dioeceses quae* CIS TAURUM *sunt*, Cic. *Fam.* 3, 8, 4; *decretum est ut exercitum* CITRA FLUMEN RUBICONEM *educeret*, id. *Phil.* 6, 3, 5.

II. **Citra** est raro «antes de» locale et temporale: *ipsa natura in omni verbo posuit acutam vocem, nec unā plus nec a postrema syllaba* CITRA TERTIAM, Cic. *Or.* 18, 58, ni antes (más allá) de; CITRA KAL. OCTOBR. *seminare convenit.*

III. **Citra** est etiam *sine* et *praeter* apud recentiores: *tranare aquas* CITRA DOCENTEM, Quintil. 2, 16, 13, sin maestro; *citra spem omnium.* (CIS PAUCAS TEMPESTATES *augebis ruri numerum*, Plaut. *Most.* 1, 1, 18, dentro de; CITRA TROJANA TEMPORA, durante, dentro de, Ov. *M.* 8, 365.)

IV. **Trans** et **ultra**[2] «allende, al otro lado de, más allá de» opponuntur localibus *cis* et *citra:* TRANS EUPHRATEM *perire*, Cic. *Div.* 2, 9, 22; TRANS MARE *currunt*, Hor. *Ep.* 1, 11; *sunt certi denique fines*, QUOS ULTRA *citraque nequit consistere rectum*, Hor. *S.* 1, 1, 106; *non* ULTRA HEMINAM *aquae sumere; ultra modum, morem, vires, fas, jus, placitum, eum numerum.*

438 I. **Inter** notat a) locum, «entre, en medio de»: *inter custodias ire; venisti inter falcarios.* Et translate: *inter nos dico*, entre n., en puridad; *societas, odium, amicitia inter aliquos; discrepant inter se; inter has turbas*, Cic. *Fam.* 16, 11, 3, «en medio de estas revueltas». Abril. [16, 10]; *inter tanta vitia*, Sall. *C.* 4, 4.

b) tempus, «durante»: *inter noctem lux orta*, Liv. 32, 29, 2; *inter tot annos*, Cic. *Quinct.* 14, 46; *haec inter cenam (inter cenandum) Tironi dictavi*, id. *Q. fr.* 3, 1, 6; *inter haec*, Liv. 1, 29, 1.—c) comparationem, «entre»: *homo inter suos nobilis; ipse honestissimus inter suos numerabatur*, Cic. *S. Rosc.* 6, 16; *inter hominem et beluam hoc interest*, id. *Off.* 1, 4, 11.

II. **Intra** notat a) locum, «dentro de»: INTRA MONTEM TAURUM *regnare*, Cic. *Sest.* 27, 58, = *in regionibus quae m. Tauro circumjacent;* INTRA MULTITUDINEM *sagittas conjiciebant*, Caes. *C.* 3, 50, 1.

1 Non est apud Ciceronem, nisi forte semel in *orat. p. red. in senatu*, n. 20.
2 *Uls* ap. Varronem passim: *Cis Tiberim et uls Tiberim.*

Et translate: *intra me, te, se*, v. g. *meditari intra se; hoc faciam intra modum*, Cic. *Fam.* 4, 4, 4; *epulamur una non modo non contra legem, sed etiam intra legem, ib.* 9, 26, 3.—b) tempus, «dentro de»: n. 293, I.

III. **Extra** opponitur locali *intra*, «fuera de»: *extra fines egredi*, Cic. *Quinct.* 10, 15.

Et translate: *id extra causam est*, Cic. *Caec.* 32, 94; *extra noxam, culpam, periculum, jocum, ordinem; extra praedam*, Liv. 7, 27, 8, «fuera de = además de»; *extra ducem paucosque*, Cic. *Fam.* 7, 3, 2, «fuera de = excepto».

439 I. **Supra** designat a) locum sine motu et cum motu quo, «sobre»: *supra lunam aeterna sunt omnia*, Cic. *Somn. Sc.* 4; *exire supra terram*, id. *N. D.* 2, 37, 95; *legiones supra Suessulam deducere*. Liv. 23, 31, 3.

Et translate: *supra hominem*, Cic. *N. D.* 2, 13, 34; *supra hominis fortunam*, id. *Leg.* 2, 16, 41; *supra vires*, Hor. *Ep.* 1, 18, 22; *supra modum*, Liv. 21, 7, 7.—Apud Vitruvium et posteriores notat officium: *servus supra rationes positus*, encargado de las cuentas. Est etiam *praeter*, «además de»: *supra belli Romani metum id quoque accesserat, quod* cet.—Apud poëtas et Livium, junctum numeris, est *plus: Carthaginiensium caesa eo die* SUPRA MILIA VIGINTI. Liv. 30, 35, 3.

b) tempus, «antes, más atrás»: *paulo* SUPRA HANC MEMORIAM *servi cremabantur*, Caes. *G.* 6, 19, 4, poco antes de nuestros días; *res est immensi operis (historia Romanorum), ut quae* SUPRA SEPTINGENTESIMUM ANNUM *repetatur*, Liv. *praef.* 4, dado que hay que remontarse a más de setecientos años atrás.

II. **Infra** inservit a) loco ubi et quo, «debajo de», cui *supra* opponitur: *accubueram, et quidem supra me Atticus*, INFRA ME *Verrius*, Cic. *Fam.* 9, 26, 1, *litt.* sobre—debajo, *i. e.* a mi izquierda—a mi derecha; *is* INFRA MORTUOS *amandatur*, id. *Quinct.* 15, 49.

Et translate in comparatione magnitudinis, meriti, cet: *(uri) sunt magnitudine* PAULO INFRA ELEPHANTOS, Caes. *G.* 6, 28, 1.

b) tempori, «después»: *(Homerus) non* INFRA LYCURGUM FUIT, Cic. *Brut.* 10, 40.

NB. A posterioribus adhibetur *infra* etiam cum de mensurâ et numero agitur: *terra* INFRA TRES PEDES *effossa*, Plin. *N. H.* 17, 4.

III. **Penes** fere personae jungitur, «en poder de», aliquando «en casa de»: PENES QUEM *est potestas*, Cic. *Fam.* 4, 7, 3; *istaec jam* PENES VOS *psaltriast? Ellam intus*. Ter. *Ad.* 388, «¿tenéis ya dentro en casa esa tañedora? hela allá dentro». Abril.

440 I. **Propter** a) causam rationemve exprimit: PROPTER FRIGORA *frumenta in agris matura non erant*, Caes. *G.* 1, 16, 2.—b) loci aut personae propinquitatem: PROPTER *Platonis* STATUAM *consedimus*, Cic. *Brut.* 6, 24; *bacillum* PROPTER ME *ponite*, cf. id. *Tusc.* 1, 43, 104.

II. **Ob** a) sensum habet localem, «delante de», sed raro: *(Ra-*

birio) mors OB OCULOS *saepe versata est*, Cic. *Rab. P.* 14, 39.—b) causalem: *ob eam rem, causam, quam ob rem (quamobrem), ob eundem timorem, ob servatam amicitiam, ob id ipsum, ob rempublicam.* [1]

441 **Per** exprimit a) locum qui transitur, 284, «por, por medio de, por entre»: *ex corde sanguis* PER VENAS *in omne corpus diffunditur*, Cic. *N. D.* 2, 55, 138;—b) extensionem sine motu: *ponte* PER NILUM *facto*, Liv. 44, 19, 9, de una margen a otra, sobre; *equitibus* PER ORAM *maritimam dispositis*, Caes. G. 3, 24, 4, a lo largo; *dissipati* PER *proximas* CIVITATES *sunt*. Liv. 28, 16, 13; *significatione* PER CASTELLA *fumo facta*, Caes. *C.* 3, 65, 2.

c) tempus, 232, I.—d) instrumentum: *per colloquium deceptus* et *per ejus auctoritatem*, Caes. *C.* 1, 85, 3 et 3, 82, 5; *neque per vim neque insidiis*, Sall. J. 7, 1; *nunc exitis nunc per aves*, Liv. 2, 42, 10 et passim, n. 272.—e) causam rationemve: *depulsus per invidiam tribunatu*, Cic. *de Or.* 3, 3, 11; *per metum, per amorem, per iram aliquid facere*, n. 277, *NB.* extr.—f) modum: qui aliquando confunditur cum instrumento: *per simulationem, per scelus, luxuriam, summum dedecus; per ludum, jocum, ridiculum*, Cic. en chanza, en broma; *per dolum atque insidias*, Caes. *G.* 4, 13, 1; *emori per virtutem*, Sall. *C.* 20, 9, «esforzadamente». Inf. D. Gabriel.—g) Usurpatur in optationibus, juramentis cet., «por»: *per deos immortales*. Cic. por, en nombre de; *quod te* PER CAELI *jucundum* LUMEN *et* AURAS PER GENITOREM *oro*, PER SPEM SURGENTIS IULI. Verg. *Aen.* 6, 366.

442 **Praeter** significat a) «delante de, al lado de», cum verbis quietis et motus: PRAETER CASTRA *Caesaris suas copias traduxit*, Caes. *G.* 1, 48, 2, «condujo sus tropas delante del alojamiento de C.» Goya.—b) «al otro lado de, más allá de»: PRAETER RIPAM *euntes*, PRAETER SILVAM *ire*.—c) «más que»: *gustatus dulcitudine* PRAETER CETEROS SENSUS *commovetur*, Cic. *de Or.* 3, 25, 99; PRAETER CETEROS *floruit*, id. *Lael.* 1, 4.—d) «contra»: *praeter spem, exspectationem, opinionem, sententiam, cogitationem*, cet.; *illud accidit praeter optatum meum*, Cic. *Pis.* 20, 46.—e) «fuera de, excepto».—f) «además de»: PRAETER SE *denos ad colloquium adducere*, Caes. *G.* 1, 43, 3.

NB. **Praeter**, negatione praecedente, valet *nisi: nec quicquam aliud est philosophia* PRAETER STUDIUM *sapientiae*, Cic. *Off.* 2, 2, 5.

443 **Secundum** a) locum indicat et significat «a lo largo de», cum motu et sine motu: *iter* SECUNDUM MARE *faciunt*, Cic. *Att.* 16, 8, 2. Raro «detrás de»: *vulnus in capite* SECUNDUM AUREM, Cic. *Fam.* 4, 12, 1.—b) tempus indicat et significat «durante, en»: *ei* SECUNDUM QUIETEM *visam esse Junonem praedicere ne*, cet. Cic. *Div.* 1, 24, 48.—c) est etiam «según, conforme a»: SECUNDUM NATURAM *vivere*, Cic. *Off.* 3, 5, 23; et «por, en favor de»: *multa* SECUNDUM CAUSAM NOSTRAM *disputavit*, Cic. *Att.* 4, 2, 4.

1 Cf. LEBRETON, *Caes. S.* pp. 88-90.

2. Ablativi

444 I. **Ab** et **a** notant a) locum aut personam unde, — b) originem et patriam, — c) distantiam, [1] — d) separationem: nn. **285—88**, cet.

e) tempus, «desde», n. **293**, III, — f) causam, praesertim efficientem, n. **277**, *NB.* — g) limitationem, «con relación a», n. **279**, *NB.* — h) partes, scholam, doctrinam quae quis sequitur amplectiturve: *stare* A SENATU *et* A BONORUM CAUSA, Cic. *Brut.* 79, 273; *nostri illi* A PLATONE *et* ARISTOTELE, id. *Mur.* 30, 63: cf. οἱ ἀπὸ Πλάτωνος; *qui sunt* AB ISOCRATE, A ZENONE, id. *Fin.* 4, 3, 7. — i) munus aut officium fere apud recentiores, n. **279**, *NB.* **Sic**: *Pallas* A RATIONIBUS, *figulus* AB IMBRICIBUS, *medicus* AB OCULIS, oculista. *Philemonem* A MANU SERVUM *puniit*, Suet. *Jul.* 74; *liberti ab epistulis*, Tac. *Ann.* 15, 35, 5, «secretarios». Coloma.

II. **Ex, e, de** easdem fere significationes habent atque *ab: e portu solvere*, Cic. *Epicurēi e Graecia; ex consulatu est profectus in Galliam*, Cic.; *ex eo die, ex quo, ex Kal. Jan. ad hanc horam*, Cic.; *ex lassitudine artius dormire*, id. (causa); *statues ex nostra dignitate*, Cic., según, conforme a, et ita: *ex animo, ex animi sententia, ex lege* et *legibus, ex foedere, praescripto, consuetudine, professo, jure et aequo:* n. **277**, *NB.*; *utile esse eque republica*, ventajoso al estado; *ex improviso dicere ex occulto, ex insidiis* (modus).

De tribunali pronuntiare; in comitium de nocte venire, de noche; *navigare de mense Decembri*, en, durante; *sucus de quinquefolio, duo parietes de eadem fidelia dealbare*, ap. Cic. *Fam.* 7, 29, 2 «enjalbegar dos paredes con tierra de un mismo vaso», Abril 30]: cf. n. **289**, *NB.* cet.

445 I. **Cum** significat a) societatem et comitatum: **276**, *NB.* 3. — b) modum.

c) tempus: *cum prima luce domum Pomponii venisse dicitur*, Cic. *Off.* 3, 31, 112; atque ita *pariter cum, simul cum (occasu solis)*, Sall. *J.* 68, 2, et 92, 2.

II. **Sine** opponitur praepositioni *cum* et privationem exprimit: item **absque** apud priscos. Quae apud comicos cum pronomine et verbo substantivo impersonali idem sonat quod «si no fuese por»: ABSQUE TE ESSET, *ego illum haberem*, Plaut. *Bacch.* 412.

446 I. **Coram** est «en presencia de»: *Diomedonte coram*, Nep. *Epam.* 4, 2.

II. **Prae** a) situm exprimit, «delante de»: PRAE SE *armentum agens*, Liv. 1, 7, 4; *esse, habere prae manu*, et apud recentiores *prae manibus*, estar a mano, tener a m. Et translate: *facinus prae se ferens*, Cic. *Mil.* 16, 53. — b) causam, n. **277**, *NB.* — c) comparationem, «en comparación de, respecto de»: *hominem* PRAE SE *neminem*

1 Et cum hoc sensu «a la distancia de», praesertim apud Caes., v. g. *G.* 2, 7, 3.

putat, Cic. *S. Rosc.* 46, 135; *omnia* PRAE DIVITIIS *humana spernunt*, Liv. 3, 26, 7.

III. **Pro** indicat a) situm cum quiete, raro cum motu, «delante de»: *copias* PRO VALLO *collocaverat*, Caes. *G.* 7, 71, 8; *Caesar* PRO CASTRIS *suas copias produxit*, *ib.* 1, 48, 3. Sic: *sedet pro tribunali; pro rostris, pro contione laudat.* — b) favorem, commodum, utilitatem, cui saepe *contra* opponitur: n. **255**, II. — c) permutationem, «en cambio de»: *(dixit) se dimidium ei* PRO ILLO CARMINE *daturum*, Cic. *de Or.* 2, 86, 351; «en lugar de, como»: *audacia* PRO MURO *habetur*, Sall. *C.* 58, 17; *abiere Romani ut victores, Etrusci* PRO VICTIS, Liv. 2, 7, 3. Sic: *pro consule, pro praetore*, cet. et saepius *proconsul*, *propraetor*, cet.

d) convenientiam (conformidad), «según»: *quibus de rebus mihi* PRO CLUENTII VOLUNTATE *nimium*, PRO REIPUBLICAE DIGNITATE *parum*, PRO VESTRA PRUDENTIA *satis dixisse videor*, Cic. *Cluent.* 58, 160. *Pro rata, pro rata parte*, Cic. *Tusc.* 1, 39, 94; *pro virili parte*, id. *Sest.* 66, 138. Cf. **398**, I. Nota: *Si digna poena pro factis eorum reperitur*, Sall. *C.* 51, 8; i. e. *digna factis. Pro eo ut*, Cic. *Verr.* 3, 54, 126; *pro eo ac*, id. *Cat.* 4, 2, 3; *pro eo quod*, id. *Cluent.* 15, 43; *pro eo quantum*, id. *Fin.* 4, 21, 58

IV. **Tenus** dicitur de loco, «hasta»: TAURO TENUS *regnare*, Cic. *Dej.* 13, 36: *labrorum tenus*, Lucr. 1, 940; *collo, ore, umbilico tenus.* Significat etiam «solamente»: *verbo tenus, ore tenus.*

3. PRAEPOSITIO PLURIBUS JUNCTA SUBSTANTIVIS

447 Praepositio plura substantiva praecedens repetitur, cum diversitatem notionum significatam volumus; v. g. *a te et a tuis.*

Quare iteranda 1.m post *et—et*, *nec—nec* semper: *Et* IN *bello et* IN *pace.*

2.° fere post *aut—aut* et *vel—vel.*

3.° etiam iteranda post *nisi* et post comparativa: IN *nulla re nisi* IN *virtute*, IN *nulla re melius quam* IN *virtute.*

NB. Cum *et—et, aut—aut* dicitur aliquando: *Cum et nocturno et diurno metu.* Cic. *Tusc.* 5, 23, 66.

448 Cum idem substantivum ad plures praepositiones pertinet, vel substantivum repetitur vel secundo loco pronomen *is* adhibetur; v. g. *Ante* CASTRA *et in* CASTRIS *pugnabatur*, *ante aciem postve* EAM, non vero: *ante postve aciem.*[1] — At potest: *Intra muros et extra; pro lege et contra* adverbiorum more.

1 Apud Caes. tamen, *C.* 3, 72, 2, legitur: *intra extraque munitiones.*

NB. Latine non potest, ut potest apud nos, secunda praepositio a prima pendere; sed circuitione utendum. Non enim dicitur: *Simulacrum Cereris* CUM FACIBUS IN MANIBUS, sed *faces manibus tenens;* estatua de C. con hachas en las manos.]

CAPUT XVI. DE HYPERBATO SIVE ORDINE VERBORUM ET ORATIONUM [1]

I. VERBORUM SITUS IN ORATIONIS MEMBRO IN SIMPLICIQUE ORATIONE

449 Substantivum continuatum nomini praecipuo generatim postponitur. *Q. Mucius* AUGUR *multa narrare de C. Laelio* SOCERO SUO *memoriter et jucunde solebat.* Cic. *Lael.* 1, 1.

NB. Appositum praeponitur, si vis inest in illo. IPSE AUGUR *Ti. Gracchus.* Cic. *Div.* 1, 17, 33. [— Et fere dicitur: REX *Dejotarus. Pompejus imperator* est «el general P.», *Imperator Claudius,* el emperador Cl. — *Urbs Roma, flumen Rhenum.*

450 I. Adjectivum et genitivus emphasis et oppositionis causa substantivo praeponuntur; alias saepe ordo liber est. ROMANUS *sum civis.* Liv. 2, 12, 9.[2]

NB. In certis locutionibus ordo fere servatur: *populus Romanus, aes alienum, jus civile, pontifex Max., provincia consularis, res familiaris, magister equitum, tribunus militum,* cet.

II. Interjici possunt inter adjectivum (pronomen) aut genitivum et substantivum:

1.° casus obliqui etiam cum praepositione. *Pro tantis* EORUM IN REMPUBLICAM *meritis.* Cic. *Phil.* 3, 15, 39. *Sextus liber* DE OFFICIIS

1 Cum orationis structura decoris gratia variatur neglecto simplici sermonis ordine, non vitium est, sed virtus quae hyperbaton apellatur, id est transgressio verborum. Neque enim semper eum locum verba in oratione obtinent quem naturalis ordo requirere videbatur; at saepe eorum sedes cogitationum nexu, vi ac robore sententiarum, denique numero et concinnitate elocutionis definitur. Quare breviter agendum de verborum situ primum in orationis membro, deinde in simplici oratione, postremo in composita.

Apud Cic., *Verr.* 5, 57, 147: CIVIS *Romanus sum.* Sed Mucii apud Liv. intererat esse *Romanum;* Gavii apud Cic. esse *civem (Romanum).* Cf. n. 459.

Hecatonis. Id. *Off.* 3, 23, 89. *Ista mihi tua fuit* PERJUCUNDA A PROPOSITA ORATIONE DIGRESSIO. Id. *Brut.* 85, 292.

2.° pars orationis, ablativus absolutus, oratio (simplex et composita). *Opinione omnium* MAJOREM ANIMO CEPI DOLOREM. Cic. *Brut.* 1, 1. MAGNA NOBIS PUERIS, Q. FRATER, SI MEMORIA TENES, OPINIO *fuit L. Crassum* cet. Id. *de Or.* 2, 1, 1. STOICORUM NON IGNORAS QUAM SIT SUBTILE *vel spinosum potius* DISSERENDI GENUS. Id. *Fin.* 3, 1.

451 I. Nonnulla verba et locutiones inseri solent orationi. *Nihil est,* MIHI CREDE, *virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.* Cic. *Fam.* 9, 14, 4. — Sunt praecipua: *opinor, credo, inquam (inquit), quaeso, mihi crede,* [1] *magni refert.*

II. Verbum **sum** eleganter aliquando distrahitur a suo participio. *Ea fere* SUNT *et Graecis litteris* CELEBRATA *et Latinis.* Cic. *Ac.* 2, 2, 4. *In eo viro qui* SIT *rempublicam afflictam et oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem libertatem et dignitatem* VINDICATURUS. Id. *Fam.* 2, 5, 2.

452 Adverbium verbis, adjectivis, aliis adverbiis saepe anteponitur, aut ab his separatur. *Virtutem omnibus rebus* MULTO ANTEPONENTES. Cic. *Fin.* 4, 18, 51. *Bellum, et maxime civile, opinione* PLERUMQUE *et fama* GUBERNATUR. Id. *Phil.* 5, 10, 26. *(Tam in bona causa* rarum pro: *in tam bona c.)*

453 I. Praepositiones suis casibus in soluta oratione praeire solent. Sed *versus* et *tenus* postponuntur: n. **160.** Item fere illa: *instar, causa, gratia, nomine.* — **Cum,** n. **160,** *NB.* 2.]

II. **Ante, circa, contra, inter, propter, de** interdum apud Ciceronem relativo postponuntur; item aliae apud alios. *Si* QUOS INTER *societas aut est aut fuit aut futura est.* Cic. *Lael.* 22, 83.

[Sic: *Is* QUEM CONTRA *venerat, negotium* QUO DE *agitur;* raro *quos ad, hunc post, juxta, adversus.*]

III. **Inter, circum** et aliae interdum a poëtis postponuntur. *Maria omnia circum.* Verg. *Aen.* 1, 33. *Lignum supra.* Phaed. 1, 2, 20.[2]

IV. **De, in, inter, ob** et aliae nonnullae, praesertim monosylla-

1 Etiam dicitur *crede mihi,* praesertim in sermone familiari, et semper *crede hoc mihi, crede igitur mihi,* cet. voce interjecta.

2 *Patriā procul* ap. Cic. *Fam.* 7, 6, 1, ex *Medea,* tragoed. Haec constructio *Faesulas inter Arretiumque* et similes sunt poëtarum et recentiorum.

bae, eleganter interponuntur interdum, apud oratores praecedente adjectivo aut pronomine, apud poëtas etiam subsequente. *Certis* DE *causis.* Cic. *de Or.* 1, 41, 186. *Suos* INTER *aequales.* Id. *Brut.* 64, 230. *Fronde* SUPER *viridi.* Verg. *B.* 1, 80.

[**Sic:** *Hoc in tempore.* Nep. *Milt.* 5, 1. *Tribus de rebus, paucos post menses, multos ante annos, magna ex parte, summa (cum) cura.*

NB. Praepositionem cum suo casu raro genitivus praecedit, v. g. *deorum in numero.* Excipe genitivum relativi, ut *quorum de virtutibus.*

V. Praepositiones possunt a suo casu sejungi ope 1.m genitivi, quem etiam oratio secundaria subsequatur. PROPTER *Hispanorum, apud quos consul fuerat,* INJURIAS. Cic. *Div. Caec.* 20, 66.

2.° adverbii. AD *beate* VIVENDUM. Cic. *Fin.* 3, 12, 41.

3.° raro casus obliqui pendentis a gerundio, participio aut adjectivo. IN *suum cuique* TRIBUENDO. Cic. *Brut.* 21, 85. IN *bella* GERENTIBUS. *Ib.* 12, 45; pro *in iis qui bella gerunt.*

4.° raro etiam ope conjunctionum quae postponuntur. POST *enim* CHRYSIPPUM. Cic. *Fin.* 2, 15, 43; fere *post Chrysippum enim.* CONTRA *mehercule* MEUM JUDICIUM. *(Per ego te deos oro.* Ter. *Andr.* 834 [5, 1, 15]; in precatione).

NB. Praepositiones a poëtis liberrime collocantur. *Magni* SPECIEM *glomeravit* IN ORBIS. Ov. *Vulneraque illa gerens quae* CIRCUM *plurima* MUROS *Accepit patrios.* Verg. *Aen.* 2, 278. VITIIS *nemo* SINE *nascitur.* Hor. *S.* 1, 3, 69. Et cf. v. g. Verg. *Aen.* 8, 143, et Ov. *Fast.* 5, 551, cet.]

454 I. **Que, ve, ne** primam vocem subsequuntur; at secundam saepissime post praepositiones monosyllabas. *Romam demigravit,* IN *foro*QUE *esse coepit.* Nep. *Cat.* 1, 1. *Ea quae dixi* AD *corpus*NE *refers?* Cic. *Fin.* 2, 33, 107.

[At invenitur etiam: *Inque eam rem.* Cic. *S. Rosc.* 39, 114; *cumque libellis, deve coloniis, exque iis, postve ea, proque summa benevolentia,* cet.

II. **Quidem** et **quoque** voci postponuntur. *L.* QUIDEM *Philippus Q. f.* Cic. *Off.* 2, 17, 59. *Illum* QUOQUE *fefellissem.* Id. *Rab. P.* 12, 33. — Eodem pacto: *Nunc demum, sexto demum anno.*

III. **Itaque, denique, tandem, tamen, etiam** postponuntur interdum. *Nunc itaque.* Hor. *Ep.* 1, 1, 10. *Omni denique doctrina eruditus.* Cic. *N. D.* 3, 9, 23. *Aliquando tandem.* Id. *Quinct.* 30, 94.

Hecatonis. Id. *Off.* 3, 23, 89. *Ista mihi tua fuit* PERJUCUNDA A PROPOSITA ORATIONE DIGRESSIO. Id. *Brut.* 85, 292.

2.° pars orationis, ablativus absolutus, oratio (simplex et composita). *Opinione omnium* MAJOREM ANIMO CEPI DOLOREM. Cic. *Brut.* 1, 1. MAGNA NOBIS PUERIS, Q. FRATER, SI MEMORIA TENES, OPINIO *fuit L. Crassum* cet. Id. *de Or.* 2, 1, 1. STOICORUM NON IGNORAS QUAM SIT SUBTILE *vel spinosum potius* DISSERENDI GENUS. Id. *Fin.* 3, 1.

451 I. Nonnulla verba et locutiones inseri solent orationi. *Nihil est,* MIHI CREDE, *virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.* Cic. *Fam.* 9, 14, 4. — Sunt praecipua: *opinor, credo, inquam (inquit), quaeso, mihi crede,* [1] *magni refert.*

II. Verbum **sum** eleganter aliquando distrahitur a suo participio. *Ea fere* SUNT *et Graecis litteris* CELEBRATA *et Latinis.* Cic. *Ac.* 2, 2, 4. *In eo viro qui* SIT *rempublicam afflictam et oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem libertatem et dignitatem* VINDICATURUS. Id. *Fam.* 2, 5, 2.

452 Adverbium verbis, adjectivis, aliis adverbiis saepe anteponitur, aut ab his separatur. *Virtutem omnibus rebus* MULTO ANTEPONENTES. Cic. *Fin.* 4, 18, 51. *Bellum, et maxime civile, opinione* PLERUMQUE *et fama* GUBERNATUR. Id. *Phil.* 5, 10, 26. *(Tam in bona causa* rarum pro: *in tam bona c.)*

453 I. Praepositiones suis casibus in soluta oratione praeire solent. Sed *versus* et *tenus* postponuntur: n. **160.** Item fere illa: *instar, causa, gratia, nomine.* — **Cum,** n. **160,** *NB.* 2.]

II. **Ante, circa, contra, inter, propter, de** interdum apud Ciceronem relativo postponuntur; item aliae apud alios. *Si* QUOS INTER *societas aut est aut fuit aut futura est.* Cic. *Lael.* 22, 83.

[**Sic:** *Is* QUEM CONTRA *venerat, negotium* QUO DE *agitur;* raro *quos ad, hunc post, juxta, adversus.*]

III. **Inter, circum** et aliae interdum a poëtis postponuntur. *Maria omnia circum.* Verg. *Aen.* 1, 33. *Lignum supra.* Phaed. 1, 2, 20.[2]

IV. **De, in, inter, ob** et aliae nonnullae, praesertim monosylla-

1 Etiam dicitur *crede mihi,* praesertim in sermone familiari, et semper *crede hoc mihi, crede igitur mihi,* cet. voce interjecta.

2 *Patriā procul* ap. Cic. *Fam.* 7, 6, 1, ex *Medea,* tragoed. Haec constructio *Faesulas inter Arretiumque* et similes sunt poëtarum et recentiorum.

bae, eleganter interponuntur interdum, apud oratores praecedente adjectivo aut pronomine, apud poëtas etiam subsequente. *Certis* DE *causis.* Cic. *de Or.* 1, 41, 186. *Suos* INTER *aequales.* Id. *Brut.* 64, 230. *Fronde* SUPER *viridi.* Verg. *B.* 1, 80.

[**Sic:** *Hoc in tempore.* Nep. *Milt.* 5, 1. *Tribus de rebus, paucos post menses, multos ante annos, magna ex parte, summa (cum) cura.*

NB. Praepositionem cum suo casu raro genitivus praecedit, v. g. *deorum in numero.* Excipe genitivum relativi, ut *quorum de virtutibus.*

V. Praepositiones possunt a suo casu sejungi ope 1.m genitivi, quem etiam oratio secundaria subsequatur. PROPTER *Hispanorum, apud quos consul fuerat,* INJURIAS. Cic. *Div. Caec.* 20, 66.

2.° adverbii. AD *beate* VIVENDUM. Cic. *Fin.* 3, 12, 41.

3.° raro casus obliqui pendentis a gerundio, participio aut adjectivo. IN *suum cuique* TRIBUENDO. Cic. *Brut.* 21, 85. IN *bella* GERENTIBUS. *Ib.* 12, 45; pro *in iis qui bella gerunt.*

4.° raro etiam ope conjunctionum quae postponuntur. POST *enim* CHRYSIPPUM. Cic. *Fin.* 2, 13, 43; fere *post Chrysippum enim.* CONTRA *mehercule* MEUM JUDICIUM. *(Per ego te deos oro.* Ter. *Andr.* 834 [5, 1, 15]; in precatione).

NB. Praepositiones a poëtis liberrime collocantur. *Magni* SPECIEM *glomeravit* IN ORBIS. Ov. *Vulneraque illa gerens quae* CIRCUM *plurima* MUROS *Accepit patrios.* Verg. *Aen.* 2, 278. VITIIS *nemo* SINE *nascitur.* Hor. *S.* 1, 3, 69. Et cf. v. g. Verg. *Aen.* 8, 143, et Ov. *Fast.* 5, 551, cet.]

454 I. **Que, ve, ne** primam vocem subsequuntur; at secundam saepissime post praepositiones monosyllabas. *Romam demigravit,* IN *foro*QUE *esse coepit.* Nep. *Cat.* 1, 1. *Ea quae dixi* AD *corpus*NE *refers?* Cic. *Fin.* 2, 33, 107.

[At invenitur etiam: *Inque eam rem.* Cic. *S. Rosc.* 39, 114; *cumque libellis, deve coloniis, exque iis, postve ea, proque summa benevolentia,* cet.

II. **Quidem** et **quoque** voci postponuntur. *L.* QUIDEM *Philippus Q. f.* Cic. *Off.* 2, 17, 59. *Illum* QUOQUE *fefellissem.* Id. *Rab. P.* 12, 33. — Eodem pacto: *Nunc demum, sexto demum anno.*

III. **Itaque, denique, tandem, tamen, etiam** postponuntur interdum. *Nunc itaque.* Hor. *Ep.* 1, 1, 10. *Omni denique doctrina eruditus.* Cic. *N. D.* 3, 9, 23. *Aliquando tandem.* Id. *Quinct.* 30, 94.

Pars est tamen divitiarum (nummus). Id. *Fin.* 4, 12, 31. *(Autem* et *vero*, n. **378**, II).

IV. Vocabula quae ad eandem vocem spectant eleganter saepe quibusdam interpositis distrahuntur. *Ea fere sunt* ET GRAECIS LITTERIS *celebrata* ET LATINIS. Cic. *Ac.* 2, 2, 4. *Bellum, et maxime civile,* OPINIONE *plerumque* ET FAMA *gubernatur.* Id. *Phil.* 5, 10, 26. *Ipse Sulla* AB SE *hominem* ATQUE AB EXERCITU *suo removit.* Id. *Verr.* 1, 15, 38. DOLORI SUO *maluit quam* AUCTORITATI VESTRAE *obtemperare.* Id. *Man.* 19, 56.]

455 Elegantissime proxima inter se collocantur:

1.m Voces ab eadem stirpe derivatae et casus dissimiles ejusdem vocabuli. TUAE TIBI *occurrunt injuriae.* Cic. *Par.* 2, 18. HOSTIS HOSTEM *occidere volui.* Liv. 2, 12, 10. [*Rusticus urbanum* MUREM MUS *paupere fertur Accepisse cavo,* VETEREM VETUS *hospes amicum.* Hor. *S.* 2, 6, 80. ILLE *qui* ILLA *non invitus haberet.* Cic. *Verr.* 4, 18, 38. — Frequentia sunt pronomina apte conjuncta. INIMICI MEI MEA MIHI, *non* MEIPSUM *ademerunt.* Cic. *Att.* 3, 5.]

2.° Vocabula opposita. *Quid est enim fletu* MULIEBRI VIRO *turpius?* Cic. *Tusc.* 2, 24, 57. [*Patris* DICTUM SAPIENS TEMERITAS *filii comprobavit.* Id. *Or.* 63, 214. *Cum caput* OBSCURA NITIDUM *ferrugine texit.* Verg. *G.* 1, 467. *Gravi teste privatus sum amoris summi erga* TE MEI. Cic. *Fam.* 2, 2. RUSTICUS URBANUM *murem* cet. Hor.

456 I. Vocabula opposita ita etiam collocantur in diversis orationibus ut **a)** alterum sit initio, alterum in fine, vel **b)** utrumque initio, vel **c)** utrumque in fine: **a)** EVOLARAT *jam e conspectu fere fugiens quadriremis, cum etiam tum ceterae naves uno in loco* MOLIEBANTUR. Cic. *Verr.* 5, 34, 88. **b)** AB ADULESCENTIA *confecit orationes;* SENEX *historias scribere instituit.* Nep. Cat. 3, 2. **c)** *Defendi rempublicam* ADULESCENS, *non deseram* SENEX. Cic. *Phil.* 2, 46.]

II. Cum binae voces binis vocibus opponuntur, in altero membro saepe adverso ordine conjunguntur. RATIO *enim nostra* CONSENTIT, PUGNAT ORATIO. Cic. *Fin.* 3, 3, 10. [FRAGILE CORPUS ANIMUS SEMPITERNUS *movet.* Id. *Rep.* 6, 24, 26 [*Somn. Sc.* 8]. *Non enim video quomodo sedare possint* MALA PRAESENTIA PRAETERITAE VOLUPTATES. Id. *Tusc.* 5, 26, 74.[1]

1 Haec porro verborum collocatio vocatur *chiasmus* (χιασμός), «disposición en cruz, cruzamiento», a littera χ, quae crucis formam quodammodo refert.

457 I. Pronomen demonstrativum cum est antecedens relativi, orationem relativam saepe subsequitur. *Haec* QUI *facit, non ego* EUM *cum summis viris comparo.* Cic. *Marc.* 3, 8. QUOD *enim est apud Ennium,* ID *latius patet.* Id. *Off.* 1, 8, 26.

II. Relativum et interrogativum dictionem cui vis tribuitur interdum subsequuntur. Item conjunctiones subordinantes. ROMAM QUAE *asportata sunt ad aedem Honoris et Virtutis videmus.* Cic. *Verr.* 4, 54, 121. TARENTUM *vero* QUA *vigilantia, quo consilio recepit.* Id. *C. M.* 11. ROMAM UT *nuntiatum est,* cet. Liv. 5, 23, 1. Nunquam tamen relativum et conjunctio in soluta oratione verbum subsequuntur.

III. Vocativus saepissime post unam alteramve vocem collocatur. *Egredere ex urbe,* CATILINA. Cic. *Cat.* 1, 8, 20.

458 Ordo simplicissimus verborum in oratione hic est: primo loco ponitur subjectum cum iis quae ad illud pertinent, deinde complementa; verbum sententiam claudit. *Romani templum in Capitolio Minervae* CONDIDERUNT, vel: *Romani Minervae templum in Capitolio* CONDIDERUNT; cet. [1]

459 Attamen oratio a certis quibusdam verbis saepissime orditur:

1.m a voce interrogativa.

2.° a particula subordinanti, cum oratio est secundaria. Cf. **457**, II.

3.° a relativo et demonstrativo tum pronomine, tum adverbio, quibus quasi vinculis sententiae conectuntur. ILLUD *est Catonis;* A QUO *cum quaereretur,* cet. Cic. *Off.* 2, 25, 89. QUAE *cum intuerer.* Id. *Rep.* 6, 18 [*Somn. Sc.* 5]. EJUS *autem collega et in me perhonorificu set partium studiosus ac defensor bonarum.* Id. *Att.* 1, 13.

4.° a negatione quae totam orationem afficiat. NEQUE *enim fas esse arbitror quicquam me rogantem abs te non impetrare.* Cic. *Fam.* 5, 12, 8.]

460 Saepe princeps vocabulum vel initio vel in exitu ponitur, quo vehementius animum percellat majorve orationi virtus accedat.

1.m initio: Do, DO *poenas temeritatis meae.* Cic. *Att.* 9, 10, 2.

1 Cf. Quintil. 9, 4, 26. Accusativus aliis casibus praeit frequenter.

[AD MORTEM *te, Catilina, duci jussu consulis jampridem oportebat.* Id. *Cat.* 1, 1, 2. PRAECLARE *ergo Aristoteles.* Id. *N. D.* 2, 37, 95.]

2.° in exitu: *Sed ea quae scripsisti me tardarunt, et* AUCTORITAS MAXIME TUA. Cic. *Att.* 9, 10, 3. [*Propterea quod aliud iter haberent* NULLUM. Caes. *G.* 1, 7, 3. *M. Antonius disertos ait se vidisse* MULTOS, *eloquentem omnino* NEMINEM. Cic. *Or.* 5, 18. *Meum fuit officium vel diligentia et copiis resistere, vel cadere* FORTITER. Id. *Fam.* 14, 3, 1. *Quod ante id tempus accidit* NUNQUAM. Caes. *C.* 1, 6, 7.[1]

461 Apud poëtas major invenitur quam apud alios scriptores transgressio verborum.[2]

II. ORDO ORATIONUM COMPOSITARUM

462 I. Orationes secundariae omnes, consecutivis exceptis, orationi principi praemitti possunt aut inseri.

a) Concessivae et comparativae multo frequentius praemittuntur quam inseruntur.

b) Temporales, condicionales, causales, interrogativae praeponuntur saepe, saepe subjiciuntur.

c) Objectivae et finales multo saepius subsequuntur.

1 In infinito sine accusativo ea quae ad verbum primarium pertinent non solent inter duplex verbum interponi, praesertim si primarium praeit secundario. Sic: *Philippus capta Olyntho constituit Amphipolim aggredi* significat: F. después de la toma de O. resolvió acometer a A. *Philippus constituit capta Olyntho Amphipolim aggredi* significat potius: F. determinó acometer a A., luego que hubiese tomado a O.; i. e. *Philippus utrumque constituit et capere Olynthum et Amphipolim aggredi.* Utraque significatio continetur hoc ordine: *Philippus capta Olyntho Amphipolim aggredi constituit.*

2 Praeter ea quae de praepositionibus, cet. dicta sunt haec maxime animadvertenda:

1.m Praepositio cum suo casu et sine praepositione casus a suis verbis et participiis secerni possunt. *Solos felices* VIVENTES *clamat* IN URBE. Hor. *S.* 1, 1, 12.

2.m Adjectivum et genitivus a suis substantivis ad poëtae arbitrium sejunguntur. *Ipse* DEUM *tibi me claro demittit Olympo* REGNATOR. Verg. *Aen.* 4, 268. — Sic frequens est distributio substantivi et adjectivi per duas hexametri partes et pentametri: *Cum* CAPUT OBSCURA | NITIDUM FERRUGINE *texit,* IMPIAQUE AETERNAM | *timuerunt* SAECULA NOCTEM. Verg. *G.* 1, 467-68. *Qui* FERA TERRIBILI | *jaculatur* FULMINA DEXTRA. Ov. *M.* 2, 61.

3.m **Et, nec, sed (sed enim), nam, namque,** raro **aut** et **vel,** item pronomen relativum secundam sedem occupare possunt. *Quo gemitu conversi animi,* COMPRESSUS ET *omnis Impetus.* Verg. *Aen.* 2, 37. PROGENIEM SED ENIM *Trojano a san-*

d) Ablativus absolutus collocatur in sede orationis cui respondet. *Cautius posthac historiam attingam*, TE AUDIENTE. Cic. *Brut.* 11, 44; causalis.

e) Orationes infinitivae saepissime subsequuntur.

II. Inseritur autem oratio secundaria primariae hac fere ratione:

1.m Si nominativus aut accusativus orationis primariae pertinet etiam ad secundariam, vox haec communis praecedit, et in secundaria reticetur. PYTHAGORAS, *cum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur.* Cic. *N. D.* 3, 36, 88. At etiam: *Cum Pythagoras in geometria*, cet. ID *quidem ego, si tu neges, certo scio.* Ter. *Haut.* 632.

2.° Si casus obliquus orationis primariae subjectum est secundariae, praeit casus obliquus, subjectum vero secundariae reticetur. L. MANLIO *A. f., cum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit.* Cic. *Off.* 3, 31, 112. *(Idem)* CRETENSIBUS, *cum ad eum legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit.* Id. *Man.* 12, 35.

3.° Ubi terminus communis nullus est, praemittitur vocabulum, cui major quam ceteris vis tribuenda. TREBATIUM *cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere.* Cic. *Fam.* 7, 5, 1. TUIS *enim* OPIBUS ET CONSULATU TUO, *etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abjiceremus.* Id. *Fam.* 11, 21, 4.

NB. 1. Etiam duplex oratio secundaria primariae praeponi aut

guine duci Audierat. Ib. 1, 19. *Arma virumque cano*, TROJAE QUI *primus ab oris* cet. — Et particulae subordinantes ab initio orationis longius trajiciuntur. *Hic jacet immiti consumptus morte Tibullus, Messallam terra* DUM *sequiturque mari.* Tib. 1, 3, 55.

4.m Conjunctiones copulativae et dijunctivae non semper alterum membrum proxime praecedunt *Ubi acris Invidia* ATQUE *vigent* UBI *crimina.* Hor. *S.* 1, 3, 61. *Cum lectulus* AUT *me* PORTICUS *excepit. Ib.* 1, 4, 133. *Namque pila lippis inimicum* ET *ludere* CRUDIS. Hor. *S.* 1, 5, 49; = *namque pila ludere lippis et crudis inimicum (est).*

5.m Encliticae **que, ve, ne** junguntur aliquando vocabulo, verbo saepe, inter utrumque earum membrum interjecto. *Messallam* TERRA *dum sequiturque* MARI. Tib. 1, 3, 55.

NB. **Que** transferri potest ad duas pluresve dictiones sequentes. PRAESENTIS *casus immemoremque facit.* Ov. *Tr.* 4, 1, 40.

6.m Substantivum duabus orationibus commune ponitur nonnunquam in sola secunda, adjectivo aliquando primae addito. *Transmittunt cursu campos atque agmina* CERVI *Pulverulentâ fugâ glomerant.* Verg. *Aen.* 4, 154. *Quid pater* ISMARIO, *quid mater profuit* ORPHEO? Ov. *Am.* 3, 9, 21.

7.m Dictio, maxime verbum, orationis brevis primariae in secundariam transit aliquando. *Sedulus hospes Paene macros* ARSIT *dum turdos versat in igni.* Hor. *S.* 1, 5, 72.

Adn. Verborum collocatio liberior in poësi lyrica et epica est quam in comica, nam hujus sermo familiaris.

inseri potest. CUM *hostium copiae non longe absunt*, ETIAMSI *irruptio nulla facta est, tamen agricultura deseritur*. Cic. *Man.* 6, 15. (*Pythagorēos*) *ferunt*, SI *quid affirmarent in disputando*, CUM *ex ipsis quaereretur quare ita esset, respondere solitos: Ipse dixit*. Id. *N. D.* 1, 5, 10.

NB. 2. Oratio altera secundaria subsequi potest conjunctionem prioris secundariae. *Haec magnitudo maleficii facit* UT, NISI PAENE MANIFESTUM PARRICIDIUM PROFERATUR, *credibile non sit*. Cic. *S. Rosc.* 24, 68. (Secundaria inserta secundariae).

NB. 3. Oratio secundaria etiam inserta praeponi potest alteri secundariae a qua pendet. *Eodem die*, QUALIS ESSET NATURA MONTIS *et qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent misit*. Caes. G. 1, 21, 1.[1]

463 Parenthesis sententiam diversam in mediam conjicit comprehensionem. *Quae vis insit in his paucis verbis* (PLURA ENIM COMMITTENDA EPISTOLAE *non erant), si attendes*, QUOD FACIS, *profecto etiam* cet. Cic. *Fam.* 6, 2, 3. Illud vero cavendum diligenter, ne longior parenthesis neve crebro adhibeatur.]

III. De periodo

464 I. Periodus dicitur sententia composita, cujus oratio secundaria primariae sive anteponitur, sive interponitur. (*Naturam) si sequemur ducem, nunquam aberrabimus* Cic. *Off.* 1, 28, 100. *Te miror, Antoni, quorum facta imitere eorum exitus non perhorrescere*. Id. *Phil.* 2, 1, 1. (Periodus simplex).

NB. Dicitur etiam aliquando periodus sententia composita coordinata cujus prima oratio pendet a secunda ope particulae. *Ergo* ET *mihi meae pristinae vitae consuetudinem, C. Caesar, interclusam ape-*

1 I. Oratio infinitiva interjici potest inter orationem modi finiti: *Omnes* CAESAREM APPROPINQUARE *narrant*.

II. Oratio modi finiti aut aliquod ejus verbum interjici potest inter orationem infinitivam. *Pythagoram Phliuntem* FERUNT *venisse*. Cic. *Tusc.* 5, 3, 8. *Timotheum, clarum hominem Athenis et principem civitatis*, FERUNT, CUM CENAVISSET APUD PLATONEM EOQUE CONVIVIO ADMODUM DELECTATUS ESSET, VIDISSETQUE EUM POSTRIDIE, *dixisse*. *Ib.* 5, 35, 100: cf. 462, II, *NB.* 1.

III. Subjectum orationis infinitae aliquando, nonnunquam aliud vocabulum, praeponitur verbo orationis praecipuae. *Caesar* SESE *negat eo die proelio decertaturum*.

ruisti, ET *his omnibus ad bene de omni republica sperandum quasi signum aliquod sustulisti.* Cic. *Marc.* 1, 2.

II. Dicitur tamen proprie periodus, sive periodus oratoria, sententia in primis accommodata ad dignitatem orationi atque ornatum conferendum, e pluribus propositionibus secundariis sive antepositis sive interpositis conflata, ob eamque rem certis partibus sive membris a se mutuo pendentibus comprehensa, numero praestans et quasi concentu aures permulcens.

Nam cum antea per aetatem nondum hujus auctoritatem loci attingere auderem, statueremque nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere; omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. Cic. *Man.* 1, 1.

Constat igitur periodus oratoria e partibus duabus: protasi et apodosi, quae dicuntur etiam antecedens et consequens. Est autem protasis pars prior in qua oratio crescit quodammodo et attollitur; apodosis vero altera, in qua oratio perfecta conquiescit.[1]

1 Praeterea protasis et apodosis constant suis partibus seu membris, uno vel pluribus, unde periodus dicitur bimembris, trimembris, quadrimembris. At est etiam simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur: 464, I. Est autem membrum pars continens sensum aliquem sed suspensum atque imperfectum, cujus in fine morula aliqua fit et interspiratio; quare unam saltem orationem debet comprehendere; at potest plures sive interpositas sive consequentes. Singula porro haec membra si vel paria erunt vel non valde disparia, multo gratior et venustior erit oratio.

Jam vero membra constant interdum suis partibus sive incisis. Est ergo incisum pars membri quae brevem orationem vel explicitam vel implicitam comprehendit.

At extra periodum dicitur etiam membratim et incisim: vide Cic. *Or.* 67, 224.

NB. Subjecta periodus constat membris duobus, quorum primum duo incisa, alterum tria continet. *Quid est tam admirabile | quam ex infinita multitudine existere unum, || qui id quod omnibus natura sit datum | vel solus | vel cum paucis facere possit?* Cic. *de Or.* 1, 8, 31.

Adn. 1. Dotes periodi, rationem ipsius amplificandae reddendaeque numerosae v. in Rhetorica.

Adn. 2. Ab aliquibus recentioribus vocatur historica ea periodus quae apud historicos factum aliquod amplificat iis adjunctis quae rem praecedunt et comitantur. Vide v. c. Liv. 1, 6, 1.

CAPUT XVII. DE NONNULLIS FIGURIS ET ORATIONIS VITIIS [1]

I. Figurae

465 Figura est nova loquendi ratio a trito et vulgari sermone remota, quae fere ratione aliqua usuve disertorum nititur. Figurae aliae sunt grammaticae, aliae rhetoricae. Illae ad Latinam constructionem, hae ad ornatum maxime referuntur.

466 Syllepsis, i. e. comprehensio, habetur cum ad unum verbum sententiae plures coordinatae referuntur, nonnunquam etiam subordinatae. *Paene ille timore, ego risu* CORRUI. Cic. *Q. fr.* 2, 8, 2. [*L. Luculli virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam* IMITATI! Id. *Off.* 1, 39, 140. *Si te municipiorum non* PUDEBAT, *ne veterani quidem exercitus?* Id. *Phil.* 2, 25, 61. — Et potest verbum subaudiri etiam in alio tempore: *Olim, cum regnare existimabamur, non tam ab ullis, quam hoc tempore* OBSERVOR *a familiarissimis Caesaris.* Cic. *Fam.* 7, 24, 1; i. e. *ab ullis observabar.* [2]]

NB. Verbum infinitum frequenter subauditur ex finito etiam orationis secundariae. *Pueros attribue ei* QUOT ET QUOS VIDEBITUR. Cic. *Att.* 12, 30, 1; i. e. *attribuere* aut *attribuendos (esse). Rogat Rubrium ut,* QUOS COMMODUM EI SIT, *invitet.* Id. *Verr.* 1, 26, 65.

467 Zeugma figura est, praesertim apud poëtas et scriptores minus accuratos, qua verbum ad plura substantiva refertur, quod tamen proprie viciniori convenit. *Alii* NAUFRAGIO, *alii* A SERVULIS *ipsius* INTERFECTUM *eum (Magonem) scriptum reliquerunt.* Nep. *Hann.* 8, 2; i. e. *naufragio perisse.* JURA MAGISTRATUS*que* LEGUNT. Verg. *Aen.* 1, 426. i. e. *jura constituunt mag. leg.*

1 Recentiorum doctrina de figuris saepe differt ab antiquorum.

2 Ab rhetoribus vocari solet adjunctio; quae cum potius ad constructionem quam ad ornatum pertineat, grammatica haec figura habenda est. Syllepsis est etiam rhetorum, sed ab hac diversa.

468 Ellipsis[1] figura est, qua id quod in oratione deest foris omnino petendum est. Desideratur autem:

1.m substantivum a) *aedes* aut *templum* frequenter post **ad**, aliquando post **ab** et **propter**. *Ventum erat* AD VESTAE. Hor. *S.* 1, 9. 35. [b) *uxor, filius, servus. Verania Pisonis (uxor), Hasdrubal Gisgonis (filius), Caecilia Metelli (filia).*]

2.° verbum **est** et **sunt** a) in proverbiis et sententiis. *Omnia praeclara rara.* Cic. *Lael.* 21, 79.

b) in rapida transitione et vehementi. *Sed haec vetera: illud vero recens, Caesarem meo consilio interfectum.* Cic. *Phil.* 2, 11, 25.

c) in vivida descriptione. *Mare (Africum) saevum, importuosum; ager frugum fertilis, bonus pecori, arbore infecundus.* Sall. *J.* 17, 5.

d) cum participio praeteriti in narratione. *Valerius Horatiusque consules sortiti, uter dedicaret.* Liv. 2, 8, 6. [Aliquando desiderantur etiam *erat* et *fuit*, *erant* et *fuerunt*.

NB. Raro desiderantur *sit* et *esse*. *Potest incidere saepe contentio et comparatio, de duobus honestis utrum honestius.* Cic. *Off.* 1, 43, 152. *Volo (nolo, malo) me physicum.* (Cum participiis *esse* frequenter desideratur).]

3.° In sermone cotidiano praesertim ejusque imitatione verbum passim celatur, cum sensus perspicuus est et brevitas expetitur. *Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum.* Cic. *Att.* 15, 17, 2; subaudi *venerit, proficisci.*

[Ita saepe cum verbis *dico, quaero* seu *interrogo, facio. Bene igitur idem Chrysippus (dixit).* Cic. *N. D.* 2, 14, 38. *Ille ex me, nihilne audissem novi; ego negare.* Id. *Att.* 2, 12, 2. *Valde considerandum est ne quid temere, ne quid crudeliter.* Id. *Off.* 1, 24, 82.—Item in transitionibus abruptisque interrogationibus. *Sed quid ego alios? (commemoro). Quid tibi cum hac re? Quid multa?* en una palabra.—*Di meliora! (dent); nihil ad me (pertinet); fortes fortuna (juvat)*, cet.

Nota locutionem *si nihil aliud*, «si no por otra razón», et apud Liv. et sqq. *nihil aliud quam. Venit in judicium (P. Junius)* SI NIHIL ALIUD, *saltem ut eum paulo obsoletius vestitum videret.* Cic. *Verr.* 1, 58, 152. *Venter in medio quietus* NIHIL ALIUD QUAM *datis voluptatibus fruitur:* cf. Liv. 2, 32, 9; i. e. *nihil aliud facit nisi fruitur.*

4.° Quo celerior feratur oratio, demitur aliquoties particula a) in

1 Latine dicitur *detractio:* QUINT. 1, 5, 38 et 40. Cf. 8, 6, 21, et 9, 3, 18.

obliqua interrogatione. *Homo quid ageret*, TACERET, RESPONDERET... *nesciebat*. Cic. *Verr.* 3, 25, 62; pro *taceretne an responderet*.

b) in oratione temporali et condicionali. *Nondum plane ingemueram: Salve, inquit Arrius*. Cic. *Att.* 2, 15, 3; subaudi *cum*. *Venit hiems, teritur Sicyonia baca trapetis*. Verg. *G.* 2, 519; = *cum venit*. *Probus quis Nobiscum vivit, multum demissus homo ille*. Hor. S. 1, 3, 56.[1]]

469 I. Anaphora est figura, qua vox eadem in singulis membris repetitur. *Nunc mihi* NIHIL *libri*, NIHIL *litterae*, NIHIL *doctrina prodest*. Cic. *Att.* 9, 10, 2.

II. Pleonasmus fit, cum aliqua dictio in oratione redundat. Adduntur enim interdum quaedam affirmationis gratia. HISCE OCULIS *egomet vidi*. Ter. *Ad.* 329 [3, 2, 31]. *Vocemque* HIS AURIBUS *hausi*. Verg. *Aen.* 4, 359. Quod si fit sine causa, vitium est.

NB. Pro simplici imperativo invenitur maxime in stilo familiari verbum **facio** adhibitum per periphrasim. FAC *valeas*. Cic. *Fam.* 12, 12, 5; i. e. *vale*. [FAC *ne quid aliud cures*. *Ib.* 16, 11, 1; pro *nihil aliud curaveris*. (*Impetrant* UT NE *jurent*. Id. *Verr.* 1, 47, 123. *Diem scito esse nullum, quo* DIE cet. Id. *Q. fr.* 3, 3).]

III. Enallage, i. e. immutatio, fit cum pars una orationis pro alia ponitur, ut **nullus** pro *non*, n. **424**, *NB.* 2; **vivere** pro *vita*. Ita adjectivum pro adverbio, n. **394**, *NB.*

IV. Tmesis est cum verbum compositum dividitur, aliqua dictione interposita. PER *mihi* GRATUM *erit* PER*que* JUCUNDUM: cf. Cic. *Att.* 5, 10, 4.

[*NB.* In soluta oratione fit tantum tmesis a) cum pronominibus *quicumque, qualiscumque*, minus saepe cum *quantuscumque* et *quilibet*, v. g. *qua re cumque possum; quo ea me cumque ducet; quale id cumque est;* CUJUS *rei* LUBET *simulator*, Sall. *C.* 5, 4; b) cum vocabulis juxta positis cumque compositis ex particula *per*, interjectis saepe particulis *que* et *ve*, ut *resque publica, senatusve consultum (res vero publica)*. At poëtae praepositionem etiam a verbo composito sejungunt ope particulae *que*, ut *inque salutatus*. Verg. *Aen.* 9, 288; item dijungunt *hactenus, eatenus, quadamtenus*. *Est* QUADAM *prodire* TENUS, *si non datur ultra*. Hor. *Ep.* 1, 1, 32; hasta cierto punto.]

1 Cf. KÜHNER, n. 178, 5.

V. Anacoluthon[1] est oratio in qua constructio incepta aut abrumpitur aut non absolvitur. *Saepe ego doctos homines — quid dico saepe? immo nonnunquam; saepe enim qui potui? qui puer in forum venerim, nec inde unquam diutius quam quaestor afuerim? — sed tamen audivi, et Athenis cum essem, doctissimos viros* cet. Cic. *de Or.* 2, 90, 365. *Utile videbatur Ulixi, ut quidem poëtae tragici prodiderunt (nam apud Homerum, optimum auctorem, talis de Ulixe nulla suspicio est), sed insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse.* Id. *Off.* 3, 26, 97; *utile v. Ulixi* subaudi *militiam subterfugere.*

VI. Hendiadys[2] exprimit per alterum substantivum quod poterat per adjectivum vel genitivum. *Pateris libamus et* AURO. Verg. *G.* 2, 192; pro *pateris aureis.* [*Molem et* MONTES *insuper altos Imposuit.* Id. *Aen.* 1, 61. i. e. *super (ventos) impos. molem altorum montium. Medicinam affert longinquitas et* DIES. Cic. *Tusc.* 3, 16, 35; apud quem haec figura frequens est.]

VII. Hypallage, i. e. mutatio, fit cum adjectiva non tribuuntur substantivo cui respondent, sed alii; ut: *Fontium* GELIDAE PERENNITATES. Cic. *N. D.* 2, 39; pro: *fontium gelidorum p.* Hanc figuram poëtarum usus valde frequentavit.

[VIII. Prolepsis est anticipatio quaedam, qua poëtae substantivo qualitatem attribuunt, quae ex actione verbi demum oritur. *Premit* PLACIDA *aequora pontus.* Verg. *Aen.* 10, 103; i. e. *premit aequora itu ut placida fiant,* sive *premendo placida reddit Protecti, ib.* 2, 444; de suerte que quedan protegidos.

IX. Hysteron proteron[3] est ordo verborum et sententiarum praeposterus (invertido), i. e. cum praecedit quod sequi deberet; ut: MORIAMUR *et in media arma ruamus.* Verg. *Aen.* 2, 353.

X. Subjectum orationis objectivae conjunctionalis atque interrogationis obliquae transit aliquando in accusativum verbi principis. Quod fit maxime in sermone cotidiano. Sic pro: *Istuc, quicquid est, fac ut* (EGO) *sciam* dixit Ter. *Istuc, quicquid est,* FAC ME *ut sciam. Haut.* 84 [1, 1, 32]. SCIS ME *in quibus sim gaudiis?* Ter. *Eun.* 5, 98, 5 [1035]. *Nam* SANGUINEM, BILEM, PITUITAM, OSSA *videor posse* DICERE *quo modo facta sint.* Id. Cic. *Tusc.* 1, 24, 56; pro: *nam sanguis, bilis,* cet *quo modo facta sint videor posse dicere.*[4] Cf. n. 348, *NB.* 1.]

1 Ex ἀν privativo et ἀκολουθέω, *sequor.* Omissio ipsa constructionis dicitur anacoluthia. V. *Biblioth.* NICOLAI E. LEMAIRE, vol. VI oper. Ciceronis, pp. XXX-XL, *de Anacoluthis in Ciceronis libris de Officiis,* auctore Carolo Beier.

2 «Est vox male conflata ex Graecis vocibus ἕν διὰ δυοῖν *unum per duo*». Forcell.

3 Ὕστερον πρότερον seu ὑστερολογία.

4 Cf. Granatensis: «*A todas las lumbres del cielo haré* que se entristezcan». *Orac. y Med., juicio final, señales que precederán.* B. 8, 44[1]: pro «haré que todas las lumbres»... (Attractio subjecti orationis secundariae ad primariam).

II. Orationis vitia

470 Oratio tres virtutes habere debet: ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit. Quamobrem omni contentione, velis ut ita dicam remisque fugiendus sermo barbarus, obscurus, inornatus.

I. Barbarum sermonem efficiunt soloecismus et barbarismus sive vitiosa partium orationis compositio et dictio parum Latina. [1]

II. Obscurus fit sermo maxime amphibolia seu ambiguitate, longiore et crebra parenthesi, confusa ac perturbata verborum transgressione; ut *Lachetem audio percussisse Demeam;* [*pila lippis inimicum et ludere crudis:* cf. n. **461,** 4.m

III. Inornatae orationis vitia sunt praecipue:

1.m Cacophonia, seu conjunctio consonantium quae aspere concurrunt; ut *rex Xerxes, ars studiorum, quispiam cuiquam quod convenit neget? O fortunatam natam, me consule, Romam.*

2.m Hiatus sive creber vocalium concursus, qui vastam et hiantem orationem reddit; ut *bacae aeneae amoenissimae; viro optimo obtemperasti olim.*

3.m Congeries multarum vocum eiusdem exitus; ut *plorantes, lacrimantes, obtestantes.*

4.m Macrologia, quae est longior quam oporteat sermo. *Legati, non impetrata pace, retro domum unde venerant abierunt.* Liv. apud Quintilianum, 8, 3, 53.

5.m Tautologia, quae est ejusdem verbi aut sermonis iteratio sine causa; ut *ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.*]

1 Accipe nonnullos: *Scribo cum calamo; id non facias; vocant nos ad ludum,* pro *vocamur; loquemur cum venias,* pro *cum venies* aut *veneris; habeo dicendum de senectute,* pro *dicendum mihi est; videtur quod philosophi disputant,* pro *philosophi videntur disputare; pedites ac equites* pro *equitesque, et, atque equites; crastina die,* pro *crastino (die); caput decimum secundum* pro *duodecimum; quinque, quinquaginta,* cet. *mille* pro *q. milia; lego quin intelligam,* pro *lego nec intelligo; a. d. V Kal. Junii,* pro *Junias; sede,* pro *assīde,* siéntate, siéntese V.; *emphatice,* pro *per emphasim, verba volendi,* pro *v. voluntatis; Areopágus,* pro *Areópagus; taedet me corrigendi,* pro *corrigere.*

NOTIONES ETYMOLOGIAE

[CAPUT I. DE VERBORUM FORMATIONE PER FLEXIONEM

I. De apophonia sive mutatione aliquarum litterarum [1]

1. Vocalium

471 I. Vocales substitutioni subjacent frequenter:

a) *ă* (breve) variat vices cum *ĕ* (brevi), ut *sătum* et *sĕro*. Cf. n. **140**, *NB*. 3.

b) *ĕ* (breve) 1.m variat vices cum *ŏ*, ut *tĕgo* et *tŏga*, cobertura, toga, *pĕndo*, peso, et *pŏndo*, en peso, del peso, *equŏs* (= *equus*) et *equĕ* (vocat.). 2.° cum *ĭ*, ut *tĕgo* et *tĭg-num*, *tĭg-illum*. 3.° *ĕ* (breve) syllabae clausae, n. **11**, transit in *ĭ* in syllaba aperta, ut *milĕs milĭ-tis*, *princĕps princĭ-pis*.

NB. *Ĕ* breve etiam amittitur, v. g. *s-unt:* cf. *es-t; gi-gn-o*, cf. *gĕn-ui; sīdo* pro **si-sd-o* a **si-sĕd-o*. (Syncopa).

c) *ĭ* breve finale saepe mutatur in *ĕ* breve, ut *marĕ* pro *marĭ*. [2] In medio verbo etiam expellitur, ut *valde* seu *valide*.

d) *ŏ* breve mutatur in *ŭ* breve in syllaba extrema, ut *servŭs* pro *servŏs*, *corpŭs* pro *corpŏs*, cf. *corpor-is*, *genŭs* pro *genŏs* (γένος), *dominŭm* pro *dominŏm:* cf. n. **25**, adn. in ima p.

NB. *O* (longum et breve) etiam amittitur, v. g. *ne-pōt-em* a *nepos*, et *ne-pt-em* a *ne-ptis; geni-tōr-em* et *geni-tr-īcem*, *geni-tŏr* et *geni-trix*.

e) *ŭ* breve mutatur in *ŏ* breve ante *r*, ut *fŏre* pro *fŭre*, a radice

1 Praemittuntur haec partim phonetica, partim morphologica, quod sint utilia ad ea quae sequuntur rectius cognoscenda. Quae ad compositionem et contractionem pertinent v. inferius, c. III. In toto hoc cap. de formatione verborum nonnulla traduntur solum ut veri similia. Cf. Mendizábal, Laurand, VI, cet.

2 *ai* incipit mutari in *ae* parte extrema saeculi sexti. Circa finem saeculi septimi et aetate Augustea vetus *ai* reviviscit. Garrucc. cap. XX, can. 6.

fu, cf. *fu-i*.[1] Etiam rejicitur, ut *disciplina* pro *discipulina*, a *discipulus*.[2]

f) *ei* fit *ī* longum, ut *hīc*, ab *heic*.[3]

g) *oi* 1.m initio syllabae fit *oe*, ut *poena* (a *poina); oe* autem fit *ū*, v. c. a *poena pūnire* (pro *poenire).* 2.° in syllaba finali evadit *ī*, ut *equi* (ab *equoi*).[4]

h) «*au* coepit mutari in *ō* saeculo sexto, v. g. *Claudius* in *Clōdius*».[5]

II. Vocales saepe subjacent mutationi quantitatis:

a) *ā* (longum) vices variat cum *ă* (brevi), ut *āreo* et *(h)ărena*, *lābor* verbum et *lăbo*, cet.

b) *ē* (longum) vices variat cum *ă* (brevi), ut *ēgi* et *ăgo*, *fēci* et *făcio;* et cum *ĕ* (brevi) ut *sē-men* et *sĕro*, *ēmi* et *ĕmo*, *tēgula* et *tĕgo*, *sēdes* et *sĕdeo* (et *sŏlium).*

c) *ī* (longum) sufficitur *ĭ* (brevi), ut *fīdus*, *fīdere*, cet. et *fides*, *fĭdelis*, cet.[6]

d) *ō* (longum) sufficitur *ŏ* (brevi), ut *fōdi* et *fŏdio*, *ōdi* et *ŏdium*, *sōpīre* et *sŏpor;* et *ă* (brevi), ut *dōnum* et *dăre*, *dătus; cōs* et *cătus;* item sufficitur *ĕ* (brevi), ut **majōs-em*, prisc. pro *majōr-em*, et *majĕstas*, **honōs-em* pro *honōr-em* et *honĕs-tas*.

e) *ū* (longum) sufficitur *ŭ* (brevi), ut *lūceo*, *lūna*, pro **luc-na*, et *lŭcerna*.

NB. Litterae finales *l*, *m*, *r*, *t* corripiunt vocalem praecedentem natura longam, v. g. *tribunāl*, cf. *tribunālis; amabām*, cf. *amabāmus; amōr*, cf. *amōris, mātĕr*, cf. μήτηρ; *amāt*, cf. *amās, monĕt*, cf. *monēs, audīt*, cf. *audīs*. Sed de monosyllabis, n. 523.

III. Aliquoties per epenthesim additur vocalis medio vocabulo, v. g. *ag*-E-*r*, cf. *agr-i*, *pulch*-E-*r*, *ūc*-E-*r* pro *ācr-is*.

1 «Antiqui moris fuit *u* vertere in *o* subsequente *l*, v. gr. *volnus* pro *vulnus*, *volt* pro *vult*, *Hercoles; u* vel *o* promiscue jam adhibetur prima parte saeculi sexti; rarior deinde *o*». Cf. Garrucc. *ibid.* V. n. 130, *NB.*

2 Cf. Quintil, 1, 6, 19.

3 «*ei* pro ī (longo), in radicibus vocum ad antiquissimam linguam sic pertinet, ut ejus consuetudo nunquam sit intermissa». Garrucc. *ib.*

4 «*oe* diphthongus medio saeculo septimo incipit locum tenere *oi*, qua aetate *mūrus* pro *moirus*, *lūdus* pro *loidus* aut *loedus* scribitur». Garrucc. *ib.*

Ib. Nota mutationem *du* in *b: bellum*, olim *dvellum* sive *duellum. Aufugio*, cet. n. 167, I.

6 Cf. prisc. *feidere (fīdere)* et *foidos (foedus)*.

2. Consonantium [1]

472 I. Ante *s* et *t* in derivatione **b** vertitur in **p**, ut a *scrib-o*, *scrip-si*, *scrip-tum;* in compositione raro: v. g. *ob-tineo*, raro *op-tineo:* cf: n. **139**, I; **c** autem in **g** sequentibus *l*, *m* aut *n*, ut *neg-lego* a *nec*, *seg-mentum* a *sec-o*, *ilig-nus* ab *ilic-is*.

II. Dentales **d** et **t** excluduntur saepe *s* subsequente, ut *fons* pro **fonts*, cf. *font-is:* cf. etiam n. **139**, II.—Et **d** finale resecatur post vocalem productam: *musā* pro **musad*, *templō* pro **templod*, *prō* a **prod*, *certē* et *certō* pro **certed*, **certod*.

III. **n** praecedens *s* finalem expungitur, vocalis autem brevis compensatione producitur, ut *musās* pro **musans*, *puerōs* pro **puerons*.

IV. **m** et **n**, praeeunte consonante,[2] **e** sibi praeponunt, ut *ped-em* pro *ped-m*, *ped-ēs* pro **ped-ens*, v. praecept. proxime antecedens. Adduntur autem praesenti aliquorum verborum quae *a*, *i*, *u* habent in radice, ut *fra-n-go*, cf. *freg-i*, *vi-n-co*, cf. *vic-i*, *ru-m-po*, cf. *rup-i*. (Epenthesis).

V. **l** mutatur in **r** cum in altera syllaba est alterum *l*, ut *familiaris*, *militaris* pro **familialis*, **militalis*, *caeruleus* pro **caeluleus (caelum)*.

VI. **r** e contrario convertitur in **l**, ut *agel-lus* pro **ager-lus*, *stel-la* pro **ster-la*.

Nota etiam hanc assimilationem perfectam in *flam-ma* pro **flag-ma*, *sum-mus* pro **sup-mus*, cf. *supra*, *superior*, *concus-si* pro **concut-si*, *mes-sui* pro **met-sui*, *penna* (et *pinna*) pro **pet-na* a *pet-o*, *sel-la* pro **sed-la* a *sed-eo*, *quip-pe* pro **quid-pe*, cf. *nem-pe; mes-sis* pro **met-tis(?)* cf. *meto; mis-sus* pro **mit-sus;* sed *mī-si* pro *mis-si*, cet.

VII. Cum vox in duplicem explosivam [3] exit, posterior expungitur, v. g. *lac* pro **lact*, cf. *lact-is*.

VIII. **s** vocalibus interjacens mutari solet in **r**, ut *flor-is* a *flos*, *quaer-o* pro *quaes-o:* cf. *quaesumus*, *ama-re* pro *ama-se*, cf. *es-se*. (Rhotacismus).

IX. **s** post *l* et *r* mutatur in praecedentem: *vel-le* pro *vel-se*, *fer-re* pro *fer-se* ante *f* fit **f**, ut *differo* pro **dis-fero*, n. **168**, II.

X. In principio vocabulorum aliquando consonantes mutationi fuerunt obnoxiae; sic *guberno* pro **cub-*, cf. κυβερνῶ.

XI. Notanda hic **apocopa**, quae fit rejecta in fine littera, ut *puer* pro **puerŏs;* **metathesis**, cum littera locum mutat, v. g. *crēvi* a *cerno*, *sprēvi* a *sperno*, quod praesertim verbis liquidis evenit; **syncopa syllabica**, cum duae syllabae concurrunt aut aequales, v. g. *nutrix* pro **nutritrix*, aut eadem consonante incipientes, ut *stipendium* pro **stipipendium* ab *stipem pendere*.

1 Mutatas consonantes in praeteritis et supinis v. in nn. **139-141**, in praepositionibus, nn. **167-68**, alias, n. **166**, cet.

2 Dicuntur nasales vocales et hoc signo distinguuntur: *m̥*, *n̥*.

3 Dicuntur explosivae *b*, *c*, *d*, *g*, *p*, *t*.

II. De formatione positionum nominalium

473 I. In prima declinatione hae sunt positiones:

	SINGULARI		PLURALI	
Nom.	$\bar{a}$ + *(-s)*	= $\breve{u}$	$\bar{a}$ + $\breve{i}$	= *ae* [2]
Gen.	$\bar{a}$ + $-\bar{i}$ (arc. *-s)*	= *ae*	$\bar{a}$ + $-r\breve{u}m$ (prisc. *sōm)*	= *arum*
Dat.	$\bar{a}$ + $-\bar{i}$	= *ae*	$\bar{a}$ + $-\bar{i}s$ (raro $-b\breve{u}s$)	= $\bar{i}s$ [3]
Acc.	$\bar{a}$ + *-m*	= $\breve{a}m$ [1]	$\bar{a}$ + *(-n)s*	= $\bar{a}s$ [4]
Voc.	ut nominativus		ut nominativus	
Abl.	$\bar{a}$ + *(-d)*	= $\bar{a}$	ut dativus	

II. Cur *a* nominativi corripiatur causa manet ignota. *S* autem a nominativo primae rejicitur.

III. Genitivus exit in *es*. Sed haec positio substituitur per *i* locativum in prima et secunda declinatione; verum positionis *es* vestigia manent in genitivo *patrisfamiliās*. Cf. **471**, I, c).

IV. Vera ablativi terminatio non est simplex *d*, sed *ed;* quare *musā* est a *musad*, *musad* a **musaed*. Cf. **472**, II.

V. A **musa-sōm* est **musa-rōm*, n. **472**, VIII, et hinc *musa-rŭm*, n. **471**, II, *NB*. et *ib*. I, d). *Um* pro *arum*, n. **23**, *NB*. 2.

NB. In nonnullis thematis in *ro* amissa est per apocopen syllaba *os (us)*, v. g. *puer, vir*. Cf. n. **25**.

474 I. Secundae declinationis hi sunt exitus:

	SINGULARI		PLURALI	
	masc. et fem.	neut.	masc. et fem.	neut.
Nom.	*-s*	*-m*	$-\breve{i}$	$-\breve{u}$
Gen.	$-\breve{i}$	$-\breve{i}$	*-rum (-um)*	*-rum (-um)*
Dat.	$-\bar{i}$	$-\bar{i}$	$-\bar{i}s$	$-\bar{i}s$
Acc.	*-m*	*-m*	*-(n)s*	$-\breve{u}$
Voc.	—	*-m*	$-\breve{i}$	$-\breve{u}$
Abl.	*(-d)*	*(-d)*	$-\bar{i}s$	$-\bar{i}s$

II. *O* (breve) thematis in $\breve{u}$ est attenuatum in nominat. et accus., in $\breve{e}$ in vocativo. Cf. n. **471**, I, b) et d).

III. Genitivus caret exitu, qui substituitur locativo: *dominŏĭ* = *dominī:* n. **471**, I, g). Quae contractio fit etiam in nominat. et vocat. plur. Pro *domini* et *dominis* invenitur in titulis *dominei, -eis; ī* enim saepe per *ei* scriptum est: n. **5** in ima p.

1 Cf. n. **471**, II, *NB*.
2 Cf. n. **471**, I, c).
3 Forma prima est *ais*, *ai* autem in syllaba non imtiali fit ī. Laur. VI, 38.
4 Cf. **472**, III.

IV. Dat. * *dominŏī* contrahitur in *dominō*.[1]

V. Pro genit. *dominorum* cf. genit. *musarum*, ō producto per analogiam primae declinat. *Divum*, *superum*, cet. a * *divo-om* = * *divōm* = *divŏm*, n. **471**, II, *NB.* = *divum*, **471**, I, d).

VI. * *Dominŏ-is* = *dominīs*, **471**, I, g). * *Domino-ns* = *dominōs*, n. **472**, III.

475

I. Tertiae declinationis hae sunt positiones:

	SINGULARI		PLURALI	
	masc. et fem.	neut.	masc. et fem.	neut.
Nom.	*(-s)*	—	*-ēs*	*-ă*
Gen.	*-ĭs*	*-ĭs*	*-ŭm*	*-ŭm*
Dat.	*-ī*	*-ī*	*(ŭ) -bŭs*	*(ŭ) -bŭs*
Acc.	*-m*	—	*-ēs*	*-ă*
Voc.	*(-s)*	—	*-ēs*	*-ă*
Abl.	*ĕ (d)*	*-ĕ (d)*	*(ŭ) -bŭs*	*(ŭ) -bŭs*

II. Positio **ĭs** genitivi tertiae fit ab *ĕs;*[2] **ī** dativi ab *ay:*[3] **em** et **es** accus. v. in n **472**, IV; ablativus in **ĕ** oritur ex locativo **ĭ**, quod mutatur in *ĕ* n. **471**, I, c); ablat. in **ī** efficitur ex *i-ed* = *īd* = *ī*[4]; **ēs** nominativi et vocat. pluralis ex *ey-es* = *ĕĕs* = *ēs;*[5] **ŭm** est ex *ŏm*, n. **471**, I, d).

III. Themata tertiae sunt:

1.m labialia, ut *Arab-s*, *inop-s*.

2.° dentalia; quorum masculina et femin. amittunt dentalem ante *s*, neque habetur compensatio, ut *mīlĕ-s* pro **milet-s*, cf. gen. *mīlĭt-is*,[6] *praesĕ-s*, cf. gen. *praesĭd-is*. Neutra vero dentalem in nominat. (et accus.) semper amittunt, ut *poëma*, *poëmat-is*. Substantiva autem cum themate in **nt**, saepe utramque consonantem, facta compensatione amittunt, ut *gigās*, *gigant-is*.

3.° gutturalia; quae in nominat. desinunt in **x**, ut *dux*, *duc-is*, *rex*, *reg-is*.

4.° nasalia, ut *hiem-s*. Neutra in **en** servant in nominat. thema purum, v. g. *carmĕn*, *carmĭn-is;* cetera in **n** excludere nasalem solent, neque *s* recipiunt, ut *sermo*, *sermon-is*, *homo*, *homin-is*.

5.° liquida; quae carent *s*, ut *consul*, *consul-is*, *amŏr*, *amōr-is*. Nominativus in **ter** *e* amittit in flexione, ut *pater*, *patr-is*.

1 *I* autem oritur ex *ay*. Ita etiam in prima declinatione. Cf. LAUR. VI, 87.

2 Cf. LAUR. VI, 122. Est etiam genit. in *us* apud priscos, ut *Castŏrus*, *hominus* pro *Castorŏs*, *hominŏs*, n. **471**, I, d); *-os* autem est ab *-es:* cf. *ib.* b) et gen. Graecus.

3 LAUR., *ib.* et 38.

4 *Ib.* 127.

5 *Ib.* 128 et 40.

6 Mutationem *ĕ* in *ĭ* vide n. **471**, I, b) Compensationem recipiunt monosyllaba, ut *pēs*, *vās* (*văd-is*), et tria polysillaba *abiēs*, *ariēs*, *pariēs*.

6.° in **s**, ut *flos, flor-is*, 472, VIII; in polysyllabis vero **ĭ** mutatur in **ĕ** ante *r*, **ŭ** in **ŏ**, v. c. *cinĭs, cinĕr-is, tempŭs, tempŏr-is:* cf. n. 471, I, **d**).

7.° in **i**; quorum masculina et fem. assumunt **s** in nominativo, ut *civi-s*, gen. *civ-ĭs*. (*Civīs* et *civeis* = *cives*, n. 41). — Animadverte in his neutra in **ĕ**, **ăl** et **ăr** pro *i*, *ăl-e* et *ar-e*, ut *mare, animal, calcar*. Adde masculinis et femininis themata in **u** : *gru-s* et *su-s*.

476 Aliqua neutra rejiciunt ultimam consonantem cum *i* et *s*, ut *cor, mel* pro **cor-di-s, *mel-li-s*. Nonnulla vero masc. et fem. amittunt *i*, sed **s** assumunt, quo fit ut eorum thema exeat in consonantem. Sunt ea quidem:

1.m nomina in **x**, consonante praecedente, ut *falx*, pro **falci-s*.

2.° monosyllaba labialia, ut *pleb-s*, et dentalia in **ns**, ut *fons*. (*Ops* huc minime pertinet).

3.° nomina in **ās, ātis; īs, ītis; ūs, ūtis**, ut *Arpīnās* pro prisco *Arpīnātis*.

4.° participia in **ans** et **ens**, v. g. *aman-s* pro **amanti-s*.

477 I. Quarta declinatio nihil aliud est omnino quam ipsa tertia, facta nonnunquam contractione in hunc modum:

	SINGULARI			PLURALI		
N.	*manŭ-s*		. . .			*manūs* [2]
G.	*manu-ŭs* [1]	=	*manūs*	*manu-om*	=	*manuum*
D.	*manu-(ay)*	=	*manuī*	*manu-bus*	=	*manibus* [2]
Acc.	*manŭ-m*		. . .	*manu-(ns)*	=	*manūs*
V.	*manŭ-s*		. . .			*manūs*
Abl.	*manu-ŭd*, *manū-d*	=	*manū*	*manu-bus*	=	*manibus*

II. Neutra vide n. 51. Genitivus in **i**, *ib.* I, desumptus est a secunda declinatione.

478 Ad **quintam** declinationem pertinent nomina in *ē̆-s*, praeterea *fides, res, spes*, aliquando *plebes*. Insunt in eis positiones primae, dempto nominativo (et vocativo) utriusque numeri, qui **s** sibi assumunt. Cf. n. 53.

3. De formatione positionum pronominalium

479 I. Pronominibus **demonstrativis** et **relativis** triplex est terminatio masculina in nominativo:

1.ª *-s* finale, e. g. *i-s, qui-s, aliqui-s*.

1 Vel *manu-os:* cf. n. 51, I, adn. in ima p. et Laur. VI, 141.

2 Nominativus et vocat. plur. supplentur accusativo; dat. et ablat. ad modum tertiae.

2.ª *ĕ* ad radicale pertinens, ut *ille, ipse, iste.*

3.ª *ī* finale, ut *quī* pro *quo-ĭ*, *hī-c* pro *ho-i-ce;* haec particula est demonstrativa, cujus *e* per apocopen resecatur, n. **472**, XI.

II. Positio feminina est communis, i. e. in *-ă*, ut *eă, illă*, cet. At cum masculina est in *-ī* (pro *-oi*), feminina est in *-ae* (pro *-ai*), ut *quae* (=*qua-ī*), *hae-c* (=*ha-i-ce*, n. **472**, XI).

III. Positio neutra est peculiaris in *-d*, ut *i-d*, *illu-d* pro **illo-d*, n. **471**, I, d), *aliu-d*, *qui-d*, **ho-d-ce* (?)=*hoce*=*hoc*.

IV. Exitus *ī* dativi obtinet locum diphthongi, v. g. *ĕī* pro **e-ei*, *il-lī* (=**illo-i* et **illa-i*), *ipsī* (=**ipso-i* et **ipsa-i*), *ĭstī* (=**isto-i* et *ista-i*).

V. Accusativus masc. et fem. desinit in *-m*, ubi *hun-c* et *han-c* sunt pro *hum-c(e)*, *ham-c (e)*, n. **166**, VII, ablativus autem est idem qui in declinatione nominum, ut *hōc* pro **hod-ce; illō*, *illā* pro **illod*, cet.[1]

VI. Pronomen relativum, interrogativum et indefinitum duplex habent radicale: *quo-*, fem. *qua-*, et *qui-*: ad hoc posterius pertinent *qui-s, qui-d, quĭ-bus, quem*. — **Is** constat ex duplici themate: *i* et *eo (ea)*.— **Iste** componitur ex pronomine *is* et themate *-to-*. Quare flectendum esset *is-te*, **ea-ta*, **id-tod*. At prior pars immutata manet. — **Ipse**, n. 96, 3. Origo pronominis **ille** non est satis comperta.— **Aliquis** est ex *ali* pro *alio (alius)* et *quis*.

480 I. Ad pronomina personalia et possessiva quod attinet animadverte tria radicalia in pronomine primae pers.: *ego* pro solo nominat. sing., *me* pro ceteris casibus, et pro plur. *no-;* in secunda pers. *vo-* (in sing. *tu*, in tertia *su)*. Apud priscos invenitur genit. *mis, tis*, dat. *mihei, tibei, sibei*, accus. et ablat. *med, ted*,[2] dat. pl. *nobeis, vobeis*.

II. Adjectiva possessiva oriuntur a radicali pronominum, addito suffixo *-o-*. Sic a *me-o-, me-u-s*.

4. De positionum verbalium formatione [3]

481 I. Ut in nomine, sic in verbo distinguendum est radicale seu thema a flexionis exitu sive a positionibus personalibus. Quod vel est generale sive primarium, i. e. complexus litterarum quae sunt velut basis et fundamentum flexionis in omnique verbi forma reperiuntur, ut **ama**, vel est temporale sive secundarium, h. e. proprium alicujus temporis, efficiturque ex generali, addito suffixo. Ita ex radicali primario *ama* et suffixo **-ba-** oritur radicale imperfecti *ama-ba-*.

II. Flexio verbalis dicitur thematica, cum verbi radix conjungitur cum suffixis personalibus ope vocalis copulativae, ut *leg-i-s, leg-e-t, leg-a-mus, leg-u-nt;* athematica, cum vocalis copulativa deest, ut *fer-s, fer-t*.

1 Item pluralis, v. g. **illo-i* = *illi*. Genitivi *hujus, illius*, cet. non satis explicantur.

2 Acc. *sed*. In dat. sing. inveniri videtur suffixum locativum *-bi (hi);* cf. *i-bi, u-bi*.

3 Cf. Laur. VI, 186-226, Mendizábal, cet.

III. Exitus personales hi sunt, cf. n. **111**:

		ACTIVA	PASSIVA
Sing.	1.ª p.	*-m* (aut deest)[1]	*-r.*
	2.ª »	*-s* (Perfect. *sti.* Imperat. *-to*).[2]	*-ris -re* (Imperativ. *-re, -tor*).
	3.ª »	*-t* » *-to*).[2]	*-tur* » *-tor*).
Plur.	1.ª »	*-mŭs* (pro *mŏs:* cf. **471**, I, d).	*-mŭr.*
	2.ª »	*-tĭs* (Perf. *-stis.* Imperat. *-te).*	*-mĭni.*[3]
		» *tote).*	
	3.ª »	*-nt* » *-runt, re* » *-nto).*	*-ntur* (Imperativ. *-ntor).*

482 a) Radicale **praesentis** efficitur ex radicali primario, cum hoc exit in consonantem aut in *u*, n. **103**, addita vocali thematica **o**, ut *leg-o, minu-o*, quae in *leg-ŭ-nt* pro prisco *legŏnt* mutatur in **u**, n. **471**, I, **d**), mutatur vero in **e**, *r* subsequente atque in fine dictionis, ut *leg-ĕris* et *leg-ĕ;* in ceteris casibus mutatur in **i**, ut, *leg-ĭ-mus.* Cum autem radicale primarium exit in vocalem, i. e. in prima, secunda et quarta conjugatione, vocalis thematica contrahitur cum vocali radicalis, ut *amā (i)-s, monē (i)-mus, audī (i)-tis.*

NB. Aliqua verba tertiae conjugationis efficiunt radicale praesentis ope suffixorum **no, sco, to, io**, cet., ut *ster-no, no-sco, mit-to, fug-io, mor-ior; fi-n-do, fra-n-go, ru-m-po*, pro * *fid-no*, * *frag-no*, * *rup-no*, cet.

b) Radicale **praesentis imperativi** idem est quod praesentis indicativi.

c) Radicale **praesentis subjunctivi** efficitur *o* mutato in *ā*, ut *leg-a-m, mone-a-m, audi-a-m*, et in *ē*, ut *am-e-m.* Pauca verba habent suffixum *ī* optativum, ut *s-i-m, nol-i-m*, cet.

d) Praeteritum imperf. indic. adjungit suffixum *bā*, ut *ama-ba-m, mone-ba-m, leg-e-ba-m, audi-e-ba-m.* Excipe *sum* cum compositis.

e) Imperf. subjunctivi addit *se* (=*re* **472**, VIII) radicali indicativi, ut *ama-re-m, mone-re-m, leg-e-re-m, audi-re-m.*

f) Futurum imperf. indic. fit addito *bo* radicali praesentis primae et secundae conjug. et *a-m* radicali tertiae et quartae, ut *amā-bo, monē-bo, leg-a-m, audi-a-m. O* suffixi *bo* subjacet mutationibus praesentis *lego*, ut *ama-bis; a* vero primae personae vertitur in *e* in reliquis *leg-es, leg-et*, cet.

483 a) **Perfectum indicativi**, n. **140.**

b) **Plusqpftum indicativi** efficitur ex themate perfecti et suffixo *-esā-*, quod fit **-erā-**: **472**, VIII, ut **amav-esa-m* = *amav-era-m*: n. **471**, II, *NB.*

c) Futurum perfectum indicativi fit ut plusqpfectum; sed pro *ā* sibi adsciscit *o* praesentis: *amav-ero*, pro **amaveso*: cf. *cap-so.* Sed tertia pers. plur. desinit in *i-nt*, non in *u-nt.*

d) Perfectum subjunctivi est ut futurum perfect. indicat., sed pro *o* habet *i*, ut *amaverim.* (Est aoristus sigmaticus: cf. *au-sim*).

e) Plusqpfectum subj. fit a radicali perfecti indicativi et suffixo *-sse-*, v. g. *amavi-sse-m.*

f) Praesens infiniti radicali praesentis addit *se* = *re*, in pass. *sī* = *rī*, **472**, VIII, ut *amā-re, amā-rī.* Sed in tertia *leg-ere leg-i.*[4]

1 *O* praesentis obscurum remanet.

2 Pro *tod:* cf. n. **472**, II.

3 Videtur nominativus plur. masc. subaudito *estis.* Cf. λεγόμενοι.

4 *Se* videtur ortum ex suff. *-s-* et positione locativa *i* mutata in *ĕ:* cf. n. **471**, I, **c**). Quod si res ita se habet, praes. infin. est nomen verbale locativum. *I* passivum est priscus dativus, ut Graecus infin. — αι.

g) **Perfectum infiniti** ut plusqpf. subjunctivi, dempta positione personali, v. g. *amavi-sse*.

h) **Gerundium** et **gerundivum** radicali praesentis addunt *ndu-s, endu-s*, ut *ama-ndi, audi-endus*. Cf. n. **120**, I.

i) **Supinum**, n. **141**.

l) **Participium praesentis** adjicit *nti* radicali praesentis, in quarta *enti*: cf. n. **476**, 4.°

m) **Participium futuri** fit ex supino, addito suffixo *-uro-*, ut *lec-t-urus*.

484 In verbo *sum* flectendo a) *e* radicis **es**, pag. 104 extr., nonnunquam excluditur, v. g. *sum, sumus*.

b) Cum *s* vocalibus interjacet, mutatur in **r**, ut *er-o, fu-er-i-m*: **472**, VIII.

c) **i** subjunct. praes. suffixum est optativi, quod apud priscos est **ie**: **471**, I, f).

d) Infinitivus *fŏre* est pro *fŭre*, **471**, I, e); *fure* autem pro *fu-se*, **472**, VIII.

e) **ens, entis** pro *s-e-ns, s-e-ntis*: cf. n. **472**, IV et *ab-sens*.

CAPUT II. DE FORMATIONE VERBORUM PER DERIVATIONEM

I. Derivatio in genere

485 Radix appellatur simplex et primigenium dictionis elementum, quod stirpi seu familiae derivatorum originem praebet, quodque his communem tribuit notionem sive significationem. Radix fere monosyllaba est.

Igitur dictio primitiva est aut derivata: illa efficitur ex radice et simplici flexionis exitu, v. g. *reg-o, rex*, i. e. *rec-s* pro *reg-s:* cf. n. **139**, 2.° Derivata constat ex radice et flexionis exitu, interjecto suffixo, ut *am-a-re, reg-ali-s*. Suffixum autem est particula derivationi inserviens et notionem radicis generalem contrahens ad aliquid singulare significandum, v. g. eum qui regit, ut *rec-tor*, vel instrumentum quo quis regitur, ut *reg-ula*, cet.

NB. In voce primitiva radix et radicale idem est; sed in derivata radicale radice et suffixo constituitur.

Derivata autem sunt vel primaria vel secundaria: primaria sunt quae unum suffixum continent, v. c. *rec-tor;* secundaria quae plura, ut *am-a-tor, am-a-tor-iu-s*.

486 I. In verbis derivatis vocalis extrema vocis primitivae rejicitur saepe vel attenuatur, v. g. *arc-ula* ab *arca*, *dūr-i-tia* a *dūrus*.

II. Cum duae consonantes in derivatione concurrunt, eliditur aliquando consonans ultima radicis aut radicalis, ut *ful-men* a *fulg-eo*, *mō-bilis* a

mŏv-eo, rī-sus a *rīd-eo, tormentum* a *torqueo, corpu-lentus* a *corpus;* aut interjicitur vocalis euphonica *ĭ, ĕ, ŭ,* raro *ŏ,* ut *sanct-i-tas* et *sanct-i-mōnia* a *sanct-us, pi-e-tas* a *pius, mon-u-mentum* et *mon-i-mentum* a *mon-eo, vi-o-lentus.*

NB. Quandoque *i* euphonicum inter vocalem et consonantem interjectum cum altera vocali contrahitur, v. g. *perī-culum* pro * *peri-i-culum* a * *perĭ-or,* cf. *ex-perior.*

III. Inveniuntur aliquando verba similiter cadentia, quorum tamen suffixum diversum est, v. g. *funes-tu-s* a *funer-is* (pro *funes-is,* n. 472, VIII), et *mod-estu-s* a *mod-us.*

IV. Quemadmodum verba derivata primitivis, sic composita simplicibus opponuntur. Vox simplex, sive primitiva sive derivata, ea est quae unicam radicem complectitur, ut *rex, amātor.* Composita vero illa est quae plures continet, ut *magn-animus, in-am-abilis.*

Adn. Plura vocabula simul derivata sunt et composita.

II. Substantiva derivata

1. A verbis

487 Substantiva derivantur a radice aut a radicali verborum, substantivorum, adjectivorum.

Particulae quae inserviunt substantivis derivandis a verbis sunt maxime:

a) *or*, quae jungitur radicibus verborum primae, secundae ac tertiae conjugationis; [substantiva autem derivata actionem aut statum significant], ut *am-or, dol-or, fur-or* ab *amo, doleo, furo.*

b) *tor* et *sor*, [quae indicant personam generis masculini, addunturque radicali verborum eodem pacto quo *tum* et *sum*], ut *ama-tor, mon-i-tor, lec-tor, audi-tor, targī-tor, cur-sor, ton-sor.*

NB. 1. Nominibus masculinis in *tor* et *sor* respondent aliquando feminina in *trix*, ut *vena-tor, vena-trix, ul-tor, ul-trix; expul-sor, expul-trix.* Quod si nomina in *sor* oriuntur a verbis dentalibus, dentalis mutatur in *s* ante suffixum *trix*, ut *tons-trix* a *tondeo.*

NB. 2. *ā-tor, ĭ-tor* junguntur etiam radicali substantivorum, v. c. *viātor, gladiātor, funditor, vinitor, janitor, janitrix,* a *via, gladius, funda, vinea, janua.*[1]

NB. 3. Suffixum *ō* raro additur radici verborum ad nomina substantiva masculina efficienda, ut *err-o, -ōnis,* a verbo *erro.*

c) *tio, tus, tūra; sio, sus, sūra*, quae actionem vel actionis effectum saepius exprimunt, junguntur etiam verbis ut formae supini *tum* et *sum*, v. g. *mo-tio, mo-tus, na-tio, na-tura, cul-tus, cul-tura; ver-sio, cen-sio, ver-sus, cen-sus, cen-sura.*[2]

1 Vel potius a verbo obsoleto derivantur: cf. *(dē-viare), dī-gladiari.* V. Nonell, *Cantidad*, n. 485.

2 Supina nihil sunt aliud quam accus. et ablat. horum nominum in *tus* et *sus.* Ut *censura*, sic *dictatura, praefectura, praetura, quaestura.*

[*NB.* Cum verbum duplex suffixum admittit, scriptores recentiores saepius usurpant illud in *tus*.

d) *io*, *ium*, *īdo*, *īgo* indicare solent actionem etiam aut effectum, v. g. *obsid-io*, *contag-io; gaud-ium*, *od-ium; cup-ido*, *lub-ido; or-igo*, *vert-igo*. (At aliam notionem continent *legio*, a *lego*, escojo; *perfug-ium*, refugio, asilo, cet. Nota *vor-āgo* a *voro*, *im-āgo* ab *im-i-tor*.

e) *ēla* jungitur praesenti et supino verborum, ut *med-ēla*, *quer-ēla*, *corrupt-ēla*, *tut-ela:* cf. *tutus; clientela (cliens)*.

f) *iēs* verbis additum notare solet effectum externum, ut *ac-ies*, *conger-ies*, *effig-ies*, *spec-ies*.

g) *men* notat *a*) rem quae aliquid agit, aut in qua aliquid agitur, ut *flū-men* pro **flŭ-ĭ-men*, h. e. id quod fluit; *lū-men* pro **luc-men*, id quod lucet; *ag-men*, id quod agitur; *exa-men*, id quod exagitatur; aut significat effectum, instrumentum, actionem, ut *acū-men*, id quod acutum permanet, «punta»; *volū-men*, quod volutum manet, «rollo»; *nō-men*, id quo quis notus est; *certa-men* seu actio certandi.

h) *mentum* notat instrumentum, aptitudinem ad finem: *ornamentum*, *instrū(i)-mentum*, *al-ĭ-mentum*, *condī-mentum*, a *condire*, *mon-ŭ-mentum*, *adjū-mentum* pro **adjuv-mentum*, *seg-mentum*: **472,** I.

NB. 1. Suffixum *ā-mentum* etiam reperitur cum substantivis et adjectivis primae et secundae declin., ut *ferr-a-mentum*, *atr-a-mentum*, tinta de escribir. Cf. *ferratus*, *atratus*.

NB. 2. Multa substantiva in *men* sunt in usu tantum apud poëtas et scriptores aevi sequioris. Sic *conamen*, *hortamen*, *molīmen*, *tentamen* (et *tentamentum*), *velamen*, pro *conatus*, *hortatio*, *molītio*, *tentatio*, *velamentum*. Nota *teg-i-mentum*, *teg-u-mentum*, *teg-mentum; teg-i-men*, *teg-u-men*, *teg-men*.

i) *bulum* et *culum* (apud priscos et poëtas saepe *clum*) et *trum* exprimunt instrumentum, ut *voca-bulum*, *guberna-culum*, *ara-trum;* aliquando locum, ut *lat-i-bulum*, *cena-culum*.

NB. 1. Sequente *trum*, *d* et *t* mutantur in *s*, ut *ros-trum* a *rodo*, *claus-trum*, i. e. locus clausus.

NB. 2. Radici *c*, *g* finitae pro *culum* additur *ulum*, ut *jac-ulum* a *jacio*, *vinc-ulum* a *vincio*, *cing-ulum*.

NB. 3. Cum in radice verbi invenitur *l*, adhibetur suffixum *brum* et *crum* pro *bulum* et *culum*, v. g. *flā-brum*,[1] *lavā-crum*, *sepul-crum*.

NB. 4. Sic *turibulum*, *candelabrum*, cet. a substantivis *tus*, *candela*, cet.

Adn. Sunt alia suffixa verborum; MA, NUM, cet. ut *victŭma*, *dō-num*, *disci-pulus*, *alu-mnus*, cet.]

1 Eodem pacto *crī-brum* a *cerno*, et feminina in *bra*, ut *dolā-bra*, *lat-ĕ-bra*, *verĕ-bra*. De quantitate syllabae *lu* non satis constat in *involu-crum*, quae longa est apud Plautum, brevis apud Prudentium. Utrum licentia ille usus sit, an hic peccaverit doctiores viderint. ALVARO longa est, quod oriatur a supino: n. 444. LE BRUN S. J. etiam *Melius*, inquit, *tertia producitur ab* INVOLŪTUM. *Novus Apparatus Virgilii Poëticus*. Parisiis, 4666 (?)

2. Substantiva derivata a substantivis

488 Particulae quae inserviunt substantivis derivandis ab aliis substantivis sunt potissimum:

a) *al*, quae praecedente *l* mutatur in *ar*, cf. **472**, V, ut *anim-al*, *calc-ar*, *pulvīn-ar*, ab *anima*, *calx*, *pulvīnus*.—Proprie est suffixum adjectivum *ālis* seu *āris* in terminatione neutra, *e* dempto, quod tamen in paucis servatur, v. g. *fōc-ale*, a *fauces*.

b) *ārius*, quae exprimit artis exercitium aut vitae genus, ut *argent-arius*, *sic-arius*, *statu-arius*; *ārium* autem significat locum ubi res asservatur, ut *aer-arium*, *gran-arium*, *semin-arium*; *āria* notat aliquando locum, ubi aliquid elaboratur, ut *argent-aria*, mina de plata, casa de cambio.

c) *ātus*, quae indicat magistratum, v. g. *consul-atus*, *tribun-atus*.

d) *ētum*, quae addita nominibus arborum et arbuscularum indicat locum arboribus consitum: *arundin-etum*, *myrt-etum*, *oliv-etum*, *querc-etum*.[1] Sine *e*: *carec-tum*, *salic-tum*, *virgul-tum*, *arbus-tum*.

[e) *īle*, quae addita animalium nominibus significat stabulum: *bub-ile* (et *bov-ile*), *ov-ile*; item adjuncta verbis designat locum actionis, ut *cub-ile*, locus ubi cubatur, *sed-ile*, locus in quo sedetur.

f) *īna*, quae cum nominibus personarum indicat artem et locum ubi ars exercetur: *medic-ina*, *doctr-ina*, *tonstr-ina*, cf. n. **487**, b), *NB.* 1, *ustr-ina*.[2]

g) *ĭum*, quae cum nominibus personarum notat coetum, munus, actionem: *colleg-ium*, *sacerdot-ium*, *minister-ium*. Addita nominibus in *tor (tor-ium)* locum significare solet, ut *auditōrium*.

h) *ōnus*, *ōna*, *ūnus*, quae designant excellentiam aut munus, ut *patr-ōnus*, *matr-ōna*, *trib-ūnus*, *Pom-ōna*.

NB. Sunt alia suffixa vel rara, vel quorum significatio vaga est excurritque latius, vel quorum primitiva nondum satis cognoscuntur, v. g. *lect-īca* a *lectus*, lecho (*rubr-īca* ab adject. *ruber*), *urt-īca*; at *fabr-ĭca*, *man-ĭca*, *tun-ĭca* (*trīt-ĭcum* a *tero*, subaudi *granum*, cf. n. **499**, c), *milit-ia*; *ol-īva* ab *oleum*; *test-ĭ-mōnium*; adde *aer-ūgo* ab *aes*, *lan-ūgo*, *vesper-ūgo* (ab adject. *alb-ūgo*, *sals-ūgo*); *vir-āgo* (*indāgo*, *propāgo*), *cent-ŭria* a *centum*, *dec-uria*.

489 Nominibus masculinis in **ur** et **er** declin. secundae personarum et animalium respondent feminina in **a**, ut *capra* (*caper*), *dea*, *equa*, *magistra*; in *tor* respondent fem. in *trix*, n. **487**, b), *NB.* 1. Haec dicuntur nomina **mobilia**. Etiam, raro tamen, jungitur a thematis tertiae

1 Cfr. *viñedo*, *olmedo* et *olmeda*, *acebedo*, *acebeda* (et *acebal*) *alameda*, *saucedа*, cet.

2 *Officina* vel oritur ab *officium* vel contractum est ab *opificina*, *piscina* a *piscis*, *rapina* a *rapio*, *ruina* a *ruo*.

ad fingenda substantiva fem.: *antistita, clienta, hospita, tibicĭna*. Nota *reg-ina* et *gall-ina, leaena, avia, neptis (nepos), socrus (socer)*.

490 Suffixo **lus, la, lum** aut **culus, cula, culum** addito substantivis, aliquando adjectivis, efficiuntur deminutiva, quae rem parvam seu deminutam indicare solent, vel etiam frequenter teneros animi sensus, nonnunquam rem ridiculam vel parvi momenti; ut *hort-u-lus*, huertecito, hortezuelo, jardincito, *Tulli-o-la*, *mater-cula*, una pobre madre, *ingeni-o-lum*, un corto ingenio, un escaso talento, *pulchellus puer* dictum de viro deformi. Genus deminutorum desumitur ex vocibus primitivis.

In deminutivis autem effingendis haec animadverte:

1.m Particula **lus, la, lum**, interjecto ŭ euphonico, conjungitur radicali primae et secundae declin., item tertiae quod exit in **c** vel **g**, nonnunquam dentali. Quod si radicale primae et secundae est in **e** aut **i**, interponitur ŏ pro ŭ, seu deminutivum est in *ŏlus, a, um*.

RAD. 1.ae	RAD. 2.ae	RAD. 3.ae
anim-u-la	*aurit-u-lus*	*adulescent-u-lus*
caupon-u-la	*columb-u-lus*	*aetat-u-la*
cen-u-la	*frust-u-lum*	*fac-u-la*
gutt-u-la	*horrid-u-lus (a, um)*	*merced-u-la*
litter-u-la	*lect-u-lus*	*nutric-u-la*
penn-u-la	*parv-u-lus (a, um)*	*radic-u-la*
puell-u-la	*puer-u-lus*	*reg-u-la*
pup-u-la	*ram-u-lus*	*reg-u-lus*
virg-u-la	*serv-u-lus*	*tonstric-u-la*

Et vocali praecedente:

alve-o-lus	*corne-o-lus, a, um,*	*glori-o-la*
arane-o-la	*delici-o-lae*	*palli-o-lum*
besti-o-la	*fili-o-lus*	*Pute-o-li (orum)*
calce-o-lus	*fili-o-la*	*urce-o-lus*

2.° Si radicale primae aut secundae declin. finitur litteris **n** vel **r** vocali praecedente, hae saepe litterae mutantur in **l** per assimilationem, addita radicali syllaba **lus, a, um**; sic:

catel-la a *caten-a*, ajorca, brazalete, pulsera	*corol-la* a *coron-a*	*puel-la* ab inus. *puer-a*
	libel-lus a *liber*	*puel-lus* a *puer*

Sic deminuuntur verba, quorum radicale desinit in litteram **r**, praeeunte labiali aut dentali; h. e. expungunt liquidam recipiuntque **ellus, a, um**; velut:

canistel-lum a *canistr-um*	*capel-la* a *capr-a (*caper-a)*
fenestel-la a *fenestr-a*	*label-lum* a *labr-um*
libel-la a *libr-a (*lĭber-a)*	*scalpel-lum* a *scalpr-um*

491 In nominibus autem finitis in *ulus, ula, ulum* et nonnullis in *nus, na, num*, hae positiones mutantur in *el-lus, el-la, el-lum*. Aliqua ex his in *ulus* jam deminutiva sunt: *ocellus* ab *oculus*, *tabella* a *tabula*, *cistel-la* a *cist-u-la* a *cista*,[1] *porcel-lus* a *porc-u-lus* a *porc-us*, *agnel-lus* (**agn-u-lus*), *asel-lus* ab *asinus*, *lamel-la* a *lamina*.

1 Adhuc a *cistella* fit a Plauto *cistell-u-la*, a *lamella lamellula*.

NB. In paucis deminutio fit per *illus, a, um*, pro *ellus*, v. g. *bacillum, pulvillus*, a *baculum, pulvinus*. Sic *pugillus, sigillum*, a *pugnus* et *signum*, et a nominibus tertiae *anguilla, codicillus (lapillus*, pro **lapid-lus)*.

492 Suffixum **culus, a, um** additur:

1.m nominativo tertiae finito in **r** et **s**, cum hoc *s* thematicum est[1] ut *mulier-cula, passer-culus, pauper-culus, corpus-culum, flos-culus, munus-culum, os-culum;* cum comparitivis *durius-culus, grandius-culus, celerius-cule*, cet.

Sic: *arbus-cula (arbos), rūmus-culus (rūmor), vas-culum.*

2.° radicali tertiae in i; sed nomina in *es*, genit. *is* pro ĭ habent ē, ut *aedĭ-cula* ab *aedis* (et *aedes), dulcĭ-culus, a, um, fascĭ-culus, ignĭ-culus, nāvĭ-cula, cōlĭ-cula, partĭ-cula,* [2] *rētĭ-culum, vermĭ-culus; molē-cula, nubē-cula, vulpē-cula*. Similiter *sū-cula (sus)*.

3.° quintae declinationi, *s* nominativi euphoniae gratia sublato: *diē-cula, plebē-cula, rē-cula, spē-cula.* [3]

4.° paucis nominativis secundae et nominativo quartae, dempta nominativi terminatione, addito ŭ, *convent-ŭ-culum; art-ŭ-culus (artus), corn-ŭ-culum, vers-ŭ-culus.*

Quibus adde *cub-ī-culum* a *cubo* et *cunīculus*.

493 **Unculus** suffixum est multorum in *o, ōnis* et *o, ĭnis*. Pleraque in *o, ōnis* verbalia sunt:

canti-uncula	*imag-uncula*	*pugi-unculus*
capēd-uncula	*lecti-uncula*	*serm-unculus*
contracti-uncula	*orati-uncula*	*sessi-uncula*
hom-unculus, homuncio, homullus [4]	*possessi-uncula*	*virg-uncula*

Sic *caruncula*, et aliqua nomina secundae declinationis, ut *avunculus, mendaciunculum (ranunculus* a *rana)*.

494 [Propria poëtarum sunt, quae a grammaticis patronymica vocantur. Haec fere a Graecis nominibus fiunt, dicunturque patronymica, quod formentur frequenter a parentum nominibus, et filium aut filiam significent, ut *Pelīdes*, i. e. Achilles *Pelei* filius, *Thaumantias*, i. e. Iris *Thaumantis* filia, *Iliades*, i. e. Romulus ab *Ilia* matre, *Latōis*, i. e. Diana *Latonae* filia.

Sed oriuntur etiam:

a) A majorum nominibus, et nepotem aut neptem aut ex poste-

1 H. e. cum in genit. transit in *r: ōr-is* ab *os, muner-is* a *munus*, cet. Cf. n. **472**, VIII.

2 Nomina in *s* tertiae, praecedente consonante, habendae sunt tanquam radicalia in *i:* cf. n. **476**, 2.°

3 At *spĕcula*, cf. *speculari*, atalaya, altura (observatorio).

4 Particula **unculus** ex **uncio** derivati videtur, utraque autem ex *uncia;* quae quam apte inserviant formandis deminutivis unciae significatio docet. Nam *uncia* intelligebant Latini minimam cujus rei libet partem, nominatim vero *assis* sive librae Romanae.

ris aliquem significant, ut *Aeacĭdes Aeaci* nepos, i. e. Achilles; aut ab *Aeaco* originem trahens, i. e. Pyrrhus Epirotarum rex.

b) A fratribus, ut *Phorōnis*, i. e. Io seu Isis *Phoronei* soror, *Phaëthontias*, i. e. soror *Phaëthontis*.

c) A regibus et conditoribus, ut *Romulidae*, i. e. Romani, a *Romulo*, *Dardanidæ*, i. e. Trojani, a *Dardano*, iidem *Troes* a *Troe*; *Cecropidae*, i. e. Athenienses, a *Cecrope*, iidem *Thesīdæ*, a *Theseo*.

d) A regionibus, urbibus, montibus, fontibus, fluviis aliisque rebus. Quae formam quidem patronymicam habent, re autem vera *gentilia* sunt aut pro possessivis adjectivisque nominibus ponuntur, ut a regionibus: *Asis*, gen. *Asidis* vel *Asidos*, *Itălis*, *Libystis* a *Libya*, *Ausŏnis*, *Sarmătis*, *Sicĕlis* a *Sicilia*; ab urbibus: *Ilias*, *Sidŏnis*; a montibus: *Erymanthis*, *Maenalis*, *Pierĭs*; a fluminibus: *Tritōnis*, *Phasis*, cet.

495 In patronymicis formandis haec praecipue notanda:

1.m A nominibus **primae declinationis** fiunt **a)** patronymica masculina in *ădes*, gen. *adae*, ut ab *Ilia Iliădes*, i. e. Romulus, ab *Aenēa Aenĕădes*, *ae*, descendiente de Eneas, plur. *Aeneadae*, *um*, n. **23**, *NB.* 2, *Hippotades*, i. e. Aeolus *Hippotae* filius.— b) feminina in *eis*, *eidis* seu *eidos*, ut *Aenēis*, *Aenēĭdis* vel *Aenēĭdos*.

NB. Nomina primae declinationis aliquando assumunt *iădes*, *ae*, ut *Anchises Anchisiades*, *Laërtes Laërtiades*; pro genere feminino *ias*, *iădis*, ut *Pelias*, *ae*, *Pelias*, *Peliădis*, filia Peliae, *Aeētes* vel *Aeēta Aeētias*, etiam *Aeētis*, filia Aeetae (Medēa). (Sunt etiam alia suffixa: a *Phĭlyra Phīlyrides*, i. e. Chiron centaurus, a *Libya Libystis* (ursa), ab *Aenea Aenēides*, Iulus Aeneae filius, ab *Asia Asis*, cet.)

2.° Nomina **secundae declinationis a)** *us* finita assumunt *ĭdes* pro masculinis, ut *Aeacus Æacĭdes*; sic *Prĭamĭdes* a *Prĭamo*, *Æolides* ab *Æolo*, *Tantalĭdes* a *Tantalo*; pro genere fem. *is*, *idis*, ut *Aeolis* ab *Aeolo*, *Asōpis* ab *Asopo*, *Tantalis*, *Bēlĭdĕs*, *um*, Ov. *M.* 4, 462; cet.

NB 1. Nonnulla paenultimam habent longam, ut *Belīdes*, *Lycurgīdes*, *Amphiaraīdes*. BELIDAE *nomen Palamedis*, Verg. *Aen.* 2, 82.

NB. 2. Quae a nominibus secundae declinationis fiunt interdum etiam in *iădes* exeunt, ut *Asopiades*, ab *Asōpo*, *Battiades* a *Batto*.

Iăpĕtiŏnĭdēs ab *Iapeto*, pro *Iapetides*, longius a norma recessit. Ov. *M.* 4, 632.

b) Nomina in *eus* faciunt *īdes*, *ae*, paenultima longa, ut *Atreus*, *Atrīdes*. Sic *Pelīdes*, *Alcīdes*, *Achillīdes*, *Thesīdes*, *Tydīdes* et sexcenta alia. In genere fem. faciunt *ĕis*, *ĕidis*, ut *Nerĕis*.

c) Nomina in *ius* assumunt *iădes*, *ae*, ut *Thestius Thestiades*, *Menoetiades*, *Naupliades*; pro genere fem. *ias*, *iădis*, ut *Thestias*.

NB. Nonnulla feminina derivata a nominibus secundae exeunt in *īnē*, ut *Neptūnīne*, *Nerīne* a *Nereo*.

3.° Patronymica masculina a **tertia declinatione** orta exeunt in *ĭdes*, *ae*, ut *Agēnor Agenorĭdes*, i. e. Cadmus filius *Agenŏris*, *Thes-*

torĭdes, i. e. Calchas filius *Thestŏris*, *Actorĭdes*, i. e. Patrŏclus nepos *Actŏris;* feminina vero exeunt in *is*, *idis*, ut *Atlantis*, *idis* ab *Atlante*, *Thaumantis* (et *Thaumantias)*.

Excipe 1.° Nomina *as* finita, quorum genitivus exit in *antis* sibi adjungunt *iădes*, *ae*, pro masculinis, ut *Abas Abantiădes*. Sic *Atlantiădes*, *Peeantiădes*, cet.

2.° Eodem fere modo formantur, quae a nominibus in *on* fiunt, ut *Telamon Telamoniades*, *Laomedon Laomedontiades* cet.

A *Scipione Scipiades*, *um*, imminuto verbo, nascitur.

496 Igitur 1.m patronymica masculina in *ădes*, *ae*, fiunt a nominibus primae declin., ut *Aenĕades* ab *Aenēas*.

2.° Masculina in *iădes*, *ae* fiunt a nominibus secundae in *ius*, ut *Thestiades* a *Thestius*, aliquando a nominibus primae, ut *Anchisiades* ab *Anchises*, et tertiae, ut *Atlantiades* ab *Atlas*.

3.° Masculina in *ides*, *i* brevi, fiunt a nominibus in *us* secundae, ut *Prīamides* a *Prĭamus*, et saepe a nominibus tertiae, ut *Agenorides* ab *Agēnor*.

4.° Masculina in *īdes*, *i* producto, fiunt a nominibus secundae in *eus*, ut *Tydides* a *Tydeus*.

5.° Patronymica feminina in *eis*, *eidis (eidos)* oriuntur a nominibus primae, ut ab *Aenēas*, *Aenēĭs*, *Aenēĭdis* vel *Aenēĭdos;* item a nominibus secundae in *eus*, ut *Nerēis* a *Nereus*.

6.° Feminina in *ias*, *iadis* oriuntur a nominibus secundae in *ius*, ut *Thestias* a *Thestius*, aliquando primae, ut *Aeetias*, filia *Aeētae*, et tertiae, ut *Thaumantias* (et *Thaumantis)* a *Thaumas*, *antis*.

7.° Feminina in *is*, *idis* oriuntur a nominibus in *us* secundae, ut *Aeŏlis* ab *Aeolus*, et a nominibus tertiae, ut *Thaumantis* (et *Thaumantias)*.

8.° Ad genus et declinationem quod attinet animum adverte:

a) Quae in *ades* et *ides* exeunt masculina sunt et primae declinationis, ut *Pelides*, i. e. Achilles; *Æacĭdes*, i. e. Achilles idem, etiam Pyrrhus; *Aeneădes*, descendiente de Eneas.

b) Quae in reliquas syllabas exeunt feminina sunt, et quidem in *as* et *is* declinationis tertiae: quae vero in *īne* primae: *Thesthias adis*, i. e. Althaea, *Atlantis idis*, i. e. Electra, *Nerine es*, i. e. Galatēa.]

3. Substantiva derivata ab adjectivis

497 Praecipua suffixa quae inserviunt derivandis substantivis ab adjectivis haec sunt:

a) *tās*, *tia*, *tūdo*, quae qualitatem exprimunt, ut *ver-i-tas*, *crudel-i-tas; just-i-tia*, *trist-i-tia; aegr-i-tudo*, *simil-i-tudo*.

NB. 1. Cum adjectivum est in *i-us*, ĭ copulativum convertitur in ĕ, ut *pi-ĕ-tas* a *pius*, *soci-e-tas* a *socius*. *I* euphonico carent *libertas*, *paupertas*,[1] *pubertas*, *ubertas* (*facultas*, *difficultas*). Adjectivis quorum radicale exit in *st* additur ās, ut *honestas*, *venustas*. *Potestas* est a *potis*, *e*.

NB. 2. Pauca substantiva in *tas* derivantur a substantivis, ut *auctoritas*.

NB. 3. Tūdo convertitur in ūdo post *t* radicalis polysyllabi, ut *consuēt-ūdo*, *mansuēt-ūdo*.

NB. 4. Cum aliquibus usurpatur duplex forma *tās* et *tūdo*, *tia* et *ties*, v. g. *necessitas* et *necessitudo*, *pigritia* et *pigrities* (*materia* et *materies*, n. 77, 3.°).

b) *tūs*, quod suffixis *tas* et *tudo* affine est, ut *juventūs*, *virtūs* a *vir*.

[c) *tis*, *sis*, propria substantivi concreti, ut *hos-tis*, *mes-sis*.

d) *ia*, *ēdo*, *ĭ-mōnia*, quae significant qualitatem, ut *audāc-ia*, *fācund-ia*, *praestant-ia*, *excellent-ia*, *modest-ia*, *dulc-edo*,[2] *sanct-i-monia*, *acrimonia*. (*Torpedo* a *torpeo*, *uredo* ab *uro*. *Parsimonia* pro **parcimonia* a *parco*, *querimonia* a *queror*. Substantiva in *edo* sunt plerumque auctorum recentiorum).]

III. Adjectiva derivata

1. A verbis

498 Adjectiva derivantur a radicibus verborum et substantivorum, nonnunquam ab adverbiis.

Praeter participia formantur a verbis adjectiva his praecipue particulis:

a) *ĭ-dus* et *uus*, quae statum aut proprietatem verbi exprimunt fere sensu passivo, ut *cal-i-dus*, *frig-i-dus*; *assid-uus*, *con-spic-uus*.

Sic *rapidus* a *rapio*, *lepidus* a *lep-os*, *trepidus*.

b) *ĭ-lis* et *ĭ-bilis*, *bilis*, quorum primum et alterum verbi consonanti junguntur, tertium vocali; notant autem aptitudinem actioni subeundae, ut *doc-i-lis*, is qui potest doceri, *frag-i-lis*, qui facile frangitur; *cred-i-bilis*, *ama-bilis*, *fle-bilis*. Sic *mōbilis* pro **mŏv-i-bilis*, *nōbilis* pro **noscibilis*.

NB. 1. Active significant *horribilis*, *terribilis*, cet.; active et passive *penetrabilis*, penetrante, penetrable.

NB. 2. Nonnulla in *ilis* et *bilis* oriuntur a participio praeteriti aut supino, ut *fissilis*, hendible, *fictilis*, *sūtilis*, *umbrātilis*, cf. *ad-umbro*; *flexibilis*, cet.

1 *Pauperies* fere apud poëtas.

2 Rarius *dulcitūdo*.

c) *ax*, quod propensionem saepe, ut *pugnax*, *audax*, *edax*, aliquando simplicem actionem significat: *minax*, *fallax*.

d) *cundus*, quod propensionem aut statum incipientem denonant i euphonico addito aliquando, ut *ira-cundus* ab *irascor*, *verē-cundus* a *vereor*, *rub-i-cundus*. (*Jū-cundus* a *juv-o*, *secundus* a *sequor*, *fecundus*).

e) *ŭlus*, quod vel significationem activam vel propensionem significat: *pat-ulus*, *pend-ulus*, *cred-ulus*, *garr-ulus* a *garrio*.

NB. Sunt alia, ut *bundus*, n. **119**, *āneus*, ut *consentaneus (extraneus)*, *cris*, ut *volu-cris*, cet., et a supinis *ālis*, ut *nāt-alis*, *icus*, ut *venūt-icus*, *īcius*, **499**, *NB.* 3.

2. A SUBSTANTIVIS

499 A substantivis efficiuntur etiam adjectiva cum sequentibus particulis, quarum aliquae parum aut vix inter se differunt:

a) *ī-lis*, *ā-lis*, *ā-ris*, *ā-tilis*, quae convenientiam (conformidad) aut proprietatem indicant, ut:

civ-i-lis	*fat-a-lis*	*consul-a-ris*	*aqu-a-tilis*
[*juven-i-lis* et	*juven-a-lis*	*palm-a-ris*	*fluvi-a-tilis*
scurr-i-lis	*mort-a-lis*	*popul-a-ris*	*umbr-a-tilis*
sen-i-lis [1]	*reg-a-lis* [2]	*vulg-a-ris*	*(vers-a-tilis*, a *verso)*]

NB. *Aris* est pro *ālis*, l praecedente, ut *familiaris*, nullo modo *familialis*, quod barbarismus est: cf. n. **472**, V.

Eodem pacto fiunt adjectiva in *ēlis* et *ūlis*, v. g. *fid-e-lis (patru-e-lis)*, *trib-u-lis*.

b) *ĕus*, *ĭcius*, *āceus*, quae sunt nata ad materiam ex qua aliquid est designandam, ut *ferr-eus*, *ign-eus*; *caement-icius*, *later-icius*; *argill-aceus*. *(Prop-itius* a *prope* vel a *propitio)*.

NB. 1. *Eus* notat, fere apud poëtas, qualitatem aut similitudinem, ut *virgineus* (poët. pro *virginalis)*, *roseus*, poët.

NB. 2. *Icius* et *āceus* etiam notant id ad quod res pertinet, v. g. *tribun-icius*, *gentil-icius*, *gallin-aceus*. — Adjectiva in *āceus* plerumque a nominibus primae derivantur, et vix apud probatissimos scriptores inveniuntur.

NB. 3. Suffixum *īcius*, *i* producto, modum significat quo res orta aut facta est et supinis additur: *collat-īcius*, producido por contribución, *comment-īcius*, ficticio, cet. *(Novīcius* a *novus)*.

1 *Subtīlis* a primitivo incerto; videtur tamen esse pro **sub-tēl-is*, a *tē-la*, tejido por debajo, finamente: cf. KÜHNER, 1, § 43, 6) *b)* pag. 130; BRUGMANN-WRIGHT, 4, § 73; STOLZ-SCHMALZ, *Lat. Gramm.* § 8. Vel pro **subtexilis*, ut *tela* pro *texela* et *exilis* pro *exigilis*. GEORGES.

2 A *līber līberalis*.

[c) *ārius, ĭus, ĭcus, tĭcus*, quae id exprimunt ad quod res pertinet «relativo a»:

agr-ārius	*patr-ius*	*bell-ĭcus*	*aquā-tĭcus*
tumultu-ārius	*rēg-ius*	*cīv-ĭcus*	*rus-tĭcus*

NB. 1. Ex numeralibus distributivis oriuntur adjectiva in *ārius*, v. g. *versus senarius*, v. de seis pies, *(nummus) denarius*, moneda de diez ases, *numerus ternarius*, el n. tres. Sunt adverbialia *adversārius, contrārius, necessārius, temerārius*. Cf. n. **488**, b).

NB. 2. Pro *cīvicus* et *hosticus* frequentius usurpantur in prosa oratione *cīvīlis, hostīlis*, nisi in his: *corona civica, ager hosticus. (Pūblicus* a * *pŏpŭlicus (populus). Icus* longum est in adjectivis ortis a verbis et adverbiis: *am-īcus, pud-īcus, apr-īcus (aperio);*[1] *antīquus (antīcus)* et *postīcus (ante, post).*

d) *ānus* et *īnus*, quae originem exprimunt aut quod est proprium alicujus rei, ut *mont-anus, urb-anus*, aliquoties cum adjectivis, ut *rustic-anus*, praesertim cum numeris ordinalibus: *(febris) quartana, miles primānus*, de la primera legión; *div-inus, mar-inus, libert-inus*, maxime cum nominibus bestiarum: *agninus, equinus, ferinus.*[2]

e) *ĭnus, nĕus, nus*, quae significant materiam ex qua (fere ligneam et lapideam):

cedr-ĭnus	*ilig-neus*	vel	*ilig-nus (ilic-is*, n. **472**, I)
fag-ĭnus	*pōpul-neus*	vel	*pōpul-nus*
adamant-ĭnus	*ebur-neus*	vel	*ebur-nus*

Sic *crystallĭnus, cocc-ĭnus* vel *cocc-ineus, dig-nus*, cf. *dic-o* et *dec-et.*

NB. 1. *Nus* notat etiam id quod ad aliquid spectant; item *īvus: mater-nus, vernus, infer-nus; fest-ivus, aest-ivus.*

NB. 2. *īvus* participii praeteriti notat modum quo res orta est, ut *nātīvus*, que proviene de nacimiento, nativo, *satīvus*, que proviene de la siembra, *captīvus.*

f) ĀTUS, ĪTUS, ŪTUS, quae significant aliquid aliquo instructum (proveído, provisto) esse. Suffixum *ātus* oritur ex substantivis primae, secundae et tertiae declinationis; *ītus* fere ex tertiae in *is; ūtus* ex quartae. Multa, maxime in *ītus*, sunt poëtarum et scriptorum recentiorum:

barb-atus	*aur-itus*	*ast-utus*
crist-atus	*crin-itus*	*cinct-utus*
falc-atus [3]	*galer-itus*	*corn-utus*
pharetr-atus	*turr-itus*	*nas-utus* a *nasus, i*

1 Cf. NONELL, n. 42. *Amicus* prisce *ameicus*, etiam *amecus:* «Ab antiquis... *ameci* et *amecae* per *e* litteram efferebantur». Paul. Fest. n. 15, 6.

2 *Bubulus, ovillus, suillus: hūmanus* ab *hŏmo.*

3 «Provisto de hoces», vel aliquando «en forma de hoz».

NB. *Tŭs* reperitur in *onus-tus, robus-tus, venus-tus, funes-tus* a radicali *funeris*, n. 472, VIII, *sceles-tus (sceler-is)*, et per analogiam *hon-estus mod-estus mŏlestus* ab *hon-us mod-us mōles.*

g) *ōsus, ŭ-lentus* aut post *n* et *i* ŏ-LENTUS, quae notant rei possessionem et abundantiam, ut:

aqu-osus	*corp-u-lentus*	*sanguin-o-lentus*
ingeni-osus	*fraud-u-lentus*	*vin-o-lentus*, n. 177
lapid-osus	*turb-u-lentus*	*vi-o-lentus*

NB. Derivata a quarta declin. exeunt in *ŭ-ōsus*, ut *saltŭ-osus. Ambitiosus* et *calamitosus (ambitio, calamitas), labor-i-osus.*

h) *ensis, ester (estris), stris*, quae locum notant aut qualitatem, ut:

castr-ensis	*camp-ester*	et	*camp-estris*	*palu-stris*, r. *palud.*
for-ensis	*equ-ester*	et	*equ-estris*	*illu-stris*, rad. *luc.*

Alia suffixa sunt quae substantivis adduntur sed parum frequentata, ut *bris*, v. c. *mulĭē-bris, salū-bris, (lūgu-bris* a *lūgeo); timus*, v. g. *leg-ĭ-tĭmus, mar-ĭ-tĭmus;* et apud poëtas *ōrus* cum substantivis in *or*, ut *odorus, sonorus*, et in oratione etiam soluta *canorus, decorus.*

500 Ex nominibus propriis efficiuntur adjectiva his maxime particulis:

a) *ānus (i-ānus), īnus*, quae adduntur nominibus Latinis virorum, ut:

Pompej-anus	*Caesari-anus*	*Plaut-inus*
Sull-anus	*Tulli-anus* sive *Ciceroni-anus*	*Verr-inus*

Sic *Cumanus*, in carmine *Cumaeus.*

NB. 1. Sunt etiam aliqua praesertim in *ĭus*, ut *(via) Appia, (lex) Cornēlia, (gens) Fabia, (domus) Augusta*, quae etiam usurpantur ut propria gentilicia: *Appius, Cornelius, Fabius, Augustus*, ex quibusque alia derivantur, ut *Appianus, Cornelianus, Fabianus, Augustalis.*

NB. 2. Suffixum *ĕus* cum propriis Latinis est poëtarum aevique sequioris, ut *Herculeus, Romuleus.*

b) *īus, ēus, ĭcus*, e Graecis desumpta: ειος, ικός, quae adduntur propriis Graecis, ut *Aristotel-īus* et *Aristotel-ēus, Epicur-ēus, Platon-icus, Socrat-icus.*

c) *ānus, īnus, ās, ensis, iensis.* quae adduntur urbium et regionum nominibus, et gentem vel nationem indicant, ut *Troj-anus, Lanuv-inus, Arpīn-as, Cann-ensis, Carthāgin-iensis.*

Nota *Siciliensis (pecunia)*, «que proviene de Sicilia»; *Hispaniensis (exercitus)*, «que está en E.», cet. Sunt extra praecepta *Caeres* a *Caere, Camers a Camerīnum, Tiburs* a *Tibur, Vejens* a *Veji, orum.*

d) *aeus, ēnus, ĭus, ĭcus, ĭtānus* etiam geographica, derivata a lingua Graeca, ut *Smyrn-aeus, Cyzic-enus, Corinth-ius, Arab-icus, Tyndar-ĭtanus* a *Tyndaris (Gaditanus* a *Gades).*

NB. 1. *ĭus* Graecum (ιος) servatur Latine in nominibus geographicis praesertim *us, um, ōn* finitis, ut *Aegyptius, Byzantius, Lacedaemonius, Clazomenius.*

NB. 2. Nonnumquam etiam servantur a Latinis nomina Graeca incolarum in *ātes, ītes, ōtes,* ut *Spartiātes,*[1] *Abderītes, Heracleōtes.*

NB. 3. Multa nomina incolarum adhibentur etiam ut mera adjectiva, v. g. *bellum Latinum, pugna Cannensis,* cet.; praesertim adjectiva sunt quae exeunt in *ĭcus* et *ĭus* ab incolis derivata, ut *Arabicus, Italicus, Marsicus, Cilicius, Thracius* ab *Arabs, Italus, Marsus, Cilix, Thrax: miles Marsus, Marsicum bellum.*[2]]

501 I. A poëtis vero adhibentur nonnumquam ut adjectiva nomina populorum in *us,* v. c. *orae Italae,* Verg., *flumen Medum,* Hor. pro *Medicum.* Eodem pacto *flumen Rhenum* pro *flumen Rhenus.*

II. Item ab ipsis adhibentur gentilia feminina in *ssa* Graeca, v. g. *Cilissa,* mujer de Cilicia, *Cressa,* cretense, tam substantive quam adjective, v. g. *Cressa pharetra.*

502 Ab adverbiis etiam oriuntur adjectiva, praesertim cum particulis:

a) *rnus, ternus,* quae tempus exprimunt, ut *diu-rnus, noctu-rnus, hodie-rnus; hes-ternus* ab *heri, sempi-ternus.*

b) *inus,* quod locum et tempus denotat: ut *peregrinus* a *peregre, repentinus, intestinus* ab *intus, clandestinus* a *clam.* At *serotĭnus, diutinus, pristinus* a *prīd-em. Pro-tinus* et *pro-tenus.* Cf. *eā-tenus, quātenus,* cet.

IV. Verba derivata

503 Verba oriuntur vel ab aliqua radice vel a substantivis, adjectivis aut aliis verbis, v. g. *leg-ere, oner-are, lenire, ag-i-tare (ago), dict-i-tare (dico).*

Derivatio substantiva invenitur maxime in verbis primae conjugationis transitivis-activis atque intransitivis-deponentibus, v. g. *cumul-are, aqu-ari,* ir por agua; aliquando solum in compositione, v. g. *ex-stirp-are,* a *stirps, ex-agger-are; agger-are* (rarum apud poëtas et posteriores).

NB. Sunt nonnulla verba formationis substantivae singularis in *ĭgo, icĭnor, ocĭnor,* ut *nav-igo* a verbo *ăgo, vat-icinor, latr-ocinor.*

1 *Spartānus,* adjectiv.

2 *Eques Hispanus, lingua Hispana* (et *Hispanica).*

504 Ab adjectivis plerumque in *us*, *a*, *um*, formantur verba, maxime transitiva et primae conjugationis, ut *honest-are*, honrar, *matur-are*, madurar, trans. et intrans.; *laet-ari*, intr. Et cum praepositione, ut *de-alb-are*, *ex-hilar-are*. (*Mitigo*, *levigo*: cf. *NB.* superius. Similiter *alb-ĕo*, *claud-ĕo*, cet.[1])

505 Verba a verbis oriuntur ope harum particularun:

a) ĭTARE, quae efficit verba frequentativa[2] jungiturque 1.° radicali praesentis primae, secundae et tertiae conjugationis, ut *clam-itare*, *lat-itare*, *ag-itare*. Sic: *rogitare*, *minitari*, *domitare*; *pavitare*, *territare*, *pollicitari* a *polliceor*; *noscitare*, *quaeritare*.

Itare jungitur 2.° radicali supinorum in **tum** et **sum**, v. g. *lect-itare*, *curs-itare*, *script-itare*, *vent-itare*, *haes-itare*.

b) *āre*, quae actionem repetitam etiam significat jungiturque iisdem supinis quibus *itare*, ut *ĭt-are* ab *ĭtum*, *dormīt-are*, *mersare*, *versare*, *amplexari*, *adjūtare*, *tutari*.

[*NB.* Haec verba in *āre*, i. e. in *s-āre* et *t-āre* exprimunt frequenter actionem intentam sive actus intensionem, vel actionis effectum, v. g. *dictare*, dictar (*dicere*, decir), *raptare*, arrastrar (*rapere*, arrebatar, robar), *saltare*, danzar (*salire*, saltar); — *quassare*, derribar (*quatere*, sacudir).

c) *scĕre*, quae inservit ad verba inchoativa conficienda, n. **153**, **154**.]

NB. Pleraque inchoativa ex verbis secundae efficiuntur. Sunt etiam primitiva in *scĕre*, n. **152**, III.

d) *ŭrire*, quae addita supinis in *tum* et *sum* fert verba desiderativa,[3] ut *es-ŭrire*.

NB. Pauca sunt hujusmodi verba, v. g. *cenaturio*, *parturio*. *Ligūrio*, *scatūrio*, cet. non huc pertinent.

e) *illare*, ex qua verba deminutiva oriuntur; quae pauca sunt, ut *sorb-illare* (et *sorbĭlare*).

V. Adverbia derivata

506 Adverbia oriuntur ab adjectivis, participiis, numeralibus, substantivis, pronominibus, raro ab aliis adverbiis et praepositionibus. [Fiunt maxime ope harum positionum:

1 Cf. Nonell, n. 41.

2 Verbum *frequentativum* sive *iterativum* est quod rei frequentationem seu frequentem repetitionem significat.

3 Verbum *desiderativum* sive *meditativum* est quod alicujus rei cupiditatem, desiderium vel studium significat.

a) *ē, ō, ter*, quae modum exprimunt. *Ē* jungitur radicali adjectivorum primae et secundae declinationis, ut *sanctissim-e, liber-e, aegr-e, docte, ornate*. A *bonus* fit *benĕ*, a *validus valde*.

Ō est positio ablativi, ut *crebrō*.

Alia adverbia in *o* sunt: *arcano, citŏ, continuo, falso, fortuīto, gratuīto, liquido, manifesto, necessario, perpetuo, precario, raro* (*rare*, poco densamente, con claros), *secreto, sedulo, serio, sero;* — *auspicato, consulto, directo, festinato, improviso, merito, immerito, necopinato, optato, sortito* (en suerte); praeterea numeralia *primo*, cet.

NB. A *certus* fit *certo* et *certe*, v. g. *certe scio, certo comperi*, averigué con toda certeza, de buena fuente; sed in plerisque nullum est discrimen, ut *certe eveniet, certo futurum*. «A lo menos» *certe*, non *certo*.

Ter, addito *ĭ* copulativo, jungitur radicali adjectivorum et participiorum tertiae declin., v. g. *brev-i-ter*,[1] *acr-i-ter, felic-i-ter*. At cum radicale exit in *t*, pro *ĭ-ter* additur *er*, ut *prudent-er, sollert-er*.[2]

NB. 1. Pro *audaciter* fere dicitur *audacter;* est *hilarē* et *hilariter* ab *hilarus* et *hilaris*, semper *opulenter* ab *opulens* (et *opulentus*), et *violenter;* communiter *gnaviter* pro *gnavē*.

NB. 2. A paucis adjectivis in **us** duplex adverbium nascitur, in *ē* et *ĭter*, ut *humane* et *humaniter*, praesertim a finitis in *lentus*, ut a *luculentus, luculente* et *luculenter*.

NB. 3. *Difficilis, alius* et *nequam* faciunt *difficulter*,[3] *aliter, nequiter. Proclivi*, hacia abajo. Cic. *Tusc.* 4, 18, 42.

b) *iēs* aut *iens*, quae additae numerali *quinque* et sequentibus adverbia gignunt. In horum formatione numeralia positionem *ĕ, ī, ō, ĕm, ĭm, ŭm, intā*, amittunt. Sic a

quinqu-e: quinqu-ies	*ducent-i: ducent-ies*	*oct-o: oct-ies*
dec-em: dec-ies	*tredec-im: tredec-ies*	*cent-um: cent-ies*
	quadrag-inta: quadrag-ies. Cf. n. **91, 92.**	

c) *ātim*, quae additur radicali adjectivorum (et substantivorum), ut *singul-atim* (et *singillatim*), *greg-atim, grad-atim*.

Sine *a: furtim, tribūtim, ubertim; vir-ītim*, por cabeza.

d) *im*, quae adnectitur participiis in *tus* et *sus*, *us* excluso, ut *punct-im*, a estocadas, *caes-im*, a cuchilladas, *pass-im*, aquí y allí, en varias partes, a *pando, carpt-im, sens-im, stăt-im*, a pie firme, al punto.[4]

1 «Brevemente, en pocas palabras»; *brevi* «en breve, dentro de poco».
2 Reapse tollitur *t-ĭ*, additur *ter: *pruden(t-ĭ-)ter*.
3 *Difficiliter* ap. Cic. *Ac.* 2, 16, 49; *difficile* apud posteriores.
4 *Mordicus*, a mordiscos, a dentelladas, porfiadamente, a *mordeo*.

e) *ĭtus*, quae radici juncta substantivi, indicat locum unde res oritur, ut *fund-itus*, *radic-itus*.

Inveniuntur ab adjectivis *antiquitus*, desde los tiempos antiguos, *divinitus*, por divina inspiración, del cielo, *humanitus*, según la condición humana.

NB. Sunt adjectiva quibus proprium adverbium deest, ejus autem loco usurpatur neutra terminatio, v. g. *facile*, *recens*, *sublime*, en alto, hacia arriba. Huc pertinent *multum*, *plurimum*, *paulum*, *nimium*, *tantum*, *quantum*, *ceterum*, *plerumque*, *potissimum*.[1]

507 Adverbia oriuntur ab adverbiis et praepositionibus ope suffixorum:

a) *per*, quod adverbia temporis gignit, ut *nūper*,[2] *semper*, *paulisper*, *tantisper*, *parumper*.

b) *orsum*, *orsus*,[3] quae motum versus locum significant, ut

qu-orsum? *h-orsum* *ali-orsum* *intr-orsum*

Sic: *prorsum*, hacia adelante (*prorsus*, del todo), *retrorsum*, hacia atrás, *sursum* a *sub*, *deorsum*, *seorsum*. A substantivis: *dextrorsum*, *sinistrorsum*.[4]

c) *fāriam*, quod numeralibus jungitur, et significat «en tantos sitios, en tantas partes», ut *bifariam*, *trifariam*, *quadrifariam (multifariam)*.

d) *trō*, quod junctum praepositionibus notat motum, ut *in-tro*, *re-tro*, n. **168,** V, *ci-tro*, de una parte, a *cis*, *ul-tro*, de otra parte, ab *uls*, n. **437,** IV. Porro (a *prō?)* lejos.]

CAPUT III. DE FORMATIONE VERBORUM PER COMPOSITIONEM

I. De compositione in genere et vocalium mutatione

508 I. Duplex est verborum compositio: altera fit radicali aut praefixo cum altero radicali et sua positione, v. g. *magn-animus*, *re-cedo;* altera constat duobus radicalibus cum suis posi-

1 *Commodum*, precisamente, exactamente; *commode*, cómodamente.

2 A *novus* et *per*, pro *novumper*, Kühner, 1, p. 692, 2, c), § 227; et p. 84, 3; pro *noviper*, Georges, Janssens, n. 487; ab adjectivo *nuperus*, cf. Plaut. *Capt.* 718, Riemann-Goelzer, n. 211, 7, b), p. 128; pro *nunc-per*, Nonell, 24.

3 Pro *vorsum*, *vorsus* seu *versum*, *versus*.

4 *Extrinsecus*, de fuera, *intrinsecus*, de dentro.

tionibus, ut *jus-jurandum*, *agrī-cultura*.[1] Haec dicitur compositio imperfecta vel juxta-positio.

[II. Prior seu vera compositio fit saepe dempta aliqua consonante ad pronuntiationem emolliendam, ut *mansuē-facio* pro **mansuet-facio*; aut interjecta euphonica vocali, ut *magn-ĭ-ficus*, *cal-ĕ facio;* aut fit vocalibus contractis ad hiatum vitandum, v. g. *nēmo* pro **nē-hemo* = *ne-homo*, *cōgito* pro **co-agito* seu *co-igito*. Cf. n. **486, 513.**

III. Prior compositi pars esse potest substantivum, ut *caus-ĭ-dicus*, adjectivum, ut *magn-animus*, numerale, ut *tri-rēmis*,[2] adverbium, ut *malĕ-ficus*, praepositio, ut *trans-padanus*, aut particula earum quae tantum in compositione reperiuntur, n. **168**, ut *amb-ĕdo*. Altera vero compositi pars (etiam utraque) non semper invenitur tanquam simplex vocabulum; saepe fit a verbi radicali cum positione declinationis propria, v. g. *male-dicus* a *dīco*, *armĭ-ger* a *gero*, *fidi-cen* a *cano*, *arti-fex* a *facio*, *mūni-ceps* a *capio*, *parri-cida* a *caedo*. At *bi-linguis* a *lingua*, *centi-manus*, cet.

509 Verba decomposita, sive duplici praepositione composita, fere cum **super** et **re** inveniuntur ut *super-impono*, *re-co-gnosco*. Et decomposita a *super* saepe sunt poëtica et recentiora.

Reperiuntur praeterea: *abs-con-do*, *de-per-do*, *dis-per-eo*, *as-su-rgo (ad-sub-rego)*, *con-su-rgo*.

510 Ut in derivatione sic in compositione vocales saepe mutantur:

a) *ă* breve (natura sua) mutatur in *ĭ* breve, si syllaba est aperta, ut a *căno con-cĭno*, a *făcio afficio (ad-ficio)*, *con-ficio*, cet., a *capio accipio*, ab *ămicus in-ĭmicus*. At aliquando mutatur in *ĕ*, ut a *grădior in-gredior*, a *patior per-petior*.

b) *ă* breve fit *ĕ* breve in syllaba clausa, ut a *căno tubĭ-cĕn* et *tibĭcĕn*, a *fácio arti-fex*, a *căpio parti-ceps*, ab *ărs in-ers*, a *scăndo conscendo*. Sed nonnunquam mutatur in *ĭ*, v. g. *con-frĭngo* a *frăngo*, *contingo* a *tango*, cet.

NB. 1. Nonnunquam *ă* mutatur in *ŭ*, ut a *tăberna con-tŭber-*

1 *Agri* genit.; dativ. *fideīcommittere;* accus. *venumdăre;* abl. *manūmittere.* Multa etiam scribuntur separatim, sed accentus praecipuus unus est.

2 *Duumvir, triumvir, sexvir, decemvir*, cet., plur. *duoviri, tresviri (trēviri)* vel *duvirium, triumviri, sexviri* et *sēviri, decemviri.*

nium, a *quătio con-cŭtio;* praesertim **1** subsequente, ut a *călco con-culco.*

NB. 2. *ă* servatur aliquoties, ut *con-trăho, per-măneo, cale-făcio*, n. **155**, 248. *Im-partio* et *im-pertio, tri-partitus* et *tri-pertitus*, n. **177.**

c) *ĕ* breve mutatur in *ĭ* in syllaba aperta, ut a *lego col-ligo*, a *sĕdeo assĭdeo.* Saepe tamen servatur, ut *per-lĕgo, intel-lego, neg-lĕgo*, maxime ante **r**: *af-fĕro, con-tĕro.*

d) *ae* mutatur *ī*, ut a *caedo in-cīdo*, a *quaero in-quīro.* Sed *ad-haereo, per-taesus*, cet.

e) *au* mutatur in *ō* et in *ū*, v. c. a *fauces suf-fōco*, a *plaudo ex-plōdo*, a *claudo in-cludo*, a *causa ac-cuso (accusativus), in-cuso.*]

NB. Post *per* vocalis adjectivi immota permanet, ut *perfacilis.*

[II. De compositis ex radicali substantivo, de compositorum significatione, de contractione

511 I. Cum prius compositi membrum nomen est, alterum membrum additur radicali prioris ope vocalis *ĭ*, expuncta vocali ipsius radicalis, ut *caus-ĭ-dicus, tub-ĭ-cen* et *tibī-cen*,[1] *alien-ĭ-gena, arm-ĭ-potens, luc-ĭ-fer, honor-ĭ-ficus, corn-ĭ-ger, aed-ĭ-ficare.* Sed *magnī-facio, parvī-pendo* juxta posita. *Nau-fragus* pro *nav-ĭ-fragus.* Cf. n. **486,** II.

NB. Raro pro *ĭ ŭ* interponitur, ut *Troj-ŭ-gena*, poët.

II. Radicale secundae et quartae declinationis rejicit *ĭ*, cum secundum membrum a vocali incipit, v. g. *magn-animus;* item alia, ut *mus-cipula* et *man-cipium*, a *capio.*

III. Nonnulla radicalia tertiae valde imminuuntur, ut *foed-ĭ-fragus, mūn-ĭ-ficus, op-ĭ-fex, homi-cida, lapi-cida, bĭ-ceps* a *bis* et *caput.*

512 In omni composito partes duae sunt: res ipsa et accessio; haec illam praecedere solet, aequivalet autem:

1.[m] adjectivo aut adverbio, ut *co-gnomen*, i. e. additum nomen; *per-similis*, i. e. valde similis; *sub-scribo*, seu infra scribo; *vivĭ-radix*, i. e. (planta) vivam radicem habens. Talia fere sunt ex particulis composita. (Composit. determinans.)

1 Pro **tibĭ-ĭ-cen* a *tibia.*

2.° casui qui regitur, v. g. *agrĭ-cola*, sive qui agrum colit, *tubĭ-cen*, i. e. qui tuba canit; *aedi-ficare*, seu aedes facere. (Compos. objectivum.)

3.° Aliquando vero totum compositum adjectivum respondet ablativo aut genitivo qualitatis, ut *dec-ennis* (puer), i. e. decem annorum; *ali-pes* (equus), sive alatis pedibus, i. e. velocissimus. (Compos. attributionis.)

513 I. Leges autem contractionis sive simplicium sive compositorum, de quibus non dubitandum hae fere sunt:

a) $a + a = \bar{a}$, ut *lātrina* a *lăvātrina*, baño, letrina.

b) $e + e = \bar{e}$, quod corripitur ante vocalem, ut *dēmo* a *dĕ-ĕmo*, *vēmens* a *vĕhĕmens*, *monēre pro* monĕ-ĕre*, *prēndere* a *prĕhendere* pro* *praehendere*, *nēmo* pro **nĕhĕmo*, *rĕapse* pro *rē ĕapse*.

c) $i + i = \bar{\imath}$, ut *mī* a *mihi*, *nīl* a *nihil*, *dī*, *dīs* a *dii*, *diis*, *filī* a genit. *filii*. *perīculum* pro *perĭ-ĭ-culum*, n. **486**, *NB*.[1]

d) $o + o = \bar{o}$, ut *cōpia* pro **cŏ-ŏpia*, cf. *in ŏpia; prōles* a **prŏ-ŏles*, cf. *sub-ŏles; cō-ram* pro* *cŏ-ōram* (*ōram*, cf. *ōs*, *ōris* et *clam*, *palam*).

e) $u + u = \bar{u}$, v. g. *jūnior* pro *jŭŭnior* a *juv(e)nior*.

II. Cum vocales in hiatu diversae sunt, prior vocalis remanere solet; sic : *amāre* pro **amă-ĕre*, *audīre* pro *audi-ĕre*, *cōpula* pro **cŏ-ăpula* ab inus. *apĕre*, n. **156**, 256; *praebeo* pro **prae-hibeo*, *sōbrius* pro **so-ebrius*. At *cāseus* pro **co-axeus* a *cŏ-āgulo*, *prūdens* pro **pro-udens* seu *prō-videns*. *Co-*, *n.* **167**, V. *NB; dē-*, *ib.* VI, *NB*.]

[III. De praefixorum significatione

1. Praepositiones (cf. nn. **167, 433-446**)

514 I. **Ab** significat: a) separationem, discessum, etiam sensu translato: *abire*, *abjicere*, *aufugere; abstinere*. b) privationem, «no, sin»: *absimilis*, *absonus*, *amens*. c) intentionem seu actionem intentam, «enteramente»; *absumere*, *absorbere*, *abuti*.

II. **Ad** a) motum ad, in altum: *adire, accedere*; *attollere, ascen-*

1 Cf. *bīgae, quadrīgae*, cet. pro *bi-iugae, quadri-iugae*.

dere. b) actionem versus aliquem, alicui factam: *attrahere, assumere, accipere.* c) vicinitatem, «cerca, junto a»: *adesse, adjacere, adhaerere.* d) benevolum animi sensum: *assurgere, applaudere, arridere.* e) actionem ad finem aliquem: *(se) accingere, apparare, assignare.* f) convenientiam (conformidad): *adaequare, assentire, annuere.* g) initium: *adamare, adedere, adurere.* h) additionem: *adscribere, annumerare, adstruere.*

III. **Ante, post:** illa antecessionem, primas partes, (precedencia): *anteire, anteponere, anteferre*; haec neglectionem, ultimas partes: *postponere, posthabere.*

IV. **Circum** a) conversionem; «alrededor»: *circumdăre, circumfodere, circumfluere.* b) vicinitatem: *circumjacere, circumjicere, circumcolere.* c) hinc inde: *circumferre, circumducere.*

V. **Com, con (cum)** a) conjunctionem subjectorum et objectorum: *convenire, confluere, commori; — congerere, componere, convocare* b) integram actionem, «del todo»; in subjecto: *collabi, corruere, contremiscere*, et in objecto: *collustrare, corrumpere.* c) convenientiam: *consentire, consonare, congruere.* d) societatem: *conservus, contubernalis, conviva.* e) pugnam inter aliquos, sive dissensionem: *collidere, committere, congredi.* f) assensionem sive assensum: *confirmare, comprobare, confidere.*

VI. **De** a) discessum, separationem: *decedere, deponere.* b) motum in profundum: *dejicere, deprimere.* c) actionem contrariam: *decrescere, dedoceri, detegere, desperare.* d) privationem: *demens, deformis, dedecus.* e) notionem adversam: *deridere, denegare, decipere.* f) actionem extremam, «hasta el fin»: *deducere, devehere, deferre, demigrare.* g) actionem perfectam sive absolutam: *devincere, debellare, deperdere, demirari.* h) actionem ordinatam, concinnitatem (precisión): *describere, demonstrare, definire.*

VII. **Ex** a) discessum, separationem: *exire, educere.* b) motum in altum: *erigere, efferre.* c) negationem, privationem: *exsanguis, exanimis, effrenatus.* d) actus absolutionem: *exarare, explere, elaborare, emori, exhaurire.* e) curam, diligentiam: *exquirere, efflagitare, exornare.*

VIII. **In** a) locum ubi et quo: *inesse, inambulare; invadere, ingredi.* b) molestam actionem aut contrariam: *impugnare, illidere.* c) actus intentionem sive contentionem: *intonare, indigere, intendere, invalescere.* d) actionem inversam, «en sentido inverso»: *invertere, inflectere, infringere.*

IX. **Inter** a) locum seu situm medium: *interjacere, interponere, interfluere.* b) impedimentum: *interdicere, interrumpere, interturbare.* c) excidium sive destructionem: *interire, interimere, interficere.*

X. **Ob** a) *in* aut *supra: obducere, obruere, obsignare.* b) *coram* et *obviam: obstare, obversari, occurrere, offerre.* c) *contra: objicere, obstrepere, obarmare, obloqui.* d) studium: *oboedire, obsequi, obtemperare.* e) *circum: oberrare, obambulare, obsidere.*

XI. **Per** a) notionem transeundi aut penetrandi: *perfodere, percurrere, permanare.* b) actionis absolutionem aut rem omnino confectam: *persequi, pernegare, perpeti; peragere, pervenire.* c) notionem superlativam: *perdoctus, perfacilis.* d) mali alicujus notionem: *pejerare, perdere, perire.*

XII. **Prae** a) *ante*, dictum de loco et tempore: *praecedere, praebere, praemittere; praedicere, praemonere, praecavere.* b) partem superiorem et anticam, «en la extremidad, por delante»: *praeacutus, praecidere, praecingere.* c) praestantiam, primas (partes): *praecellere, praeficere, praeponere.* d) gradum excelsum seu superlativum: *praealtus, praeclarus, praevalidus.*

XIII. **Praeter** cursum ulteriorem, progressionem, «hacia delante, más allá»: *praeterfluere, praeterlabi, praeterire.*

XIV. **Pro** a) progressionem, «hacia delante, abajo»: *procedere, producere, projicere, profligare.* b) actionem exteriorem; «en público»: *proferre, proclamare, profiteri.* c) favorem: *prodesse, protegere, propugnare.* d) dilationem seu retardationem: *protrahere, prorogare.*

XV. **Sub** a) locum inferiorem, «debajo, por debajo»: *subesse, subigere, succendere, succedere.* b) in altum, «en alto»: *suspicere, suspendere, suscitare.* c) actionem occultam: *subrepere, subauscultare, subornare.* d) substitutionem: *sufficere, supplere, succedere.* e) auxilium: *sucurrere, subvenire.* f) rem imperfectam aut incipientem: *subinvideo, subirascor, subagrestis, subobscurus.*

XVI. **Super** a) locum superiorem: *superimponere, supereminere, superfluere.* b) excessum: *supergredi, supervacaneus, superesse.*

XVII. **Trans** a) motum de loco in locum, «de una parte a otra»: *transire, traducere, tradere, trajicere.* b) actionem perfodiendi; «de parte a parte»: *transfigere, transigere, transadigere.* c) *ultra: transpadanus, transmarinus.*]

2. Particulae inseparabiles (cf. n. 168)

515 I. **Amb** significat *a) circum: ambire, amplecti, anquirere.*
b) rem duplicis partis: *anceps, ambigere, ambiguus.*
II. **Bi** notat partem duplicem: *bilanx, bisulcus.*
III. **Dis** *a)* partium divisionem: *dirumpere, discerpere, dissolvere.*
b) separationem, longinquitatem: *digredi, divertere, discedere.*
c) sensum oppositum: *diffidere, diffiteri, dissonare.*
d) in diversas partes: diffugere.
IV. **In** est inseparabile, cum significat negationem seu privationem: *informis, innoxius, illaesus, irritus, infirmare, immerito. Indictus,* no dicho, et *in-dictus,* (que ha sido) anunciado, señalado, fijado. *Indigeo,* n. 168, III.
V. **Ne** et **ve** indicant negationem vel privationem: *nefandus, nescius; vecors, vesanus.*
VI. **Re** *a) retro: recedere, refluere, repellere.*
b) iterationem sive repetitionem: *relegere, renovare, redimere.*
c) vicem mutuam: *redamare, reddere, rescribere.*
d) actionem contrariam: *retegere,* descubrir, *reserare,* abrir.
e) oppositionem: *reclamare, reluctari, repugnare.*
f) loci separationem: *removere, reponere, retinere.*
VII. **Se (so)** *a) sine: securus, sobrius, socors.*
b) amotionem, separationem: *secedere, seponere.*
VIII. **Semi** significat dimidium: *semesus, semivivus, semuncia.*
IX. **Sesqui** est unum cum dimidio: *sesquipes, sesquipedalis, sescuncia, sescuplex* et *sesquiplex.*
X. **Tri** signat rem triplici parte praeditam: *trifidus, triformis.*
Adn. Praefixa Graeca ut in *ă-tomus, ana-phora, epi-gramma, hyper-boreus, meta-phora, para-graphus, peri-odus, sym-phōnia,* cet. vide in grammat. Graeca.

PROSODIA ET ARS METRICA

516 I. Prosodia est ea pars Grammaticae quae agit de dimensione seu quantitate syllabarum. Quantitas autem est mora sive spatium temporis (*duración*) quod in syllaba pronuntianda impenditur.

II. Syllaba aut brevis est aut longa; huic pronuntiandae mora sive spatium duplo majus quam illi tribuitur.[1] Est praeterea syllaba communis seu anceps, quae et brevis et longa esse potest ad arbitrium poëtae.

III. Syllaba longa est vel natura vel positione sive positu, seu, ut etiam dicunt, per attributionem: longă naturā ea dicitur cujus vocalis per se ipsa producta quantitate praedita est nec consonantium eget adminiculo, ut *sōl, sōlis*; positu longa est ea cujus vocalis, natura sua brevis, producenda tamen est consonantium beneficio, i. e. quia duae pluresve consonantes consequuntur, v. c. *fāctum* a *făcio, ōss-is* ab *ŏs; fāx*, gen. *făc-is*.

[*NB.* Nulla vocalis apud Latinos perpetuo brevis aut longa est; apud Graecos ε et ο perpetuo sunt breves: *ĕ* et *ŏ; η* et ω semper sunt longae atque *ē* et *ō* producta sonant.]

1 Ῥυθμός *est aut par, ut dactylus, una enim syllaba par est brevibus...; longam esse duorum temporum, brevem unius etiam pueri sciunt.* QUINTIL. 9, 4, 46-47.

CAPUT I. PRAECEPTA DE SYLLABARUM QUANTITATE GENERALIA SIVE OMNI ORATIONIS PARTI COMMUNIA

I. De diphthongo et vocali contracta (Cf. n. 573-74)

517 Diphthongum produc seu Graecam sive Latinam:
Prae rape compositam, vocalem cum venit ante.
Et quae contrahitur vocalis longa sonabit,
Ante *t* finalem ni venerit, ut *monĕt*, *audĭt*,
Aut ternae genitivus erit, ceu *civĭs* et *orbis*.
[Ex *obĭĭt* tamen et *petĭĭt* fac *obīt*que *petītque*.

I. Diphthongus longa est sive in Latinis dictionibus sive in Graecis, v. g. *lāus*, *quāero*, *pōena*, *hūic*, *Āeolus*, *Ēurus*, n. **9**.]

O Melibōee, deus nobis hāec otia fecit. Verg. *B.* 1, 6.

[*Exc.* At praepositio *prae* in compositis cum vocalem praecedit, brevis est, ut *prăeacutus*, *prăeuro*. Quae tamen a recentioribus aliquando producitur.]

Stipitibus duris agitur sudibusve prăeustis. Verg. *Aen.* 7, 524.

[*NB.* *Cui* apud optimos poëtas semper est diphthongus proptereaque monosyllabum longum; *cŭī* est aetatis argenteae, *cŭī* et *cŭi* (monosyllabum breve) infimae Latinitatis. *Huic* disyllabum non est saeculi eruditioris neque illud praecedentis.[1]

II. Item producitur vocalis contracta, i. e. quae ex diphthongo aut duabus vocalibus oritur, ut *inquīro (quaero)*, *pūnio (poena)*, *cōgo*, *tibīcen*, n. **513**, *āra (*aasa)*.]

Hostibus in mediis interque perīcula versor. Ov. *Pont.* 1, 2, 15.

[*Exc.* Brevis est vocalis contracta ante *t* finale, ut *amăt (*amait)*, *monĕt*, *audĭt*, n. **482 a)**, **471**, II, *NB.* Etiam brevis est *ĭ* in genitivo tertiae declinationis thematis in *i*, ut *avĭs* pro **avi-ĭs:* cf. n. **475**.]

Ast alios longe summotos arcĕt arena. Verg. *Aen.* 6, 316.

NB. 1. Aliquando poëtae contrahunt *petiit* in *petīt*, *obiit* in *obīt* et similia. At horum longitudo est in arsi: cf. n. 568, I.

Flamma petīt altum, propior locus aëra cepit. Ov. *Fast.* 1, 109.

NB. 2. Perraro invenitur in arsi perfectum *-āt* pro *-āvĭt*.

Disturbāt urbes. Lucr. 6, 587.

1 *Maeotis*, cujus diphthongus apud Ov. *Tr.* 3, 12, 2 correpta invenitur in vulgatis edd., in criticis legitur *Tŏmītĭs;* in *Pont.* 3, 2, 59 jure producitur, et a Verg. *Aen.* 6, 799, cet. Cf. Alvar, praecept. II.

II. De vocali ante vocalem

1. In dictionibus Latinis

518 Vocalem breviant, alia subeunte, Latini.
Protrahe, ni sequitur *r*, *fīo*, protrahe deinde
ē gemini casus quem quinta inflectit in *ēi:*
Verum corripies *ĕ spĕi fidĕique rĕique.*
Est etiam longus genitivus in *īus* et *āi*,
Liber *ĭus* vati; *solīus* deme et *alīus.*
Produc *Pompēi* et *Cāi* similesque vocandi,
Ēheu, *dīus; ŏhe* varia variaque *Dĭana.*

[Vocalis ante vocalem aut diphthongum in Latinis dictionibus brevis est sive in vocibus simplicibus sive in compositis, ut *dĕa, dĕae pŭer, audĭebam, detrăho, prŏhibeo* a *prō* et *habeo, prăeeunte carina*, Verg. *Aen.* 5, 186.]

...Si vestras forte per auris Trojae nomen ĭit. Verg. *Aen.* 1, 376.

Tot cŏĭere mala. Prop. 4, 6, 54 (3, 7, 54); 4 (3), 24, 19; Ov. *Tr.* 2, 402.

[*Exc.* 1.m *i* verbi *fīo* producitur, nisi in imperfecto subjunctivi et praesente infiniti, ut *fierem* et *fieri*, ubi alteram vocalem *r* consequitur. Sed *ĭ* horum temporum à priscis etiam producebatur.]

Omnia jam fīent fieri quae posse negabam. Ov. *Tr.* 1, 8, 7.

[*Exc.* 2.° casus in *ēi* quintae declinationis, vocali praecedente, in quibus *ē* producitur, ut *diēi;* at *fidĕi*, *rĕi*, *spĕi.*[1] Sed *fidēi* et *rēi ē* producto, item *rei* monosyllabum prisca sunt: Lucr. 5, 102; 2, 236; 3, 918.]

...Melior quoniam pars acta diēi. Verg. *Aen.* 9, 156.

[*Exc.* 3.° genitivum in *īus*, cujus *ī* longum est semper in *alīus* et *solīus;* in aliis licet poëtis corripere, quod ab heroicis fit semper in *alterĭus* necessitate metrica, ne brevis una inter duas longas claudatur *(ālterīus).*[2] Producitur etiam *ā* prisci genitivi in *āi* primae declinationis, ut *aulāi, pictāi.*]

1 *Plebĕi*, Neue-Wagener 1, p. 571.

2 In *alterĭus* longum esse *i* ut in ceteris in *īus* constat non ratione modo, sed etiam testimonio Ter. *Andr.* 628, et Terentiani Mauri, *de Metris* 2182-84:

Adesto, iambe praepes, et tui tenax
Vigoris adde concitum celer pedem,
Nec alterĭus indigens opis veni. Grammat. Latini, 6, p. 390-91. Item in v. 1352 et 1611. Cf. Neue-Wag. 2, p. 538.

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi...,
Quam nostro illīus labatur pectore vultus. Verg. *B.* 1, 63.
... Illius aram Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. Ib. 7.
Dives equum, dives pictāi vestis et auri. Id. *Aen.* 9, 26.

[*Exc.* 4.° *ā* et *ē* in vocativis *āi* et *ēi* nominum propriorum in *ius (jus)* secundae declinationis, ut *Gāi, Pompēi.* Sed *ei* aliquando in diphthongum vertitur, sive, quod idem est, *i* manet consonans, ut apud Hor. *Ep.* 1, 7, 91: «*Durus*», *ait*, «*Voltei͡, nimis attentusque videris Esse mihi.*»

Accipe, Pompēi, deductum carmen ab illo. Ov. *Pont.* 4, 1, 1.

Exc. 5.° primam vocalem in *ēheu* pro *heu heu* et in *dīus.*]

Quanti emptae? — Parvo. — Quanti ergo? — Octussibus. — Ēheu. Hor. *S.* 2, 3, 156.

[*Exc.* 6.° *ŏhe* et *Dĭana*, quae primam syllabam habent communem.

NB. Apud optimos poëtas *dii* et *diis* sunt semper monosyllaba *dī, dīs; iidem* et *iisdem* semper disyllaba *īdem* et *īsdem; deest, deeram*, cet. semper contrahuntur in *dēst, dēram;* etiam contrahuntur *dein, deinceps*, at *dĕĭn* recentiorum est; *anteirent*, cet.[1] V. synaeresis.

Aquă, quăre, lingua͡, langue͡o, exstingue͡o, suade͡o, sua͡vis, sue͡sco, cet. n. 8, II.]

2. In Graecis vocibus

519 Tempus amant Graecum in Graecis plerumque Latini: *ē* produc, *ī* etiam cum pro ει ponuntur et ῆτα; 16
Unde *chorēa* datur longis, *Cytherēa, platēa*
Atque alia. At *chorĕam* breviat *platĕamque* poëta,
Solvit et in geminas, veluti *Cytherēĭa*, longam.

[In Graecis dictionibus vocalis ante vocalem Graecam quantitatem servat, ut *āer, herōus, Trōes; symphonĭa.* Unde longa sunt *e* et *i* quae respondent litterae *eta* (η) aut diphthongo *ei* (ει), ut *Brisēis, elegīa.*[2]]

Terra feras cepit, volucres agitabilis āer. Ov. *M.* 1, 75.
Saepe sub hac Dryades festas duxere chorēas. Id. *M.* 8, 746.

1 *Anteeat* pronuntiatur *anteat*, scribitur autem tripliciter: *anteat, anteeat, ante eat.*

2 *Arīus, Basilīus, Iphigenīa, Nicomedīa, Samarīa, Seleucīa, gigantēus*, cet. n. 500, b). Contra: *philosophĭa, etymologĭa, orthographĭa, Archĭas* et alia ejusdem generis; nam quae per iota apud Graecos scribuntur, fere ipsum corripiunt. Horum tamen plurima efferuntur a Graecis acuta paenultima. Cf. n. 179 et *NB.*, n. 180, *NB.* 2.

Ut gratas inter mensas symphonïa discors. Hor. *Pis.* 374.

[*Exc.* Sed *chorēa* (χορεία) et *platēa* (πλατεῖα sc. ὁδός) nonnunquam a poëtis corripiuntur.]

Pars pedibus plaudunt chorĕas et carmina dicunt. Verg. *Aen.* 6, 644.

Purae sunt platĕae, nihil ut meditantibus obstet? Hor. *Ep.* 2, 2, 71.

[Non raro diphthongus *ei* (ει) a poëtis solvitur in *ēi*, ut *elegēia*, *Cytherēia*, *Pelopēius* pro *elegīa*, *Cytherēa*, *Pelopēus*.]

Flebilis indignos, Elegēia, solve capillos. Ov. *Am.* 3, 9, 3.

NB. *Academīa* rectius dicitur quam *Academĭa*.

Inque Academīa umbrifera nitidoque Lyceo. Cic. *Div.* 1, 13, 22 *(carm.)*.[1]

III. De vocali ante duplicem consonantem

1. In positione forti

520 Vocalis longa est, sequitur si consona bina,
Si sequitur duplex, aut *i* ceu consona sumptum,
Bina sit in verbis etsi disjuncta duobus.
Quadrĭjugus rapitur, *bĭjugus*[2] conjungitur olli,
Sŭbjicit et *sŭbicit* modulatur utrumque poëta:
Particulam longam sed non breviare licebit.

[I. Omnis syllaba, cujus vocalis antecedit duas consonantes quarum posterior non sit liquida, vel antecedit unam duplicem (*x*, *z*) vel ante *i* consonantem *(j)*, n. **8**, I, longa est saltem positu, v. g. *ārma*, *tērra*, *āxis*, *gāza*, *mājor*, *īnfero* ab *ĭn* et *fero*, *rējicio* a *rĕ* et *jacio*.]

Lūctantes vēntos tēmpēstatesque sonoras. Verg. *Aen.* 1, 53.

Aureus āxis erat. Ov. *M.* 2, 107.

Sicelides musae, paulo mājora canamus. Verg. *B.* 4, 1.

NB. 1. Igitur vocalis longa est cum in recta orthographia sequitur unica consona quae in scriptura (non semper recta) duplicari potest: *bāca* (et *bacca)*, *bēlua* et *bellua*, *būcina* (et *buccina) lītus* et *littus*, *rēligio* (et *relligio)*, *rēliquiae* (et *relliquiae)*, *sūcus* (et *succus)*, cet.

NB. 2. In nominibus in *ajus* et *ejus* *i* consonans interdum a poëtis in vocalem mutatur, *a* et *e* longis manentibus. Cf. 564, I.

Forte super portae dux Vēĭus adstitit arcem. Prop. 5, 10, 31.

Pervigil in pluma Gāĭus ecce jacet. Mart. 9, 92, 4.

1 *Academĭa* apud recentiores. Graece alii dicunt Ἀκαδήμεια, alii Ἀκαδημῖα, communi. Cf. *Thes. L. L.*

2 Etiam *quadrijugis* et *bijugis*.

[II. Si altera consonans erit in fine praecedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit. At si utraque consonans aut una duplex erit in principio sequentis dictionis, nihil praecedentem vocalem brevem juvabit, nisi fere apud poëtas minus accuratos.[1]]

In solio Phoebūs claris lucentĕ smaragdis. Ov. *M.* 2, 24.

[*Jām medio apparēt fluctu nemorosă Zacynthos.* Verg. *Aen.* 3, 270.

Saepĕ stilum vertas, iterum quae digna legi sunt
Scripturus. Hor. *S.* 1, 10, 72.

Exc. 1.ª Composita a *jugum ĭ* corripiunt ante *j*.]

Centum quadrĭjugos agitabo ad flumina currus. Verg. *G.* 3, 18.

[2.ª In verbis a *jacio* et particula brevi compositis, ut *ābjicio (ăb), rējicio (rĕ), sūbjicio (sŭb)*, particula longa est positione; eam tamen poëtae interdum corripiunt, *j* detracto, ut *ăbicio*. Quod si particula longa est natura sua, nunquam fit brevis, ut *dēĭcio, prōĭcio;* verum aliquando *ēĭ*, v. g. in *eicit, reice*, vertitur in diphthongum.]

Quantum vere novo viridis se sūbjicit alnus. Verg. *B.* 10, 74.

Spargit humi atque ăbicit. Id? *Mor.* 96.

[*Tityre, pascentes a flumine rēice capellas.* Id. *B.* 3, 96.

NB. Apud priscos poëtas passim *s* finale sequente consonante non efficit positionem.

Suavis homo, facundŭ(s), suo contentŭ(s), beatus. Enn. *Ann.* 7 ap. Gell. 12, 4.

Adn. Quemadmodum multae sunt vocales longae ante simplicem consonantem, quia contractae sunt, ita etiam quamplures reapse simplices producuntur ante unicam consonantem quae specie dumtaxat simplex est. Sic

cāsus pro *cassus* a *căd*o, *divīsio* pro *divissio* a *divĭdo*
ēsus, a, um pro *essus*, ab *ĕdo;* cf. n. **139**, II.
sēdecim pro *sĕxdecim, tēla* pro **texla*, a *texo*
īdem pro **is-dem, pōno* pro **pŏs (i) no, sīdo* pro **sĭs (e) do*
pōne a **pŏstne*, cf. *super–ne, sūmo* a **sūbs (e) mo.*

Cf. *dīduco, dīgero, dīlanio, dīmitto*, cet. cum *discedo, dispono, dissocio, distorqueo*, cet.]

1 Apud priscos, Catullum et recentiores. Enn. ap Cic. *Div.* 1, 48, 108: *Auspicio regni stabilitā scamna solumque.* Cat. 4, 9: *Propontidā trucemve Ponticum sinum.* Mart. 5, 69, 3: *Quid gladium demens Romanā stringis in ora?* Apud poëtas Augusteos exempla non videntur suppetere nisi vix in caesura. Tib. 1, 5, 28: *Pro segetē spicas, pro grege ferre dapem.* Exemplorum quae afferuntur Verg. *Aen.* 9, 37: *date telā, scandite muros;* Ov. *Tr.* 5, 14, 41: *Nil opus est mortē pro me*, et *Pont.* 1, 7, 66: *Officii causā* (nominat.); Prop. 4 (3), 10 (11), 46: *Jura darē statuas*, recta lectio est: *date tela, ascendite m.; Morte nihil opus est pro me; Officii causam*, cet.; *Jura dare et statuas.*

2. In positione debili

521 Contrahit orator, variant in carmine vates
Si mutam liquidamque simul brevis una praeibit.
Quae brevis esse nequit, nisi consona juncta sequentem
Vocalem feriet, *volŭcris* velut atque *volūcris*.

[Vocalis brevis ante mutam et liquidam ad syllabam sequentem pertinentes in oratione quidem soluta efficit semper syllabam brevem, ut *tenĕbrae*, *mediŏcris*, in carmine vero communem, ut *tenĕbrae* et *tenēbrae*, *mediŏcris* et *mediōcris*, *pătris* et *pātris* a *păter*. Sic Graeca *Ătlas*, *Cўclops*, *pharĕtra*, cet. Sed si vocalis natura sua longa est, corripi nequit, v. g. *arātrum*, *mātris*, *salūbris* (*involucrum*, n. **487**, i, *NB.* 3[1]). Neque corripi potest, si consonantes ad diversas syllabas pertinent, v. g. in *āb-luo*, *ōb-ruo*, *ōb-liviscor*, *sūb-lābor* ceterisque compositis ex *ăb*, *ŏb*, *sŭb*.]

Et primo similis volŭcri, mox vera volūcris. Ov. *M.* 13, 607.
[*...Vastosque ab rupe Cўclopas Prospicio.* Verg. *Aen.* 3, 647.
Ignarique viae Cўclopum allabimur oris. Ib. 569.]

NB. 1. *Rĕ* breve remanet ante *fl* et *fr*, ut *rĕfluo*, *rĕfringo*, nisi apud Lucr. et juniores. [Sunt alia, ut *arbitror*, quae nunquam producuntur.]

Ut mare sollicitum stridit rĕfluentibus undis. Verg. *G.* 4, 262.
[*Illa rĕfrenat aquas.* Ov. *Her.* 6, 87.
Quae demersa liquorem obeunt rēfracta videntur. Lucr. 4, 440.]

NB. 2. *M* et *n* raro liquescunt, idque in Graecis dictionibus dumtaxat; quare vocalis brevis ante mutam et *m* aut *n* communis est, ut *cўcnus*, *Tēcmessa*, *Therāpne*, vel *cўcnus*, *Tĕcmessa*, *Therăpne*.
...Cupidoque revertitur ore Ad mandata Prŏcnes. Ov. *M.* 6, 468.
Forma captivae dominum Tĕcmessae. Hor. *C.* 2, 4, 6. Sapphicus est.
Donatura cўcni, si libeat, sonum. Ib. 4, 3, 20. Asclepiadēus est.

IV. De vocali simplici ante simplicem consonantem

522 Syllaba corripitur vocali praedita pura 30
Quam mera consequitur tantummodo consona simplex.

[I. Vocalis simplex, quae loco diphthongi aut contractae vocalis

[1] Si haec productio per positionem non est apud comicos, ut aliqui putant, syllaba *lu* natura longa est.

non sit posita, brevis est sequente simplici consonante, ut *ăgĭlĭs*, *legĭmŭr*, *păriĕtĭbŭs*.]

Corrĭpiunt spătium mĕdium fŏrĭbusque prŏpinquant. Verg. 6, 634.

II. Ad hanc praeceptionem spectant quae sequuntur, desumpta ex phonetica: [1]

1.m *A* primae syllabae breve est cum in syllaba media mutatur in *i* aut *e* aut *u;* quae etiam brevia manent; ut *ămicus* et *inĭmicus*, *făcio* et *conficio; dăre* et *addĕre*, *părio* et *pepĕri; sălum* et *insŭla*.

Excipe *hālo* et *anhēlo*.

2.° *E* primae et ultimae syllabae breve est cum in syllaba media mutatur in *i*, quod etiam breve manet; ut *sĕdeo* et *consĭdeo*, *rĕgo* et *corrĭgo*, *com-pĕto* et *compĭtus; carmĕn* et *carmĭnis*, *milĕs* et *milĭtis*.[2]

3.° Omnis vocalis quae in dictione expungi potest manente vocabulo, brevis est, ut *ĕs* et *s-umus* pro **esŭmus*, *valĭde validius* et *valde valdius*, [*discipŭlus* et *disciplina*, *dextĕra* et *dextra*, *vincŭlum* et *vinclum*.]

4.° *I* et *u* cum inter se possunt commutari sunt brevia: *monŭmentum* et *monĭmentum*, [*lĭbet* et *lŭbet*, *optŭmus* et *optĭmus*, *famŭlus* et *famĭlia*.]

NB. Saepe idem evenit cum aliis vocalibus, ut *adŭlescens* et *adŏlescens*, *intellĕgo* et *intellĭgo*.

5.° Etiam brevia sunt *e* atque *o* acuta quae a nobis mutantur in *ie* et *ue*, ut *fĕra fĕrus*, fiera fiero, *fĕris* hieres, *lĕpus* liebre, *nĕbula* niebla; *bŏnus* bueno, [*nŏvem* nueve, *mŏrior* muero, *sŏcus* zueco, *pŏtes* puedes, *dŏm(i)nus* dueño, *sŏlum* suelo *(sōlus* solo), *pŏpulus* pueblo *(pōpulus* chopo.)]

Excipe *ōvum* huevo, *con-sōlor* (yo) consuelo.

V. De monosyllabis

1. Sive separabilibus sive inseparabilibus

523 Desierint ni *b*, *d*, *t*, monosyllaba produc:
Encliticas ac syllabicas rape, ut *hi-cĕ, suo-ptĕ;*
Pol, *bi-*, *tri -*, *nec*, *re-*, *per*, *is*, *vir*, *cor*, *bis*, *an*, *in*, *ter*, *es*, [*os*, *cis*, 34
Mel, *fel*, *fer*, *fac*, *quis*, *qua*, *vel*; at pronomen *hĭc* anceps.

1 Securiora solum et faciliora proponuntur.

Ergo *vertĕx* naturā, positu *vertēx*, cf. *vertĭcis*. *Vibīcis* a *vibīx* (seu *vibex*). Sed *aurēs* et *aurīs*, *urbēs* et *urbīs*, cet. in syllaba extrema.

[Monosyllaba longa sunt, ea etiam quae in compositis dumtaxat reperiuntur, ut *fūr; sāl (sălis), vās (vădis* et *vāsis), dīc* et *dūc* a *dīco* et *dūco, ōs* (gen. *oris), dē, ā, prō (prōd-), tū, vōs, mē, tē, (quā* adverb., *quō, pār (im-pār, com-pār), quā-re, nīmirum* a *nē* et *mirum, dē-nuo, prō-sum, prōd-es; dī-vello, vē-sanus, sē-curus, sēd-itio, sō-cors.*[1] Sed in verbis compositis praepositiones longae corripiunt vocalem cum vocalem aut *h* praecedunt, ut *dĕambulo, dĕhisco:* n. **518.**]

Sīc oculos, sīc ille manus, sīc ora ferebat. Verg. *Aen.* 3, 490.

Āmissos longo socios sermone requirunt. Ib. 1, 217.

Sēparat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis. Ov. *M.* 1, 313.

[*Exc.* 1.ª Monosyllaba *b, d, t* finita brevia sunt, ut *ăb, ŏb, sŭb, ăd, sĕd, ĭd, ăt, ĕt, ĭt, ŭt, dĕt, flĕt, scĭt.* Etiam corripiuntur monosyllaba in *m*, ut *cŭm, jăm.* Sed v. n. **562.**]

Separat Aonios Oetaeis Phocis ăb arvis. O. *M.* 1, 313.

Dixit; ĕt avertens rosea cervice refulsit. Verg. *Aen.* 1, 402.

[2.ª Breves etiam sunt conjunctiones encliticae *quĕ, nĕ, vĕ,* ac syllabicae adjectiones *cĕ, pĕ, tĕ, psĕ, ptĕ,* ut *hiscĕ, quippĕ, tutĕ, reapsĕ, suaptĕ.*]

Tantanĕ vos generis tenuit fiducia vestri? Verg. *Aen.* 1, 132.

[*O virgo, nova mi facies inopinavĕ surgit. Ib.* 6, 104.

Jamquĕ quiescebant voces hominumquĕ canumquĕ. Ov. *Tr.* 1, 3, 27.

Quippĕ vetor fatis. Verg. *Aen.* 1, 39.

3.ª Brevia pariter sunt:

1.° Nomina *cŏr, fĕl, mĕl, ŏs (ossis) vĭr. Cor* aliquando recentiores producunt.

Confiteor misero molle cŏr esse mihi. Ov. *Pont.* 1, 3,32.

Hic vĭr, hĭc est tibi quem promitti saepius audis. Verg. *Aen.* 6, 791.

2.° Pronomina *ĭs, quĭs* et *quă* indefinitum, nisi est in ablativo.

Sī quĭs, ŭt in populo, quī sitis ĕt unde requirat. Ov. *P.* 4, 5, 11.

... Miseri tē sī quă parentis Tangere cura potest. Verg. 12, 932.

Sī quă videbuntur casu non dicta Latine. Ov. *Tr.* 3, 1, 17.

3.° *Ĕs* (a verbo *sum*), et imperativi *făc, fĕr*, a *făcio, fĕro.*

4.° Praepositiones *cĭs, ĭn, pĕr.*

Imbre pĕr indignas usque cadente genas. Ovid. *Tr.* 1, 3, 18.

5.° Adverbia *bĭs, tĕr, pŏl,* et conjuctiones *nĕc, vĕl.*

Tum bis ăd occasum, bis sē convertit ăd ortum. Ov. *M.* 14, 386.

1 *Sē-libra* a Martiale corripitur, 4, 46, 7.

6.° *Ăn* interrogandi particula, et in compositione, ut *ănhelo*, (ex *an* et *halo)*, item *rĕ* compositivum, ut *recurso*.

Ille rĕfert: O lux immensa publica mundi. Ov. *M.* 2, 35.

7.° *Bi* et *tri (trĕ)* compositorum corripiuntur, ut *bĭfidus*, *trĭfidus*, *bĭformis*, *trĭformis*, *trĭdens*, *trĭcorporis* (genit.), *trĕcenti*.

Gorgones Harpyiaeque et forma trĭcorporis umbrae. Verg. 6, 289.

At sequentia producuntur, quia vel sunt contracta vel videntur: *bīgae*,[1] *bīmus*, *trīmus*,[2] *bīduum*, *trīduum (quadrīduum)*, *trīginta*, *trīcesimus*, *trīceni*, *trīcies*, *bīnus* et *trīnus* [3] et quae sunt a Graecis desumpta, ut *Trīnacria*.

Ut bīnae regum facies, ita corpora plebis. Verg. *G.* 4, 95.

8.° *Hĭc* pronomen anceps est.

Est hīc, est animus lucis contemptor... Verg. *Aen.* 9, 205.

Hic vir, hĭc est. cet. *Ib.* 6, 791.]

2. Exceptiones in compositione

524 Corripe sed *dĭr-imo*, *sĭ-quidem*, *dĭr-ibere*, *dĭ-sertus*,
Et cum prole *nĕfas*, *nĕqueo*que *nĕgo*que, *nĕfandus*
Et *nĕque; pro* in *fari*, *fugio*, *neptis*que *nepos*que
Et *festus*, *fundus*, *fateor fanum*que reduces.
Hisce *prŏfecto* addes pariterque *prŏcella*, *prŏtervus* 40
Atque *prŏpago* genus, *proficiscor*, junge *prŏfundo*
Et *quŏque* significans *etiam*, *quăsi* cum *nĭsi* semper.
Prŏcuro varia et *prŏpago; īdem*que virile
In longis numera cum *rēfert: rēligio*que
Rēcido, *rēliquiae* modulatur carmine vates.

[I. Corripitur *dīs* in *dirĭbeo* a *dis* et *habeo*, n. **168**, II,[4] *dirimo* a *dis* et *emo*, *disertus* a *dissero*, *ib. NB.*, et *sī* in *sĭquidem*.[5]

II. Adverbium *nē* breviat *e* in *nĕfas* cum derivatis *nĕfastus* et *nĕfarius;* item in adjectivo *nĕfandus*, in verbis *nĕgo* [6] a *ne* et *ago (ajo ?)*, *nĕqueo* et in particula *nĕque*.

1 A *bi* et *jugum*. Eodem pacto *quadrīgae*.

2 Sic *quadrīmus* pro **quadri-himus*, de cuatro inviernos, ab *hiems:* cf. Brugmann-Wright, 1, p. 374, § 510, *bīmus*.

3 Pro **bis-nus*, **tris-nus*. Brugmann-Seymour, vol. 2, § 66, p. 446.

4 Cf. *Thes. L. L.*, et Deecke, § 472, 3.

5 Apud Plaut. etiam *sīquidem*.

6 Natura longum videtur, cf. Stolz-Schmalz, § 36, 2; sed usu breve est.

III. Corripitur *prō* in *prŏfari*, *prŏfugio* et *prŏfugus*,[1] *prŏnepos* et *prŏneptis*, *prŏfestus*, *prŏfundus* a *fundus*, *i*, *prŏfiteor*, *prŏfanus* et *prŏfanare*, *prŏfecto*, *prŏcella* (et *prŏcellere* prisc. apud Lucr. (?)), *prŏtervus (?)*, *prŏ pago* nomen, cum *genus* significat; nam *prō-pago*, i. e. *vitis depressa*, producitur;[2] corripitur etiam in *prŏficiscor*.

...Nimium vobis Romana prŏpago Visa potens. Verg. *Aen.* 6, 870.

Sed truncis oleae, melius prōpagine vites. Id. *G.* 2, 63.

IV. *Prŏcuro* et *prŏpagō* verbum primam habent communem. *Prŏfundo, is*, raro eandem producit (non autem apud optimos), ut apud Catull. 64, 202 *prōfudit*; *prōfusus* est infimae Latinitatis; *prōpello* nonnunquam apud Lucr. eandem corripit, ut 4, 194: *Est procul a tergo, quae provehat atque prŏpellat.*[3]

Item *Prŏ-pertius*, *prŏ-pitius*, *prŏ-cul* (?), *prŏceres* (?), *Prŏserpina* (cf. *prōserpere)*, *prŏpudium* Plaut. Non tamen huc pertinent *prŏb-us*, *prōc-erus*, *prŏp-e*, *prŏpero*, *prŏpinquo*, *prŏpinquus*.

...Bene gestis corpora rebus Prōcurate, viri. Verg. *Aen.* 9, 158.

Inde prŏcurator nimium quoque multa prŏcurat. Ov. *Art.* 1, 587.

V. Habet *ī* longum *īdem* pronomen masculinum, pro *is-dem*, nam neutrum breve est.

Sunt etiam brevia *nĭ-si* et *quă-si*, a *nī* et *si*, a *quā* et *si*.

Nota *quŏ-que* pro **quō-que*, i. e. *etiam*, et *quōque*, i. e. *et quō:*

Saepe precor mortem; mortem quŏque deprecor īdem. Ov. *Pont.* 1, 2, 59.[4]

VI. *Rēfert*, i. e. *ad rem fert*, *rĕ* producit; item producunt apud poëtas *recĭdo* sive *reccido*, *religio*, *reliquiae*, raro *reduco*, et praeterita *repperi*, *reppuli*, *rettudi*, *rettuli (reccidi)*.[5]

Praeterea jam nec mutari pabula rēfert. Verg. G. 3, 548.

Troas, rēliquias Danaum atque immitis Achilli. Id. *Aen.* 1, 30.

...Oceani spretos pede reppulit amnes. Id. *G.* 4, 233.]

1 In Prosodia Bonon. est *prōfuga*, non recte.

2 Non satis constat de secunda parte hujus compositi.

3 «Sic omnes etiam LACHMANN. Sed prima corripi minime potest, nec Lucr. alias corripīt, III (161 ?) 162. Profecto legendum *procellat*, ut est in VI, 447». QUICHERAT, *Thesaur.* Sed hoc loco in Teubneriana, edidit BRIEGER, legitur *procellae.* MIGUEL, Gr.[12], p. 195 facit commune *pro* verbi *prōcumbo*, sed longum semper est; rejicitur enim hoc verbum ap. Lucr. 4, 952, ubi nonnulli legebant *poplitesque prŏcumbunt.* DEECKE, § 118, 24, tantum *prōpello*, sed 171, 14 videtur *prŏpello* praeferre. MADVIG praefert *prōpello*, n. 173, *adm.* 2.

4 Sic etiam *hŏ-die*, de cujus prima parte multum disceptatur: cf. RIEMAN-GOELZER. *Étude des formes*, p. 331.

Ĕ-quidem videtur coalescere ex particula demonstrativa *ĕ* (cf. *hicĕ)* non ex *ego*, etsi generatim cum prima sing. numeri persona copulatur. In *ē-castor ē* particula est exclamandi.

5 *Rĕtuli* est recentiorum. Ter. et Lucan. habent *rĕlatum (rellatum).*

3. De monosyllabis praefixis in vocibus Graecis

525 Corripe Graecorum *prŏ* et *ă;* longum at *prōlogus* esto
Et *prōpola* simul; *prŏpino* protrahe saepe.

Ă et *prŏ* Graecae particulae breves sunt in compositione, ut *ă-tomus, Prŏpontis;* sed *prōlogus* et *prōpola* habent *o* longum. *Prōpino* a poëtis recentioribus corripitur.

Inque Prŏpontiacis haerentem Cyzicon oris. Ov. *Tr.* 1, 10, 29.

Nam in prŏlogis scribundis operam abutitur. Ter. *Andr. prol.* 5.

VI. De ultimis syllabis

1. A in fine

526 Extremum *ā* produc; *ităcum quiă* corripe et *ejă*
Et casus omnes; sed primae protrahe sextum.
Productis Graecos casus adjunge vocandi.

[*A* finita longa sunt, ut *memorā, contrā, ultrā, anteā, posteā,*[1] *frustrā, trigintā, quadragintā;* quamquam haec numeralia interdum correpta reperiuntur apud recentiores.[2]]

Musa, mihi causas memorā, quo numine laeso. Verg. *Aen.* 1, 8.

Trigintā capitum foetus enixa jacebit. Ib. 3, 391.

Sed fugit intereā, fugit irreparabile tempus. Ib. 3, 284.

[*Exc.* 1.ª Breve est *a* in *ităcum, quiă, ejă.*[3]]

Haud ităcum me experti Bitias et Pandarus ingens. Verg. *Aen.* 11, 3.

[2.ª Breve est *ă* finale in nominum declinatione, excepto ablativo primae, et Graeco vocativo (ab *as* sive primae, ut *Aeneā,* sive tertiae, ut *Atlā, Pallā* a *Pallas -antis).* Est etiam *a* breve in substantivis quae non declinantur, ut *alphă.*]

Musă, mihi causas memora, cet. Verg. *Aen.* 1, 8.

Templă mari subsunt nec marmore clară nec auro. Ov. *M.* 11, 359.

[*Quattuor hic invectus equis et lampadă quassans.* Verg. *Aen.* 6, 587.

1 Antiqui grammatici malebant corripere; sed longum est: cf. n. 158, 9.º b), 2.º et Kuhner, 1, § 15, 4, p. 64. Locus Ov. *Fast.* 1, 165 sic legitur: *Post ea mirabar.*

2 Adverbia ab adjectivis *a* finita ablativi sunt primae declinationis, ideoque *ā* producunt; *recta* subaudi *viā, dexträ, sinistrā, laevā (parte).*

3 Item *pută* adverbium «por ejemplo» apud Persium et Martialem.

Tempŏrā labuntur, tacitisque senescimus annis. Ovid. *Fast.* 6, 771.]

Qualis populeā maerens philomela sub umbrā. Verg. *G.* 4, 511.

Quid miserum, Aeneā, laceras? jam parce sepulto. Verg. *Aen.* 3, 41.

Tempus, Atlā, veniet tua quo spoliabitur auro Arbor. Ov. *M.* 4, 644.

[*NB.* Cum Graeca nomina in *ēs* primae declinationis more Latinorum in *ă* declinantur, *a* breve est, ut *Atridă* nominat. et vocat. Cf. n. **24**, *NB.* 2.[1]

Non ita Dardanio gavisus Atridă triumpho est. Prop. 3, 6, 1.

Nequis humasse velit Ajacem, Atridă, vetas cur? Hor. *S.* 2, 3, 187.

Quandoque autem *a* invenitur productum etiam in nominativo more Graeco, ut *Electrā* (Ἠλέκτρᾱ), Prop. 3, 6 (14), 5.]

2. E IN FINE

527 Corripe *ĕ* postremum, sed quintae nomina produc
Et Danaum primae, *Tempē cetēque melēque.*
Adde *ohē, fermē, hodiēque ferēque famēque.*
Adde *docē*, pariterque adverbia junge secundae:
Inde *malĕ* atque *benĕ*, inde *infernĕ, supernĕ* recedunt. 55

[*E* littera finita corripiuntur, ut *natĕ, fugĕ, ponĕ, nempĕ.*]

Heu fugĕ, natĕ dea, teque his, ait, eripĕ flammis. *Aen.* 2, 289.

[*Exc.* 1.ª Producitur *e* finale in quinta declinatione ut *diē*, atque in prima Graeca, ut *Calliopē*, et in *cetē, melē, Tempē*, nam per eta (η) scribuntur.

Te veniente diē, te, decente, canebat. Verg. *G.* 4, 466.

2.ª Producuntur etiam *ferē, fermē, famē* (a prisco *fames, ei*), *hodiē, ohē.*]

Objicit: ille famē rabida tria guttura pandens. Verg. *Aen.* 6, 421.

3.ª Verba imperativi modi numeri singularis secundae conjugationis *e* producunt, ut *monē, habē, removē.* At corripiunt aliquando ea disyllaba quae primam brevem habent, ut *(h)-ăvĕ, hăbĕ, tăcĕ, vălĕ, vĭdĕ.*[2] V. n. **556**, 2.° a.]

Tu vatem, tu, diva, monē: dicam horrida bella. Verg. *Aen.* 7, 41.

Neu cavĕ defendas. Ov. *Tr.* 1, 1, 25.

1 Sic *anagnostă* ab *anagnostēs*. In illo Verg. *Aen.* 3, 475: *Conjugio, Anchisā, Veneris dignate superbo* «a breve est, sed producitur caesurae beneficio». ALVAR. n. 483.

2 Cf. Quintilian. 1, 6, 7; 1, 6, 21. Multa verba quae nunc ad secundam conjugationem pertinent, olim ad tertiam pertinebant. Cf. NEUE-WAG. 3, n. 36, p. 264 seqq.

[4.ª Longa denique sunt adverbia ab adjectivis primae declinationis profecta (exceptis *malĕ*, *benĕ*, *supernĕ* et *infernĕ*), ut *placidē*, *callidē*, *minimē*, cet.]

Nil benĕ cum facias, facias tamen omnia bellē. Martial. 2, 7, 7.

Tecta supernĕ timent, metuunt infernĕ cavernas. Lucr. 6, 597.

3. I ET y IN FINE

528 *I* longum est: commune *mihĭ; tibĭ* junge *sibĭque.*
Corripies *ibĭ*, *ubĭ* melius, *quasi* cum *nisĭ* semper:
Adde *ubĭvis*, *ubĭnam* cum *necubi*, *sicubĭ* curtis,
Ambiguis *ubĭcumque*, extende et *ubīque* et *ibīdem.*
Tertia Graecorum rapitur, cui *psilon y* necte. 60

[*I* vocali terminata longa sunt, ut *classī*, *fierī*, *alioquī (alioquīn)*, *ūtī*, *ŭtī* (*ŭtĭ-que).*]

Sic fatur lacrimans, classīque immittit habenas. Verg. *Aen.* 6, 1.

[*Exc.* 1.ª Commune est *i* ultimum in *mihĭ*, *tibĭ*, *sibĭ*, *ibĭ*, *ubĭ*, *ubĭ-cumque. Ibi* tamen et *ubi* frequentius corripiunt. *(Cui*, n. **517**, I, *NB.)*]

Dum licuit, tua saepe mihī, tibĭ nostra legebam. Ov. *Tr.* 3, 7, 23.

[*Haec ubĭ dicta.* Verg. *Aen.* 1, 81.

Reddit ubī cererem tellus inarata quotannis. Hor. *Ep.* 16, 43.

2.ª Composita *nisĭ*, *quasĭ* et *necubĭ*, *sicubĭ*, *ubĭnam*, *ubĭvis* corripiuntur.]

Quid nisĭ Pierides, solacia frigida, restant? Ov. *Pont.* 4, 2, 45.

Non ubĭvis coramve quibuslibet. Hor. *S.* 1, 4, 74.

[*Sicubĭ magna Jovis antiquo robore quercus.* Verg. *G.* 3, 332.

3.ª Habent *i* longum *ibīdem* et *ubīque.* Sed apud priscos et recentiores *ibĭdem* aliquando reperitur.]

4.ª Corripitur *y* tertiae declinationis Graecae et nomina in *y* Graecum exeuntia, ut *Thybrĭ*, *Palladĭ*, *Daphnĭ*, *oxymelĭ* (nomint. a μελι), *molў*, *Tiphў*. *Pyladi* autem, *Oresti* et alia quae veniunt a prima Graecorum producuntur. Cf. n. **24**, *NB.* 3.

Mirabar quid maesta deos, Amarўllĭ, vocares. Verg. *B.* 1, 36.

Molў vocant superi; nigra radice tenetur. Ov. *M.* 14, 292

Adn. Abĭ, adĭ, cet. n. **556**, 2.° a).

4. O FINITA

529 *O* dant ambiguis in verbo et nomine vates,
Eximii ferme longis: *sciŏ*, *nesciŏ* demunt.
Verum perpetuo ternus sextusque secundae,

Adjice queis *ambō*, atque adverbia longa sonabunt;
O Graeco finita gravi numerabis in illis. 65
Immŏ, *citŏ* atque *modŏ* atque *egŏ* cum *duŏ* corripe et *octŏ*,
Quandŏquidem et *cedŏ (dic)*; rapiunt at plura sequentes.

[1.° Verba et substantiva *o* finita fere ab optimis poëtis producuntur.[1]]

Cantō quae solitus, siquando armenta vocabat. Verg. *B.* 2, 23.
O virgō, nova mi facies inopinave surgit. Id. *Aen.* 6, 104.

[EXC. *Sciŏ, nesciŏ, cedŏ* pro dic, *egŏ, duŏ, octŏ* corripiuntur.]

Hoc sat erit. Sciŏ me Danais e classibus unum. Verg. *Aen.* 3, 602.
Nesciŏ quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Id. *B.* 3, 103.
Tota domus duŏ sunt; idem parentque jubentque. Ov. *M.* 8, 636.
NB. Duo et *ego* producuntur interdum beneficio caesurae.

[2.° Longum est *o* in *ambō*, in dativo et ablativo secundae ut *somnō*, *cantandō*, atque in adverbiis, ut *ergō*, *adeō*, *ideō*, *quandō*, *meritō*, *subitō*.]

Ambō florentes aetatibus, Arcades ambō Verg. *B.* 7, 4.
Frigidus in campis cantandō rumpitur anguis. Id. *B.* 8, 71.
Ergō non satis est risu diducere rictum. Hor. *S.* 1, 10, 7.
[*Eripiunt subitō nubes caelumque diemque.* Verg. *Aen.* 1, 84.
Quandōcumque trahunt invisa negotia Romam. Hor. *Ep.* 1, 14, 17.

EXC. Corripiuntur *citŏ, immŏ* et *modŏ*, ejus composita *quomodŏ* (etiam scribitur *quo modō*) *postmodŏ, dummodŏ, tantummodŏ* et *quandŏquidem*. Apud sequiores invenies alia, ut *ergo, sero, vero*.]

Nec citŏ credideris! Quantum citŏ credere laedat... Ov. *A.* 3, 685.
Dicite, quandŏquidem in molli consedimus herba. Verg. *B.* 3, 55.

[3.° *O* producunt Graeca in *o* mega (ω) exeuntia, quae multa sunt, v. g. *Alectō*, *Androgeō*, *Athō*, *Cliō*, *Eratō*.

Cliōque et Beroe soror, Oceanitides ambae. Verg. *G.* 4, 341.]

1 Praeter *ego* et *duo*, praeter *scio* et *nescio* nullus nominis casus, nulla verbi forma apud antiquiores poëtas, ut Lucretium et Vergilium, nisi producta reperitur. Locus Vergilianus *G.* 4, 243 in criticis edd. legitur *Stelio et lucifugis*, ubi *Stelio et* spondeum efficit: cf. *B.* 8, 81: *Uno eodemque igni* per synizesim et elisionem. Locus autem *Aen.* 9, 296 sic apud criticos se habet: *Sponde digna tuis.* Id ipsum in odis servat Horatius, nisi quod *Pollĭo* semel invenitur 2, 1, 14. In satiris autem est *mentĭo* 1, 4, 93, *Pollĭo* 1, 10, 42 et 85, *dixerŏ* 1, 4, 104, *eŏ* 1, 6, 119, *velŏ* 1, 1, 104; in epistulis *obsecrŏ* 1, 7, 95, *rogŏ* 1, 1, 11. Apud Ovidium similia sunt ut *Nasŏ, Pont.* 4, 3, 10; *Sulmŏ, Tr.* 4, 10, 3; *Scīpĭo*, 3, 4, 10; *negŏ, Am.* 1, 10, 64; *putŏ, ib.* 1, 2, 5; *Tr.* 1, 1, 44, *oderŏ, Am.* 3, 11, 35 (3, 116, 3). At posteriores minus religiosi sunt in *o* corripiendo, praesertim verborum disyllaborum quorum syllaba prior brevis est. Mart. 3, 45, 5: *Nolŏ mihi ponas rhombos mullumve bilibrem Nec volŏ boletos, ostrea nolŏ, tace.* Gerundium etiam dativi et ablat. breve faciunt: *Plurimus hic aeger moritur vigilandŏ...* Juv. *S.* 3, 232.

5. U ET C IN FINE

530 *U* extremum produc in Graecis atque Latinis.
In *c* protrahitur polysyllabon: excipe *donĕc*.

[I. *U* finita longa sunt in extrema syllaba, ut *manū*, *cornū*, *Panthū*.]

Tela manū miseri jactabant irrita Teucri. Verg. *Aen.* 2, 459.

[*Nec mora, curvavit cornū.* Ov. *M.* 11, 324.

Quo res summa loco, Panthū? Verg. *Aen.* 2, 322.

II. *C* finita postremam syllabam producunt, ut *hallēc*, et adverbia *illāc*, *illīc*, *illōc*, *illūc; donĕc* corripit, a *donĭcum*.[1]

Huc caput atque illūc umero ex utroque pependit. Verg. *Aen.* 9, 755.

Donĕc eris sospes, multos numerabis amicos. Ov. *Tr.* 1, 9, 5.

6. D, l, m, r, t FINITA

531 Finitum *d*, *l*, *m*, *r*, *t* corripe; verum] 70
ēr Danaum longum cui est genitivus in *ĕris*,
[Sicut *Ibēr;* at sit compostum *Celtiber* anceps.

I. *D*, *l*, *m*, *r*, *t* litteris terminata polysyllaba corripiuntur, ut *apŭd*, *consŭl*, *militŭm*, *matĕr*, *capŭt*, *profŭit:*

Innocui veniant: procŭl hinc, procŭl impius esto. Ov. *Fast.* 2, 623.

Quidquĭd id est, timeo Danaos et dona ferentes. Verg. *Aen.* 2, 49.

Audĭit et Triviae longe lacus, audĭit amnis. Ib. 7, 516.

II. Producuntur nomina Graeca quorum genitivus est in *ēris* et in *ĕris*, ut *cratēr ēris*, *aēr*, *aethēr* (κρατήρ, ἀήρ, αἰθήρ). *Celtibēr* a Martiale corripitur 10, 20, 1.]

Alta petunt aēr atque aëre purior ignis. Ov. *M.* 15, 243.

7. N IN FINE

532 *En* longum cujus genitivus crescit in *ēnis*.
Adde *an*, *en*, *in*, *on* Graecum; sed tolle secundae
Nomina, quartum etiam, si sit brevis ultima recti. 75

1 *Illic*, *istic* in nomin. corripi, produci in dat. videntur: *illĕ-ce*, *illī-ce*.

[I. Latina *en* finita longa sunt cum habent genitivum in *ēnis* (*e* longo), ut *Aniēn, līen* (at *carmĕn, carminis*).[1]]

Quas praeceps Aniēn atque, cet Stat. *Silv.* 1, 5, 25.

[II. Ex Graecis *n* littera exeuntibus ultimam syllabam producunt, nominativi (tertiae), ut *Titān, Sirēn, Troezēn, attagēn, Eleusīn, Agamemnōn, Xenophōn*, et accusativi primae, ut *Calliopēn, Aeneān, Anchisēn*, denique genitivus pluralis, ut *epodōn, epigrammatōn*.

Actaeōn ego sum, dominum cognoscite vestrum. Ov. *M.* 3, 230.]

Et saevum Aeneān agnovit Turnus in armis. Verg. *Aen.* 11, 910.

[*Amitto Anchisēn: hic me, pater optime, fessum* cet. *Ib.* 3, 710.]

Corripiuntur autem 1.° finita in *on*, quae ad secundam declinationem spectant, ut *Pelĭon, Ilĭon*.

Ilĭon et Tenedos Simoisque et Xanthus et Ide. Ovid. *Her.* 13, 53.

2.° Omnes accusandi casus, qui a nominibus ultimam brevem habentibus proficiscuntur, ut *Majăn, Aeginăn, Scorpiŏn, Thetĭn, Itўn*, a *Majă, Aegină, Scorpiŏs, Thetĭs, Itўs*.[2]

Scorpiŏn immisit Tellus. Ov. *Fast.* 5, 541.

Tantaque noxː animi est. Itўn huc arcessite, dixit. Id. *M.* 6, 652.

8. As, es, is, ys, os, us IN FINE

533 I. *Ās* produc: breve *anăs;* Graecorum tertia quartum Corripit, et rectum si in *ădis* breve patrius exit.

[*As* finita longa sunt, ut *Anās, ae, pietās, amās, musās, meās; Aeneās, Calchās, Pallās, antis.*]

Ille meās errare boves, cet. Verg. *B.* 1, 9.

Aeneās ignarus abest, ignarus et absit. Id. *Aen.* 10, 85.

Excipiuntur: 1.m *anăs;* 2.° accusativus tertiae declin. Graecae, n. 48, V; 3.° quae genitivum habent in *ădis*, *a* brevi, ut *Arcăs ădis, Pallăs ădis, Naiăs ădis*.

...Videbit Permixtos heroăs, et ipse videbitur illis. Verg. *B.* 4, 16.

Pallăs anum simulat. Ovid. *M.* 6, 26.

II. *Ēs* quoque produces; breviat sed tertia rectum
Cum patrii brevis est crescens paenultima; verum
Excipitur *paries, aries abies*que *Ceres*que
Excipiturque *penes*, neutra et pluralia Graeca.

1 *-ăn, -ĕn, -ĭn* brevia sunt in formis *rogăn, vidĕn, tacĕn, abĭn* et similibus, v. g. apud Verg. *Aen.* 6, 780, Plaut. et Ter. Cf. Schrader, *De particularum -ne, anne, nonne apud Plautum prosodia*.

2 Sic Verg. *G.* 1, 332 *Athŏn* ab *Athŏs;* lectio *Atho* hic rejicitur a criticis. «De *o* litterae prosodia non constat apud poëtas ante consonantem et in versus fine et apud scriptores». *Thes. L. L.* 2, 238, 2.

Es terminata longa etiam sunt, ut *bovēs, diēs, monēs, locuplēs, deciēs (deciens), audiēs, Anchisēs, Tydidēs.*

Ipsi te fontēs, ipsa haec arbusta vocabant. Verg. *B.* 1, 39.

[*Ipsa diēs alios alio dedit ordine luna.* Id. *G.* 1, 276.

Qualiacumque vidēs Utinam meliora viderēs! Ov. *M.* 11, 288.

Tum pater Anchisēs: animae quibus altera fato. Verg. *Aen.* 6, 713.

EXC. 1.ª Corripe *penĕs* et nomina tertiae declinationis quae crescunt in obliquis paenultima brevi, ut *segĕs, ĕtis, divĕs, ĭtis, pedes, ĭtis*; at *quadrupēs* a *pēs*, cet.]

Insula, divĕs opum, Priami dum regna manebant. Verg. *Aen.* 2, 22.

Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi. Hor. *Pis.* 72.

[*NB. Ariēs, pariēs, abiēs es* producunt; producit etiam *Cerēs.*

2.ª Sunt etiam brevia nomina Graeca neutra, ut *cacoēthĕs,* et casus plurales tertiae, qui frequentes sunt, ut *Amazonĕs, heroĕs, Serĕs* (Σῆρες), *Troĕs.*]

Ambo florentes aetatibus, Arcadĕs ambo. Verg. *B.* 7, 4.

[*Egressi optata potiuntur Troĕs arena.* Id. *Aen.* 1, 172.

NB. Corripiuntur omnia fere nomina populorum in *es* barbara: *Britŏnĕs, Saxonĕs, Teutonĕs, Vasconĕs,* quae tamen apud poëtas Augusteos non reperiuntur.]

534 Corripies *ĭs* et *ўs;* plurales protrahe casus,
Audīs cum sociis, *nolīs malīs*que *velis*que:
Adde *forīs, gratīs,* patrio et quae crescere in *ītis*
Aut *īnis* longo gaudent aut crescere in *entis.*
Ris valet activae vocis producere vates. 85

I. *Is* et *ys* finita corripiuntur ut *apĭs, qualis, digerĭs, inquĭs; Thetĭs, Capўs, Itўs.*[1]

Tantae molis erat Romanam condere gentem. Verg. *Aen.* 1, 33.

Alter erit tum Tiphўs et altera cet. Id. *B.* 4, 34.

EXC. 1.ª Producuntur casus in *is* omnes multitudinis, ut *musīs, virīs, nobīs, vobīs; urbīs, omnīs,* cet., pro *urbēs, omnēs,* cet.

Presentemque virīs intentant omnia mortem. Verg. *Aen.* 1, 91.

O Meliboee, deus nobīs haec otia fecit. Id. *B.* 1, 6.

[2.ª *Is* producitur in secunda persona singularis numeri praesentis indicativi quartae conjugationis, ut *audīs, abīs, redīs.* Producuntur etiam *velīs, nolīs, malīs* et adverbia *gratis* et *forīs.*]

...Quibus, Hector, ab oris Expectate venīs? ut te... V. *Aen.* 2, 283.

[3.ª Producit *is Samnīs* et si quod aliud nomen *is* finitum crescit

1 Sed in *ys* contracta producuntur: *Mўs, Myos. Tethўs* etiam producitur: *Tethўs extremo saepe recepta loco est.* Ov. *Fast.* 5, 22, et apud Verg. *G.* 1, 31.

i longo in genitivo, ut *Quirīs* (*glīs, līs*, n. **523**); item producunt Graeci nominativi quorum genitivus est in *entis* aut *inis* paenultima producta, ut *Simoīs entis, Salamīs īnis.*]

Hac ibat Simoīs, haec est Sigeia tellus. Ov. *Her.* 1, 33.

[4.ª Producitur saepe *ris* in secunda pers. fut. perfecti et praeteriti, ut *dederis, miscueris.* Secunda vero pers. in *sis* semper producitur, ut *ausīs, faxīs;* terminatio enim desumitur a monosyllabo *sīs* verbi *sum.*]

Da mihi te placidum; dederīs in carmina vires. Ov. *Fast.* 1, 17; indicat. est.

535 Vult *ōs* produci: *compŏs* breviatur et *impŏs*,
Graecum etiam neutrum, patrius nomenque secundae.

[*Os* finita ultimam syllabam producunt, ut *honōs* (at *honŏr), virōs, multōs;* item Graeca ut *herōs, Minōs* et cetera quae per *o* magnum (ω) scribuntur.]

Sceptra tenens, mollitque animōs et temperat iras. Verg. *Aen.* 1, 57.

Quaesitor Minōs urnam movet. Verg. *Aen.* 6, 432.

[EXC. 1.ª *Compŏs* et *impŏs* corripiuntur.]

2.ª Corripiuntur etiam *os* finita quae per *o* parvum (*o*) scribuntur: 1.° neutra, ut *chaŏs, melŏs, Argŏs;* 2.° genitivi in *os* omnes, ut *Arcadŏs, Tethyŏs, Tereŏs;* 3.° quae ad secundam Latinorum declinationem transeunt, ut *Tyrŏs, Arctŏs, Iliŏs.*

Et Chaŏs et Phlegethon, loca nocte tacentia late. Verg. *Aen.* 6, 265.[1]

536 *Us* breve sit; patrius quartae producitur, adde
Et rectum et quartum numeri quintumque secundi,
Ternae et rectum si est patrii paenultima longa; 91
Ūs etiam Graecum si patrius exit in *untis*,
Ex *ŏŏs* in recto ac patrio contracta; jugantur
E *pus* conflata et venerabile nomen Iesūs.

[*Us* syllaba terminata brevia sunt, ut *Deŭs, litŭs, sensibŭs, audimŭs, intŭs.*]

Fraxinŭs in silvis pulcherrima, pinŭs in hortis,
Populŭs in fluviis, abies in montibŭs altis. Verg. *B.* 7, 65.

Audiit et Triviae longe lacŭs, audiit amnis. Id. *Aen.* 7, 516.

[EXC. 1.ª Longum est *ūs* in genitivo singulari, nominativo, ac-

1 *Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chiŏs, Argŏs, Athenae.*
Orbis de patria certat, Homere, tua. (Anonym.)

cus. et voc. plurali quartae declinationis. (In nominat. et voc. sing. breve est.) Cf. n. **477.**]

Hic situs est Phaëthon, currūs auriga paterni. Ov. *M.* 2, 327.

[2.ª *Us* producitur in nominativis tertiae eorum quae crescunt in obliquis paenultima longa, ut *salūs, tellūs, palūs.*]

Mox etiam fruges tellūs inarata ferebat. Ov. *M.* 1, 109.[1]

3.ª Producuntur nomina in *us*, quorum genitivus exit in *untis*, ut *Amathūs, Opūs*, et nomina tertiae quae ex πούς, ποδός componuntur, ut *tripūs, Melampūs;* quae autem sunt secundae corripiuntur, ut *polypŭs, i* et *Oedipŭs, i*, sed *Oedipūs, ŏdis.* Producuntur deinde quae ex *ŏos* contrahuntur tum in nominativo, ut *Panthūs* ex *Panthŏŏs*, tum in genitivo a femininis in *ō* ut *Manto, Mantūs, Clio, Cliūs*, cet.

Est Amathūs, est celsa mihi Paphus atque Cythera. Verg. *Aen.* 10, 51.

Panthūs Othryades arcis Phoebique sacerdos. Ib. 2, 319.

Fatidicae Mantūs et Tusci filius amnis. Ib. 10, 199.

Huc etiam JESUS (Ἰησοῦς) sacrosanctum Domini atque Redemptoris nostri nomen spectat.

Us tandem finita non contracta, ab *os* syllaba profecta, corripiuntur: *Pamphagŭs, Oribasŭs*, cet.

Pamphagŭs et Dorceus et Oribasŭs, Arcades omnes. Ov. *M.* 3, 210.[2]

CAPUT II. PRAECEPTA SINGULARIA NOMINUM ET VERBORUM

I. De nominis incremento

1. Singulari primae et secundae declinationis

537 1. Si genitivus singularis par fuerit nominativo syllabarum numero, nullum erit incrementum, ut *musa, musae; dominus, domini.*

1 *Palus* (?) ab Horatio corripitur, *ad Pis.* 65.

2 Peregrina in *b, d, l*, fere apud Hebraeos producuntur, ut *Achāb, Aminadāb, Josaphāt*, quae per vocalem longam scribuntur; item *Jacōb, Jōb, Lōt*, quae per *o* magnum. Sed *David* per *i* breve scribitur. Quare si Latinam declinationem ei des *David, Davidis*, paenultimamque corripias, non recedes a fontibus; si producas, consuetudini servies.

Hebraea, si in *sedec* aut *melech* exeunt, ultimam corripiunt, ut *Melchisedĕc, Abimelĕch;* scribuntur enim per *ĕ* breve (ε).

Peregrina in *l* pleraque longa sunt, ut *Nabāl, Danīēl, Saūl*, nam quae in *ēl* exeunt a Graecis per *ē* longum (η) scribuntur (Δανιήλος). At *Baăl, Abigaĭl, Michŏl*, cet., quia ab Habraeis per vocalem brevem scribuntur. Quare haec si incrementa recipient, corripientur: *Baal, Baălis*, ut *Hannibal, Hannibălis.* Cf. Alvar. nn. 467 ad calc. et 489-491.

Sin longior fuerit, tum paenultima genitivi incrementum erit, quae in omnibus casibus utriusque numeri semper genitivi quantitatem servat, ut *sermo, sermōnis, sermōni, sermōnes, sermōnibus;* ubique *o* longum est.

II. In numero primo vix crescit prima; secunda 95
Casus obliquos crescentes corripit omnes.

[a) Incrementum singulare primae declinationis nullum est, nisi *a* longum apud poëtas, ut *aulāi, pictāi.* Cf. n. **518**, 3.°

b) In secunda nullum nisi breve: *ĕ, ĭ, ŭ,* ut *misĕri, vĭri, satŭri.* Cf. genit. in *ĭus*, n. **518**, 3.°]

Ite domum satŭrae, venit Hesperus, ite, capellae. V. *B.* 10, 77.[1]

2. Singulari tertiae declinationis
(Cf. nn. **29-33**)

538 Nominis *ā* crescens quod flectit tertia produc.
Mascula corripies *al* et *ar* finita simulque
Mas et *anas, fax vas*que *vădis, par* adde *jubar*que,
S quoque finitum, si consona ponitur ante: 100
Junge *ma* Grajorum, cum *baccăre nectar* et *hepar*
[Multaque in *-ax, ut Atax,* cum *Smilăce dropax.*
As finitorum est in *ădis* genitivus et *antis.*

A incrementum singulare tertiae declinationis longum est, ut *pācis, calcāris, Syphax -ācis, thorax.*]

Pars mihi pācis erit dextram tetigisse tyranni. Verg. *Aen.* 7, 266.

[EXC. 1.ª Excipiuntur masculina in *al* et *ar*, ut *sal, lar, Hannibal, Hamilcar*, quae corripiunt incrementa.[2]]

Vela dabant laeti et spumas sălis aere ruebant. Verg. *Aen.* 1, 35.

[*Pergameumque lărem et canae penetralia Vestae. Ib.* 5, 744.

2.ª Corripiuntur etiam *anas, fax, jubar, mas, vas vădis, par*, substant. et adject., cum compositis *compar, dispar, impar*...]

Jamque făces et saxa volant, furor arma ministrat. V. 1, 150.

Dixit et in caelum păribus se sustulit alis. Ib. 9, 14.

It portis jubăre exorto delecta juventus. Ib. 4, 130.

3.ª Quae habent ante *s* consonantem, ut *Arabs, trabs (daps,* n. 80, VI), et Graeca quae in *ma* finiuntur, ut *poëma;* item *baccar, hepar, nectar* cum multis in

1. Genitivus *Hibēri* est ab *Hibērus.*
2. *Nār Nāris* neutrum est apud Cic. *Att.* 4, 15, 5, mascul. apud Verg. *Aen.* 7,517.

ax parum tamen usurpatis, ut *colax*, *panax* Lucr. 4, 122, *storax* seu *styrax*, et quae in v. 402 continentur.

Nam modo turilegos Arăbas, modo despicit Indos. Ovid. *Fast.* 4,569.
Non satis est pulchra esse poëmăta, dulcia sunto. Hor. *Pis.* 99.
Errantes hederas passim cum baccăre tellus Fundet. Verg. *B.* 4, 19.
Non styrace Idaeo flagrantes picta capillos. Id. *Cir.* 468.
Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores. Ov. *M.* 4,283.

4.ª Graeca in *as* desinentia alia faciunt genitivum in *ădis ă* brevi ut *lampas ădis, Pallăs ădis;* alia in *antis* ut *adamas, Atlas, Calchas, Pallās.*

Quattuor hic invectus equis et lampăda quassans. Verg. *Aen.* 6,587.

539 Tertia *ĕ* crescentem breviabit, ut *impĕte:* verum
-en ēnis, vervex, lex, seps, plebs protrahe et *hallec* 105
Cum *locuples, heres, ver, rex, mercesque quiesque.*
Necte Pelasgorum *-er, -es, aethĕre* et *aĕre* demptis,
[*El*que peregrinum, *Raphaël* velut, insuper adde.

E incrementum tertiae declinationis breve est, ut *carcer carcĕris, nex nĕcis, funus funĕris, pulvis pulvĕris, teres terĕtis, iter itinĕris.*]

Mille grĕges illi. Ov. *M.* 4, 655.

[*Exc.* 1.ª Genitivus *ēnis* sive Latinus sive Graecus paenultimam habet longam, ut *ren rēnis; lien, Siren, Troezen, attagen, Anien.*[1]]

Si latus aut rēnes morbo temptantur acuto. Hor. *Ep.* 1, 6, 28.

[2.ª Item producuntur *vervex, lex, seps* et reliqua quae ponuntur in carmine, cum *Hales ētis.*]

Vēre fabis satio. Verg. *G.* 1, 215.

3.ª Genitivi *ēris, ētis* a nominativis in *er* et *es*, praeter *aĕris, aethĕris*, paenultimam habent longam, scribuntur enim per eta, ut *cratēris, Hibēris* a nominat. *Hiber, tapētis, lebētis;* quibus adde Hebraica in *el* (Graece enim efferuntur per ηλ)ν ut *Michaël Michaēlis.*

...Relinquunt Armaque cratērasque simul pulchrosque tapētas. Verg. *Aen.* 9,358.

540 Corripiet simul increscens *i* et *y* tertia; contra
Glis, vibex, dis, lis, Samnis, quibus adde *Quiritem* 110
Atque *-ix;* sed rapiunt *ĭ calix*que *filix*que *varix*que,
Pix, nix atque *salix* et cum *vice, fornĭce natrix.*
In Graecis patrius producitur *ēnis* et *ȳnis;*
[Huic alter quandoque adjungitur: *icis* et *ycis.*
Adjice nonnulla ut *grȳphis*: sit *Bebrȳcis* anceps. 115

Incrementa *i* et *y* tertiae declinationis brevia sunt ut *pectĭnis, pugĭlis, itĭneris, ancĭpĭtis; chlamўdis, Chalўbes.*

1 Sed *Philopoemēn -ĕnis. Hymen* incremento caret.

Gutta cavat lapĭdem, consumitur anulus usu. Ov. *Pont.* 4, 10, 5.]

Flumina jam lactis, jam flumĭna nectaris ibant,
Flavaque de viridi stillabant ilĭce mella. Id. *M.* 1, 111.

[*Exc.* 1.ª *Samnis ītis, lis lītis, vibex* (seu *vibix*) *vibīcis, dis* (et *Dis*) *dītis, glis glīris, Quiris Quirītis* paenultimam producunt.]

Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Verg. *Aen.* 6, 127.

[2.ª Latinā syllabā *ix* finita paenultimam genitivi habent longam, ut *felix, perdix, coturnix*, et nomina Celtica in *ix* etiam exeuntia, ut *Biturix Biturīgis. Orgetorix Orgetorīgis*, cet.[1] *Fornix* vero, *vărix* (non *vārix*) cum reliquis in carmine positis eandem habent correptam.[2]]

Vivite felīces, quibus est fortuna peracta. Verg. *Aen.* 3, 493.

Sub galea pastor junctis pĭce cantat avenis. Ov. *Tr.* 5, 10, 25.

NB. Appendix est dubiae quantitatis in genitivo.[3] *Coxendix -īcis* est apud Plaut. *Bacch.* 1159, Lucil. 949; *-ĭcis* ap. Sen. *Samm.* 695 et 991.

3.ª Genitivus Graecus *īnis* vel *ȳnis* paenultimam producit, ut *delphīnis, Salamīnis, Phorcyn Phorcȳnis;* item aliquando genitivus *icis* et *ycis*, ut in *scandix, spadix, Phoenix, bombyx, sandyx, Ceyx;* sic *Nesis -īdis, gryps grȳphis.*[4] At corripit in *choenix, Cilix, hystrix, larix, calyx, Eryx, -cis; onyx, sardonyx, -ўchis.* In *Bebryx* incrementum est anceps.

Orpheus in silvis, inter delphīnas Arion. Verg. *B.* 8, 56.
Armenios Cilĭcasque feros Taurosque subegi. Luc. 2, 594.

Cum patrius exit in *gis*, praeter *coccyx, coccȳgis,*[5] *ĭ* et *ў* corripiuntur, ut *strix -ĭgis,*[6] *Phryx* et *Styx -ўgis.*

Est illis strĭgibus nomen. Ov. *Fast.* 6, 139.

541 I. *O* patrium crescens producitur: excipe *praecox, Bos, lepus, impos, inops, scrobs, ops*, cum *Allobroge* Et *memor* atque *arbos* et *ŏris* quod neutra dedere; [*compos Ōris* ab *os* mediique gradus sed protrahe casus.

[*O* incrementum tertiae declinationis longum est, ut *sol sōlis, dos dōtis, vox vōcis; lepor -ōris.*]

Regia Sōlis erat sublimibus alta columnis. Ov. *M.* 2, 1.

[*EXC.* 1.ª Brevem habent paenultimam *memor, bos, compos* et reliqua supra posita.]

1 Cf. *Thes. L. L.*, 2, 2023, et Neue-Wag. 1, 219. Sunt hujus loci *Ambiorix, Bojorix, Cruptorix, Dumnorix, Malorix, Vercingetorix*, alia.

2 Pro *fulĭca fulĭx* dixit Cic. *Div.* 1, 8, 4.

3 Cf. *Thes. L. L.* et Neue-Wag. 1, 221. Utrobique tamen praeferri videtur *appendĭcis:* alii malunt *appendīcis.*

4 Item *apsīs* (vel *absīs*), *sphragīs, Crenis, Psophis -īdis.*

5 Item *Homeromastyx, Vergiliomastyx*, cet. *-ȳgis.*

6 Apud Plaut. *Pseud.* 820 *strĭgis.*

Pascite ut ante bŏves, pueri. Verg. *B.* 1, 45.[1]

[2.ª Genitivus in *ŏris* a nominibus neutris, praeter *os ōris* et comparativa, paenultimam habet brevem, ut *marmor, ebur, corpus.*]

Haeret, ut e Pario formatum marmŏre signum. Ov. *M.* 3, 419.

Componens manibusque manus atque ōribus ōra. Verg. *Aen.* 8, 486.

NB. *Ador -ŏris* neutrum etiam *adōris* facit, unde *adōreus* apud Hor. *C.* 4, 4, 41, et Verg. *Aen.* 7, 109, nam apud priscos videtur fuisse masculinum. Cf. ALVAR. n. 469.

II. *O* patrii casus producunt saepe Pelasgi.
Sed genitivus *ŏris* brevis est, ceu *Nestŏris;* adde
On finita virum permulta atque oppida pauca,
A πούς conflata, *alcyonem* cum *sindone, aëdon,*
S quoque finitum, si consona forte praecibit.
Sed numera in longis *cercops*que *hydrops*que *Cyclops*que.
Aegaeon, Brito, Sidon variato et *Orion.*

Ex Graecis finitis in *on* multa per *omicron,* multa per *omega* scribuntur.

Scribuntur per omicron, ideoque breviant incrementum: 1.º Genitivi in *ŏris,* ut *Nestor -ŏris, Hector -ŏris.*

Qui licet eloquio fidum quoque Nestŏra vincat. Ov. *M.* 13, 63.

2.º Plures genitivi in *onis* a nominativis in *on* (aut *o*) virorum propriis, urbiumque nonnulli cum aliis, ut *Agamemnon (Agamemno), Ixīon, Palaemon, Anthedon -ŏnis.*

Pulsant et pictis bellantur Amazŏnes armis. Verg. *Aen.* 11, 660.

3.º Ex *pus podos* (πούς ποδός) composita et quae consonantem habent ante *s,* ut *tripus -ŏdis; Aethiops, Cecrops, Dolops,* praeter *Cyclops, cercops, hydrops.*

Hic Dolŏpum manus, hic saevus tendebat Achilles. Verg. *Aen.* 2, 29.

Tela reponuntur manibus fabricata Cyclōpum Ov. *M.* 1, 259.

Variantur *Aegaeon, Brito (Britto), Orion* et *Sidon.* Cf. Verg. *Aen.* 3, 517, et Ov. *M.* 8, 207; Verg. *Aen.* 1, 619, 446, 613, 678; et 4, 137 cet.

NB. Aliqua gentilia, fere pluralia tantum, more Graeco paenultimam corripiunt, ut *Ausŏnes, Lingŏnes, Redŏnes, Teutŏnes, Vangiŏnes, Vascŏnes; Macedo, Saxo, Seno -ŏnis.* At *Burgundiōnes, Eburōnes, Suessiōnes, Vettōnes; Io Iōnis, Laco -ōnis.* V. exempla ap. Alvar. n. 468.[2]

III. *U* increscit breviter; sed ab *us* genitivus in *-ūdis,*
-Ūris et *-ūtis,* item *Pollux* producitur et *fur,*
Lux (frux); at brevia *intercus*que *pecus*que *Ligus*que.

[*U* incrementum tertiae declinationis breve est, ut *redux -ŭcis, tradux -ŭcis.*]

Magnanimosque dŭces... populos et proelia dicam. Verg. *G.* 4, 4.

Obvia prodieram redŭci. Ov. *Her.* 8, 97.

1 *In silvis lepŏres, in verbis quaere lepōres.* (Anonym.)

2 «Si cui otium erit», inquit Alvarus n. 468, «pergratum fecerit tironibus, si literarum ordine quae per o *micron* scribuntur, ab iis quae habent ω secreverit». Alvari consilium P. Ildephonsus Polo de la Concepción Sch. P. secutus est in suo *Tratado auxiliar de Prosodia,* Madrid, 1875, pp. 224-233.

[*EXC.* 1.ª Interrogandi casus *ūdis* et *ūris* et *ūtis*, paenultimam habent longam, ut *palus -ūdis*, *tellus -ūris*, *virtus -ūtis*.

Disce, puer, virtūtem ex me verumque laborem. Verg. *Aen.* 12, 435.

Excipiuntur vero *intercus -ŭtis*, *pecus -ŭdis*, *Ligus* seu *Ligur -ŭris*.[1]

2.ª Incrementum *u* longum est in nominibus *fur* (φώρ), *lux* (pro *louc-s?*), *frūgis*, *Pollux -ūcis*.]

Quid domini faciant, audent cum talia fūres! Verg. *B.* 3, 16.

Lūce sacra requiescat humus, requiescat arator. Tib. 2, 1, 5.

3. De incremento plurali nominis

542 Crescentem *ā*, *ē*, *ō*, pluralem protrahe casum, 130
Produc et *vīres* et *būbus;* at est *sŭbus* anceps.

[*A*, *e*, *o* incrementa multitudinis longa sunt, i. e. ea quae in singulari non sunt incrementa, ut *quārum*, *hārum*, *ambābus*, *hōrum*, *quōrum*, *ambōbus;* aut, si sunt, praecedunt vocalem, ut *rērum* (sing. *rei*).

At Capys et quōrum melior sententia menti. Verg. *Aen.* 2, 35.

Cum tamen a turba rērum requieverit hārum. Ov. *Pont.* 4, 5, 27.

NB. In *bubus* (pro *bou-bus*), *vīres* (pro *vi-ires?*) etiam producuntur *u* et *i*, utpote contracta. *Sŭbus* pro *suibus* incrementum variat.

...*Saetigeris sŭbus acre venenum est.* Lucr. 6, 974.

II. De quantitate verborum [2]

1. Incrementa

543 Secunda persona singularis modi indicativi in verbis regularibus norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur: cui si verbum fuerit aequale numero syllabarum, nullum erit incrementum, ut *amat*, *amant*, quia disyllaba sunt, sicut *amas*.

Sin verbum longius est una syllaba, unum habet incrementum, ut *amamus*, *amatis*, quorum paenultima incrementum est. Si duabus syllabis norma superabitur, duo erunt incrementa, ut *amabitis*, *ama-*

1 Cf. Neue-Wag. 1, 274.

2 Omnia fere dicenda jam ex recta verborum conjugatione cognita sunt. Exceptionem praeceptorum quae consequuntur v. in n. 471, II, *NB*.

bimus; si tribus, tria, ut *amaverimus, amaveritis;* si denique quattuor, totidem erunt incrementa, ut *audiebamini.*

In verbis deponentibus fingenda est vox activa ad quam verborum incrementa dirigantur.

Ultima syllaba nunquam est incrementum; prima vero est, si norma ipsa sit monosyllaba, ut *das, fles:* unde *damus, flemus, dabam, flebam* unum habent incrementum. Quantitas vero extremae syllabae cognita est ex nn. **526-536**.]

544 *A, ē, ī* sunt longa characteristica verbi.

Corripit at *dăre*, ceu *canibus circumdăre saltus*. Verg.

[Vocalis thematica seu characteristica primae, secundae et quartae declinationis producitur semper (ante consonantem), ut *amāre, amātis, amābatis, amāretis, monēre, monēbo, monēbimus, audīre, audīrer, audīrentur, subītur, vēnī -mus* (at *vēn -īmus*, est enim ceterorum verborum communis positio), dempto *dăre* cum compositis. Cf. n. **142**, 1.]

Flēbat Aristaeus. Ov. *Fast.* 1, 363.

545 *A* verbi crescens etiam producitur usque.

E numero ducunt crescentia verba secundo 135

*Rēre*que vel *rēris* cum *audiēris, amēre, legēris.*

Adde *ēbam:* dicit *stetĕrunt dedĕrunt*que poëta.

[1.m *A* in omni verborum incremento producitur, etiam cum vocalis characteristica non est, ut *amabāmus, docebātis, legebāmur, audiebāmini, moneāmus, amaverāmus:* h. e. praefixum *bā*, syllaba *rā, ā* subjunctivi. At *amabăm, amabăr, monuerăm, legăm:* n. **471**, II, *NB.*

Nam quod consilium aut quae jam fortuna dabātur? V. 2, 656.

2.° Incrementum *e* producitur, cum in solo verborum plurali reperitur, ut *amavērunt, amēmus, docerēmus.* At *amavĕrimus,* nam *e* etiam in singul. incrementum est: *amavĕro.*

Et subito casu quae valuēre ruunt. Ov. *Pont.* 4, 3, 36.

3.° Longum est secundum incrementum *e* in praeterito imperfecto subjunctivi vocis passivae, ut *legerēris* vel *legerēre, amarētur, legerēmini, audirēmini.* At *amarĕr*, n. **471**, II, *NB.*

Ut neque respiceres, nec solarēre jacentem,

Dure, nec exequias prosequerēre meas. Ov. *Tr.* 1, 8, 13.

4.° Longum est *e* in futuro imperfecto passivo verborum tertiae et quartae conjugationis, ut *legēris* vel *legēre, legētur, legēmini, audiēris* vel *audiēre*, cet.

5.° Longum est *e* in praesenti subjunctivi vocis passivae primae conjugationis, ut *amēris, amēmini*.

6.° Longum est *e* in praeterito imperfecto indicativi: *legēbam, legēbatis, audiēbamur*.

Jamque quiescēbant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regēbat equos. Ov. *Tr.* 1, 3, 27.

7.° Poëtae in praeterito perfecto indicativi interdum corripiunt *ē* positionis *ērunt*.

Obstipui, stetĕruntque comae, et vox faucibus haesit. V. 2, 774.]
Haec tibi contulĕrunt caelestia munera divi. Prop. 2, 3, 25.

546 I. *Ivi* praeteritum protenditur; *ī* quoque crescens
Horum: *sim, noli, nolim, malim*que *velim*que.
Et *rĭmus* et *rĭtis* possunt variare poëtae. 140

1.° Paenultima praeteriti in *īvi* longa est, ut *petīvi*.

2.° Longum *i* etiam habent *sīmus, sītis, velīmus, velītis, malīmus, malītis* cum compositis *possīmus*, cet. Item *nolīto, nolīte, nolītote*.

Et documenta damus, qua sīmus origine nati. Ov. *M.* 1, 415.

3.° *Ri* syllabam tum modi indicativi tum conjunctivi, ut *amaverimus, amaveritis*, poëtae modo corripiunt, modo producunt.

Cum gelidam Thracen et opertum nubibus Haemum
Et maris Ionii transierītis aquas. Ov. *Pont.* 4, 5, 6. Cf. *ib.* v. 16.
Haec ubi dixerītis, servet sua dona rogate. Ib. v. 45.

II. Verba tibi *ō* reddunt longum, *ū* quoque forma futuri.

1.m *O* in verborum incrementis semper producitur, ut *facītote*.

Cumque loqui poterit, matrem facītōte salutet. Ov. *M.* 9, 378.

2.° *U* producitur in futuro in *ūrus*.

Flebat et ardentem generum moritūra tenebat. Verg. *Aen.* 12, 55.

2. De praeteritis et supinis disyllabis

547 Praeterita in longis numeranda disyllaba: *findo,*
Sto, scindo, sisto in brevibus, *fero* do*que bibo*que.

[Praeterita disyllaba habent priorem longam, ut *trīvi, vēni, vīdi, vīci*. Cf. n. **140.**]

Vēnit summa dies et ineluctabile tempus. Verg. *Aen.* 2, 324.

[EXC. *Stĕti* (a *sto* et a *sisto* neutro), *stĭti* (rarum a *sisto* activo), *dĕdi, scĭdi, tŭli, bibi, fĭdi* (a *findo*) primam corripiunt.]

Diffĭdit ac multa porrectum extendit arena. Verg. *Aen.* 9, 589.
Nam caelo terras et terris abscĭdit undas. Ov. *M.* 1, 22.
NB. Abscīdi, n. **149**, 173.
Abscīdit jugulo pectusque umerumque sinistrum. Ov. *M.* 12, 361.

548 Cuncta supina etiam tribuenda disyllaba longis.
At *cieo, reor* atque *lino, queo* et *ire sino*que, 145
Do, ruo corripiunt *sisto*que *sero*que priorem.

[Supina duarum syllabarum habent priorem longam, ut *stātum* a *sto, nātum, flētum, vīsum, mōtum, sūtum;* etenim vel latet contractio vel syncope. Cf. n. **141**, **544**.]

Tunc res immenso placuit stātura labore. Lucan. 3, 381.
[*Terribiles vīsu formae.* Verg. *Aen.* 6, 277.
Quos ego... sed mōtos praestat componere fluctus. Ib. 1, 135.
EXC. *Cĭtum* n. **143**, 59, *rătum, sĭtum, quĭtum, ĭtum, lĭtum, dătum, rătum* n. **146**, 113,[1] *sătum*, a *sisto stătum*, supina disyllaba primam corripiunt.]

Nos abiisse răti et vento petiisse Mycenas. Verg. *Aen.* 2, 25.
Hic sĭtus est Phaëthon currus auriga paterni. Ov. *M.* 2, 327.
[*Caede leaena boum spumantes oblĭta rictus. Ib.* 4, 97.
At non ille, sătum quo te mentiris, Achilles. Ib. 540.
Nec mihi cum Teucris ullum post crŭta bellum Pergama. Ib. 11, 279.
Musa, quid a fastis non stăta sacra petis? Ov. *Fast.* 1, 660.
Altior insurgens et cursu concĭtus heros. Verg. *Aen.* 12, 902.
Inde ruunt toto concīta pericula mundo. Lucan. 5, 597.]

3. De supinis polysyllabis

549 *Ātum ūtum*que trahunt polysyllaba cuncta supina.
Ivi ex praeterito semper producitur *ītum.*
Cetera corripies in *ĭtum* quaecumque supina.

[I. Supina in *atum* et *utum* polysyllaba habent paenultimam longam, ut *arātum, solūtum.*
Quo cubat ipse deus membris languore solūtis. Ov. *M.* 11, 612.
II. Item supina in *ītum* a praeteritis in *īvi*, ut *cupītum, petītum,*

1 Apud priscos *rūtum. In praeteritis* u *dicimus longum* plūit, lūit; *in praesenti* plŭit, lŭit; *ideoque in venditionis lege fundi* ruta caesa *ita dicimus, ut* u *producamus.* Varro *L. L.* 9, 60, 104.

condītum (a *condio*). Cetera vero supina in *itum* habent paenultimam brevem.]

Exul eram, requiesque mihi, non fama petīta est. Ov. *Tr.* 4, 1, 3.

[*Discite justitiam monĭti et non temnere divos.* Verg. *Aen.* 6, 620.

NB. Recensītus, n. **143**, 65.

Prisca recensītis evolvite saecula fastis. Claud. *in Eutrop.* 2, 60 (20, 60).]

CAPUT III. DE DERIVATIS ET COMPOSITIS

I. Derivata

550 Derivata patris naturam verba sequuntur. 150
Excipienda tamen te vates multa docebunt,
Nam radix eadem contraria tempora gignit:
Sic *jūro* et *jŭbeo* formantur origine ab una.

[Voces derivatae gaudent quantitate primitivarum, seu radicum aut radicalium unde oriuntur, etiam tum cum primitiva vocalis in aliam mutatur, ut ab *ămo ămabam, ămabilis, ămor, ămīcus, ămīcitia;* ab *amābam amābas, amābamus*, cet., ab *amāvi amāveram, amāvero*, cet.; *docēremus* a *docērem, volvĕrentur* a *volvĕrer*, cet.; a *māter mātris, māternus*, a *păter pătris*, cf. n. **521**, *păternus; sanguĭneus* et *sanguĭnolentus* a *sanguĭnis, jūdicium* a *jūdicis, rēgalis* et *rēgius* a *rēgis, ce-cīdi* a *cădo, ce-cīdi* a *caedo.*

Excipiuntur maxime 1.m in flexione:

a) Praeterita in *i* non reduplicata quae syllabam praecedentem producunt, ut *lēgi* a *lĕgo, collēgi* a *collĭgo, mōvi* a *mŏveo:* n. **140**, II.

b) Praeterita et supina quae a praesente brevi derivata producuntur, cum amittitur ultima consonans radicalis ante *si, sum, tum*, ut *divīsi, divīsum*, a *divĭdo, mōlum* a *mŏveo:* n. **139**, II.

c) *Pŏsui, pŏsitum* a *pōno:* pro **pŏsĭno.*

d) Nominativi monosyllabi tertiae declinationis, qui producuntur, etiamsi syllaba radicalis brevis est, paucis exceptis, n. **523**.

Excipiuntur 2.° in derivatione multa ab eodem radicali orta, quorum haec longa sunt, illa brevia, ut *hŏmo* et *hūmanus, condīco* et *condĭcio, suspĭcor* et *suspīcio.*]

551 En tibi notiora: cf. n. 471, II.

A

ac- *ăcerbus, ăcesco, ăcetum, ăcidus, ăcies* cf. *ἀκίς*, *ăculeus, ăcuo, ăcus* (aliunde *ăcer ăceris*, cf. *ἄχαστος*, cum derivatis), ut *ăcernus; ăcredula* est orig. incertae):
ācer, ācriculus, ācrimonia, ācriter.

ar- *(h)ărena, ărenaria, ărenosus* cum aliis derivatis:
ārea, āreo es, āreola, āridus, cet.

car- *cărreo: cārus.*

fa- *fă-t-eri: fā-ri.*

frag- *frăgilis, frăgor oris, frăgosus:*
suffrāgo inis (suffrāgium, refrāgor, suffrāgor).

lab- *lăbo, lăbefacto, lăbor oris: lābes, lābor eris* et composita.

lat- *lăteo: lāterna.*

mac- *măceo, măcer, măcies: mācero, māceria* seu *māceries.*

na- *nă-t-are: nāre.*

pac- *păc-iscor: pāc-is* (a *pāx*), *pāco as.*

plac- *plăceo* cum compositis, *plăcidus: plāco.*

sag- *săgax: sāga, praesāgus, praesāgio.*

vad- *vădum, vădosus: vādo, invādo*, cet.

var- *vărix, vāricosus: vārus, vāricus, vārico as.*
Cf. *dăre, dă-tum: dō-num, dōnare, dōs dōt-is, dōtare; con-tāg-io, con-tā(g)mino: in-tĕg-er, con-tĭg-it.*

E

leg- *lĕgere* cum compositis: *lēx lēgis*, unde *lēgare, collēga.*

reg- *rĕgo* cum compositis, *rĕgimen: rēx rēgis, rēgina, rēgalis, rēgius, rēgula.*

sec- *sĕcus* ac *sēcius.*

sed- *sĕdeo* cum compositis *in-sĭd-eo*, cet., *sĕdile, as-sĭd-uus, as-sĭd-eo, in-sĭd-iae, prae-sĭd-ium, sub-sĭd-ium, deses de-sĭd-is, praeses prae-sĭd-is, obses ob-sĭd-is:*
sēdo as, sēd-es is, sēd-ulus, sīd-o cum compositis *as-sīd-o, in-sīd-o*, cet.

ser- *sĕro: sē-(r)-men, sēmino* cum aliis derivatis.

teg- *tĕgo* et *tē-gula* (pro * *teg-cula*): cf. *sĕc-o* et *sīca* (?).

I

dic- *dĭcax, dĭco as, index in-dĭcis* ac derivata, *dĭcus* in compositis, ut *maledĭcus, causidĭcus:*
dīco, is (cf. priscum *deico* et *δείκ-νυμι*) cum compositis.

fid- *fĭdes*, cum derivatis *fĭdelis*, cet., *perfĭdus:*
fīdo cum compositis ac derivatis ut *confīdo; fīducia, fīdus, infīdus, male-fīdus.* Cf. *foedus* pro *foidus.*

hil- *nihĭlum, nihĭl: hīlum.*

it- *ambĭtus us, ambĭtio: ambītus a um.*

lib- *delĭbutus: lībo, as* (cf. *λείβω*).

liqu- *lĭquet (lĭquor oris, lĭquidus* aliquando *lī-): līquor* verb.

pil- *pĭlus, pĭlo as: pīleus*, cf. *πῖλος*. Cf. *ex-ĭg-uus* et *ex-ī-lis* pro * *ex-ig-lis (ex-ĭg-ĭ-lis)* ab *ăg-o.*

O

glo- *glŏbus, glŏmus i, glŏmero, as: glōmus eris.*
hom- *hŏmo: hūmanus.*
mol- *mŏlestus: mŏles.*
no- *nŏta, nŏtare* cum derivatis: *nōmen, nōtus.*
sou- *sŏno*, cet.: *persōna, persōnatus* (?) [1]
sop- *sŏpor, sŏporo as, sŏporus: sōpio* cum compositis ac derivatis. [2]
voc- *vŏco as* cum compositis ac derivatis, ut *vŏcabulum, vŏcito: vōcis* (a *vōx*), derivata ut *vōcalis*, cet., *con-vīc-ium.*

U

duc- *dŭcis* (a *dux*), *redŭcis, tradŭcis* (a *redux, tradux*), *dŭcatus, edŭco as: dūco is*, cum compositis.
ju- *jŭ-b-eo (de-jĕro, pe-jĕro): jū-s, jūdex, jūdico*, cet.
jug- *jŭg-are, jŭg-um, conjŭx: jūgera, jūgis.*
luc- *lŭcerna: lūx, lūceo, lūna (luc-na).*
nub- *innŭba, prōnŭba: nūbes, nūbo; conŭbium.*
pug- *pŭg-illus* (a *pug-n-us*): *pūg-io* (a *pu-n-go*).
pus- *pŭsillus* (deminut.): *pūsio (pūpus, pūpa, pūpulus, pūpula, pūpillus, pūpilla).* Cf. *rŭber* et *rūfus, rŭbrīca.*

NB. 1. Haec mutatio quantitatis ejusdem radicis frequens est cum consona in primitivo duplicata, simplex evadit in derivatis, ut *fār(-r*, cf. *farris)* et *fărina, currus* et *cŭrulis* (etiam *currulis*), *mamma* et *mămilla, offa* et *ŏfella; cănalis (canna?).*

NB. 2. Saepe fit ut una syllaba duabus, tribus pluribusve radicibus respondeat, v. g. *com-* in *cŏma* (κόμη), *cŏmans*, cet.; *cŏmes -itis, com* et *ire*, cf. *coire, cŏmitium; cōmis, e*, prisce *cosmis* orig. inc.; et *cōmo*, a *co-* et *emo.*

552 [Ex supinis verborum multa nomina tum substantiva tum adjectiva, itemque verba oriuntur, quae naturam sequuntur eorum a quibus derivantur, ut *cenāt-urio, stăt-uo:* cf. nn. **487, b), c), e), 498, b)** *NB.* 2, et *NB.* post e).

Carmen reprehendite quod non
Multa dies et multa litura coërcuit. Hor. *Pis.* 293.
Vere fabis sătio. Verg. *G.* 1, 215.
Nunc tantum sinus et stătio male fida carinis. Id. *Aen.* 2, 23.
Hic stătus in caelo multos permansit in annos. Ov. *Fast.* 5, 33.
Gemuit sub pondere cymba Sūtilis et cet. Verg. *Aen.* 6, 414.
Urbem quam stătuo, vestra est. Ib. 1, 573.]

1 Cf. Gell. 5, 7. Georges ducit a *per* et ζώνη.

2 Sic *semisōpitus*, non *semisŏpitus*. Apud Ov. *Am.* 1, 14, 20, et *Her.* 10, 10 legitur *semisŭpina*, non *semisŏpita*. Cf. ALVAR. n. 455 ad calc., adn. edit.

APPENDIX

DE PRAECIPUIS PARTICULIS SUFFIXIS POLYSYLLABIS IN QUIBUS VOCALIS LONGA ANTE UNAM CONSONANTEM REPERITUR

(Cf. nn. 485-507)

553 I. Vocales A, E, I, characteristicae primae, secundae et quartae conjugationis longae sunt in substantivis et adjectivis quae ex radicali verborum efficiuntur, ut *mirāculum (miror)*, *habēna (habeo)*, *fēcundus* (a **feo*), *molīmen (molior)*. Excipiuntur *stăbilis*, *cĭtus* et quae ex *dăre* et *ire* oriuntur, ut suis locis dicitur.[1]

Sit procul omne nefas! ut ameris amābilis esto. Ov. *Art.* 2, 107.
Flēbilis indignos, Elegeia, solve capillos. Id. *Am.* 3, 9, 3.
I, pete virginea, populus, suffīmen ab ara. Id. *Fast.* 4, 731.

Sunt igitur longa suffixa:

A

ā-bilis	*amābilis, spirābilis*, sed *stăbilis*.
ā-bra	*dolābra*.
ā-brum	*flābrum, ventilābrum, lābrum* pro **lav-brum (lavo)*; adde *candelā-brum*. Sed *lăbrum (lă-m-bo)*.
ā-bula, um	*fābula, vŏcābulum, tintinnābulum, (pā-bulum* pro **pasc-bulum*, et aliunde quam a verbis, ut *acet-ābulum, cunābula, orum*; sed *stăbulum*.
ā-bundus	*populābundus*.
ā-cium	*solācium*.
ā-crum	*simulācrum, lavācrum*.
ā-culum	*mirāculum, umbrāculum, novācula (retināculum* a *retineo, tabernāculum)*.
ā-cundus	*fācundus (irācundus irascor)*.
ā-go	*vorāgo* (et aliunde *indāgo, imāgo, farrāgo, virāgo*, cet.)
ā-men	*velāmen, flāmen (flare,*[2] *examen* pro *exagmen* ab *ago), strāmen* (a **strao*, cf. *strāvi, strātum*).
ā-mentum	*fundāmentum (atrāmentum), rā-mentum* pro *rād-mentum*.

1 Ap. Plaut. *Stich.* 2, 1, 16 [288 b] *lascivĭbundus*, *i* brevi ut videtur. Cf. Kühn. 1, p. 670. *Sitibundus* nusquam est.

2 *Flāmen* masc. pro *flāg-men*, cf. *flagrare*.

ā-ticus *aquāticus, cenāticus, umbrāticus, venāticus* et a substantivis primae decl., ut *silvāticus.*
ā-tilis *versātilis, umbrātilis, aquātilis (aquari),* quibus adde quasi-denominativa *pluviātilis, fluviātilis,* cet.
ā-tio, ā-tor, ā-trix *creātio, creā-tor, creātrix.*
ā-trum *arātrum.*
ā-tum *fātum.*
ā-tus *flātus, comitātus, equitātus* (et a substant., ut *consulātus, magistrātus).*

E

ē-bilis *flēbilis.*
ē-cundus *verēcundus, fēcundus.*
ē-la *candela, medela, nitela (loquela* a *loquor, querela = (querella), corrupt-ela, tutela* a *tutus.*
ē-men et ē-mentum *fēmen (*feo), complēmentum (sēmen* a *ser-o, crēmentum* a *cresc-o).*
ē-na *habena;* aliunde *arēna, avēna, vēna, catēna,* cet.
ē-nus, a, um *plēnus* ab inus. *pleo,* cf. *impleo, egēnus;* et aliunde quam a verbis, ut *vicēnus.*
ē-ta *Monēta, monēta* a *moneo.*

I

ī-do *formīdo* a **formire.* Sic *cupīdo* et *libīdo.*
ī-men, ī-mentum *molīmen, munīmen* et *munīmentum, pavīmentum, suffīmen* et *suffī-mentum* a verbis quartae, et *crīmen,* cf. κρῖ-μα et *cerno;* sed *tegĭmen,* cet.
ī-tio, ī-tor *suffītio, suffītor.*
ī-tus *audītus, suffītus, us,* cet. et adjectiva quae videntur esse participia obsoletorum verborum quartae conjugationis, ut *aurītus, marītus, turrītus.*

Nota aliunde *fort-u-ītus* et *grat-u-ītus (fortŭītus, gratŭītus).*

554 [I. Vocales **a, e, o, u** in ceteris particulis quae derivandis substantivis et adjectivis inserviunt generatim longae etiam sunt; **i** alias brevis est, alias longa.

Ludit in humānis divīna potentia rebus. Ov. *Pont.* 4, 3, 49.
En iterum crudēlia retro Fata vocant. Verg. *G.* 4, 495.
Avia tum resonant avibus virgulta canōris. Ib. 2, 328.
Nos quoque floruimus; sed flos erat ille caducus. Ov. *Tr.* 5, 8, 19.
Frigida pugnabant calidis, umentia siccis. Id. *M.* 1, 19.]

A

āca *cloāca* (pro *cluāca* a *cluo,* purgo).
āges *compāges, contāges (contāgio, contāgium), ambāges, strāges.* Cf. *vectīgal, fastīgium, praestīgiae.*
āginus *oleāginus.*
āgulum *coāgulum (cogo), repāgula (repango).*
ālis *regālis, trabālis, vōcālis (vox,* et *vŏcabulum* a *vŏco).*

ānus	*Hispānus, Tullianus, arcanus (arca).*[1]
āre	*alvēare* (et *alveārium, alveus*), *altāria (altus).*
āris, e	*militāris.*
ārium	*rosārium, viridārium.*
ārius, a, um,	*lignārius, vicārius, quadringenārius, temerārius (vărius).*
ātes	*Sparti-ātēs.*

E

ēdo	*dulcēdo.*
ēlia	*contŭmēlia*, cf. *con-tem-no:* n. 522, II.
ēlis, e	*crudēlis, fidēlis.*
ēmus	*postrēmus, suprēmus, extrēmus.*
ērus, a, um	*procērus, sevērus, sincērus.*
ēsimus, a, um	*vicēsimus, tricēsimus.*
ētum	*cupressētum, dumētum, quercētum.*
ēus, a, um (et **īus**)	*Sophoclēus, gigantēus, Aristotelīus;* in ceteris breve, ut *pōpulĕus, alveus (alvus), cavea (cavus).*

I

īca	in *amīca, formīca, lectīca, lorīca, mīca, rubrīca, urtīca, vesīca;* breve in *brassĭca, fabrĭca, fullĭca, manĭca, mantĭca, pedĭca, pertĭca, scutĭca, sublĭca*, a *sub* et *liquor, tunĭca.*
īcius	in derivatis a verbis, ut *translatīcius;* alias breve, ut *tribunĭcius.* At *novīcius* et apud Juv. 2, 66, *multīcia:* 499, *NB.* 3.[2]
īcus	v. n. 499, c), *NB.* 2. Adde *mendīcus (mendum?* sic *mendīco as), oblīquus (*līquis), umbilīcus (umbo?), lumbrīcus;* in alis breve, ut *hostĭcus, tetrĭcus; port-ĭcus, vitrĭcus.*
īculus	*i* nonnunquam metri necessitate producit, ut in *Căpīcula, cănīculus, cătīcula, pĕdīculosus* (Martial.), *sĭtīculosus* (Hor.), ut vitetur concursus trium vel plurium syllabarum brevium; et apud Germanicum et Martialem etiam *clāvīcula* et *crātīcula.* Cf. n. 564, III.
īgo	in substantivis, ut *calīgo, vertīgo*, atque in his verbis: *calīgo, castīgo, falīgo, fustīgo, instīgo, vestīgo;*[3] alias breve, ut *navĭgo, remĭgo* ab *ăgo (purgo* pro* *pūr-ĭgo).*
īle	in substantivis, ut *bubīle, cubīle, ancīle;*[4] breve in adjectivis substantive sumptis, ut *altĭle, volatĭle* (subaudi *animal).* Sed *incīle* ab *incīdo.*
īlis	in derivatis a nomine, ut *scurrīlis, subtīlis*, n. 499 a); excipe *humĭlis* et *parĭlis;* breve in derivatis a verbo, ut *missĭlis, sutĭlis, utĭlis (exīlis*, n. 499 a).
īmus, a, um	*opīmus (op-s), patrīmus (pater), matrīmus (prīmus, bimus*, cet., n. 523, 7.°; *īmus* est ab *infimus).*

1 Hujusmodi terminatio videtur oriri ex suffixo *geno* a radice *gen* ita ut *Trojānus, Romānus* sint pro *Trojagnus, Romagnus;* sic a *divus divīnus*, ab *alius aliēnus* (**aliegnus* pro **ali-i-gnus*, cf. *pi-ĕ-tas* pro *pi-i-tas*, n 497, *NB.* 1), a *pater patrōnus*, a *tribus tribūnus.* Cf. *benignus, malignus, aprugnus* seu *aprūnus* pro *benigenus*, cet. Quae quidem explicatio vel ipsa derivatorum significatione confirmari videtur. Cf. *terr-ĭ-gena, Troj-ŭ-gena.*

2 Cf. HAVET, *Rev. de philol.* XXXI, p. 234 (mense Oct. 1907).

3 *Fīgo, in-flīgo* et cetera composita primitiva sunt.

4 «*Ancile* antiqui ab *ambi* et *caedere* derivatum esse putarunt, fortasse recte. VARRO *L. L.* 7, 43; OV. *Fast.* 3,377.» *Thes. L. L.* Cf. GEORGES.

īna vulgo longum, ut *doctrīna, pruīna;* breve in *asĭna, domina, femĭna, fiscĭna (fiscus), fuscĭna, lamĭna, māchĭna* (μηχανή), *pūgĭna, palĭna, parietĭnae (paries), sarcĭna, trutĭna.*

īnum *tabulīnum* seu *tablīnum, sterculīnum* seu *sterquilīnum.*

īnus longum generatim, ut *divinus, caprinus, Latinus;* breve quando significat materiam ex qua, ut *cupressĭnus, crystallĭnus, hyacinthĭnus, cērĭnus* (pro *cereus*, cf. κήρινος).[1]

īta, īte *Nigrīta, Abderītes* (nom. populorum).

ītim *virītim.*

īva *oliva.*

īvus *aestīvus, festīvus, tempestīvus,* (a substant.); *inter-nec-īvus, nocivus, cadīvus, gradīvus (Gradivus, i), recidīvus, sub-secīvus (subsequor),* a verbis;[2] *actīvus, captīvus, fugitīvus* (cf. *fugi-t-urus), natīvus, satīvus, votīvus,* a supinis.

O

ō-bilis *mō-bilis* a *moveo, nō-bilis* a *nosco.*

ō-men *nō-men* a *nosco.*

ō-mentum *fō-mentum* a *foveo, mō-mentum* a *moveo.*

ōna, ōnus *ann-ōna, matrōna; col-ōnus, patrōnus.*

ōnia, ōnius *col-ōnia, Fav-ōnius.*

mōnia, mōnium *queri-mōnia, sanctimōnia, patrimōnium (caerimōnia).*

ōrius, a, um *amatōrius, uxōrius (in-glōr-ius* a *glōria).*

ōrium, tōrium *promont-ōrium, tentōrium, terri-tōrium.*

ōrus, a, um *canōrus (cano), decōrus (decet), odōrus (od-or,* ὄδ-ωδα).

ōsus, a, um *limōsus, otiosus.*

ōtes *Hērācleōtes* (nom. populorum).

U

ū-bilis *nū-bilis, volū-bilis (volv-o).*

ūca *lactūca, verrūca, sambūca (sambūcus).*

ūco, ūcus, a, um *mandūco (mandĕre), cadūcus.*

tūdo et **ūdo** (pro **tū-do**) *forti-tūdo, pulchri-tūdo, valĕ-tūdo; test-ūdo* a *testa, mansuet-ūdo (hirūdo).*[3]

ūgo *aerūgo* (et *aerūca, aes aeris), ferrūgo, lanūgo.*

ūlis *curūlis, tribūlis.* Sic *pec-ūlium* et *pec-ūnia* pro **pec-ūlia.*

ū-men, ŭ-mentum in contractione aut syncopa, ut *flūmen* pro **flŭ-ĭ-men, nū-men* a *nuo, lū-men* pro *luc-men, volū-men* a *volvere; argū-mentum, adjū(v)mentum, jū(g-)mentum, sternū-mentum (sternūtāmentum* a *sternuo);* sed *teg-ŭ-men, teg-ŭ-mentum, mon-ŭ-mentum,* cet.

ūna *fort-ūna (forte), lac-ūna, trib-ūna.*

ū-nus *tribū-nus.*

ūnus, a, um *im-port-ūnus* et *op-port-ūnus* solum.

1 Cf. *cerinus* apud Quicherat, *Thes. poët.*, et *carinus (cerinus)* ap Plaut. *Epid*: 233, et in *Thes. L. L.* Nota haec adjectiva in NUS et in TINUS quae tempus significant, *nundĭ-nus, perendĭ-nus (dies); cras-tĭnus, diū-tinus, pris-tĭnus (prius,* πρίν); *sero-tĭnus* et alia pauca vix usurpata; in *tīnus* autem *vesper-tīnus; matut-īnus (Matuta),— clandes-tīnus (clam), intes-tīnus (inter).*

2 *Lascī-vus*: cf.: λάω et Kuhn 1, p. 670.

3 Terminatio *tūdo -inis* est forma producta positionis *tūs -ūtis* (eadem ac *tās -ātis* Graece της -ητος).

ūra	*fig-ūra, nat-ūra, sut-ūra.*
ūrus, a, um	*fut-ūrus* (aliunde *obsc-ūrus, pū-rus, se-cūrus* (a *cūra*).
ū-tim	*tribū-tim* (*tribus*).
ūtus	n. 499, f), *actūtum* adv. (*hirsūtus* ab *hirtus*).

II. Verba in a) *ino*, b) *ito*, c) *urio* brevia sunt, praeter a) *in-clīno, festīno, opīnor*, b) *dormīto, irrīto, marīto, vīto.* c) *ligūrio, prūrio, scatūrio.* Cf. n. 505, d)

Partŭrient montes, nascetur ridiculus mus. Hor. *Pis.* 139.

Semesos pisces tepidumque ligūrierit jus. Id. *S.* 1, 3, 81.

II. De compositis

555 Legem simplicium retinent composta suorum,
Vocalem licet aut diphthongum syllaba mutet. 155

Dejĕro sed *jūro* dat *pejĕro*que, *innŭba nūbo*
*Pronŭba*que, atque *hīlum nihĭlum;* dant plurima vates:
Expergĕ-, liquĕ- cum *facio, patĕ-, rarĕ- tepĕ*que
Nec non *conŭbium* communibus addere possunt.

[Composita brevitatem vel longitudinem simplicium sequuntur, etiam mutatis vocalibus. Sic *perlĕgo, relĕgo* et *seligo* a *lĕgo, is; relēgo* a *lēgo, as; occīdo* a *cădo, occīdo* a *caedo, obaedio* vel *obēdio*, ab *audio, suffōco a fauces.*]

Hic erat aut alicui color ille simillimus horum. Ov. *Am.* 2, 5, 41.

Insĕquĭtur clamorque virum stridorque rudentum. Verg. *Aen.* 1, 87.

Squameus in spiram tractu se colligit anguis. Id. *G.* 2, 154.

[Sed duplici de causa potest etiam in compositione produci vocalis ante unam consonantem: vel syncope vel contractione, v. g. *merīdies a medius dies, prīdie a prae* (?) et *die, vīpera* pro *viŭpera* seu *vīv-ĭpara*. Graeca Graecam quantitatem servant: *Polўdorus, Argŏnauta, geōmetra.* Cf. nn. **553-54.**

EXC. 1.ª Pertinent ad eandem radicem, sed alia brevia sunt, alia longa; *dejĕro, pejĕro* et *jus, jūro, innŭba, pronŭba, conŭbium* et *nūbo;* alia, ut *fatidicus, causidicus, maledicus, veridicus (dīco), agnitus* et *cognītus (nōtus), ambītus* participium, et substantiva *ambitus, ambitio.*]

Pyrrhin conūbia servas. Verg. *Aen.* 3, 319.

Conŭbio jungam stabili propriamque dicabo. Ib. 1, 73.[1]

[2.ª *E* praecedens verbum *facio* in compositis littera est conectens; proinde ejus syllaba natura brevis est, sed poëtae longa pro brevi usi sunt, potissimum Lucretius.]

Flammarumque globos liquĕfactaque volvere saxa. V. *G.* 1, 473.

Tura liquēfaciunt. Ov. *M.* 7, 161.

1 Pro *conŭbĭum* aliqui legunt *conubjum:* cf. n. 563, 2.º

APPENDIX

NONNULLA DE QUANTITATE APUD PRISCOS [1]

556 [Ad Plauti maxime atque Terentii prosodiam cognoscendam haec accipe:

1.m Prisci saepe syllabam (brevem) in *r* aut *t* finale producunt, cum ejus vocalis natura longa est; maxime producunt:

a) tertiam personam verborum in *-at*, *-et*, *-it* cum hae vocales in aliis personis longae sunt, ut *amāt*, *monēt*, *audīt*, *legebāt*. Producunt praeterea tertiam pers. in *-it* praeteriti perf., ut *lēgīt*, etiamsi *i* in aliis personis breve est;

b) primam pers. in *or* et in *ar* verborum, ut *amōr*, *imitōr*, *legār;*

c) nominativos in *-or* et in *-al*, ut *cōr*, *dolōr*, *majōr*, *tribunāl*.

Noenum rumores ponebāt ante salutem. Enn. *Ann.* 287 (L. Müller ed.)

Ego mihi cum lusi, nil morōr ullum lucrum. Plaut. *Rud.* 4, 7, 22 [1248].

Hujus mel, hujus cōr, hujus labellum, cet. Id. *Poen.* 1, 2, 175 [388].

2.° Prisci saepe corripiunt syllabam secundam (longam), cum prima brevis est (haec autem secunda syllaba nonnumquam brevis permansit):

a) in dictione disyllaba ut *bonĭs*, *amănt*, *abi*, *egŏ* pro *egō* (ἐγώ) quod breve permansit: n. **529**.

b) in polysyllabis, ut *volŭptas*, *dedĭsti* (non autem *reddidisti*, nam prima longa est);

c) in conjunctione monosyllabi brevis cum syllaba longa, ut *quid ĕst?*, *quid ăbstulisti?*, *sed ăd tuum;*

d) in disyllabo cujus vocalis ultima eliditur, ut *tib(i) ĭstum*, *sen(em) ĭllum*.

1 Aliqua per modum exceptionis tradita jam sunt: cf. v. g. n. **520**, II, *NB*.

Est equos perpulcer, sed tu vehi non potes istoc. C. I. L. 1442: cf. n. **520**, II, *NB.* Hexametrum est.

Ut ăd pauca redeam, uxorem deducit domum. Ter. *Hec.* 1, 2, 60 [135].

Quin tu otiosus esto; ego illĭus sensum pulchre calleo. Id. *Ad.* 4, 1, 17 [533].

3.° Apud Plautum *v* post *l* aut *r* fere vocalis est extra compositionem, ut *silŭa, salŭos (salvus), Minerŭa* (at *per-vius);* nominativus autem in *ēs* breve producitur ut *milĕs,* item *ĕs* a *sum.*]

CAPUT IV. DE PEDE ET VERSU

557 Ars metrica agit de natura et constitutione sive structura versuum. Versus autem est series syllabarum certo genere et ordine pedum alligata quae metro sive mensura definitur, numerumque seu rhythmum efficit.[1]

I. De pedibus

558 Pes est pars versus certo syllabarum longarum et brevium numero atque ordine definita. [In pede autem certi versus syllaba longa duas breves valet, ac proinde moram (duración) duplo majorem quam brevis habet. Quare hic pes -⏑⏑ (dactylus) et hic - - (spondeus) aequo tempore in eodem carmine pronuntiantur.]

Pedes qui omnes syllabas longas aut omnes breves habent dicuntur pedes improprii seu falsi; ex quibus nullus versus effici potest, sed saepe pro pedibus veris ponuntur.[2]

1 Rhythmus est brevium longarumque syllabarum, item temporum fortium ac debilium ordinata successio. *Numerus autem in continuatione nullus est; distinctio et aequalium aut saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit; quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amni praecipitante non possumus.* Cic. *de Or.* 3, 48, 186.

2 Multa partim subobscura, partim non necessaria, ab auctoribus artis metricae in utramque partem disceptari solent de ictu, arsi, thesi, tempore forti ac debili, ceteris hujusmodi, ut de ratione versus legendi.

559 I. Praecipui pedes spectato syllabarum numero sunt:

a) disyllabi:

⏑– iambus, qui est e brevi et longa: *vĭrōs*.

–⏑ choreus vel trochaeus, qui est e longa et brevi: *ārmă*.

–– spondeus sive spondīus, qui est e longis duabus, et ponitur pro dactylo aut anapaesto: *pōssūnt*.

b) trisyllabi:

⏑⏑⏑ tribrachys, qui habet tris breves, par choreo: [1] *făcĕrĕ*.

–⏑⏑ dactylus, qui est e longa et duabus brevibus: *cōrpŏră*.

⏑⏑– anapaestus: *ănĭmōs*.

–⏑– creticus seu amphimacer: *māxĭmōs*.

[c] quadrisyllabi:

⏑⏑⏑⏑ proceleusmaticus: *ăbĭĕtĕ*.

–⏑⏑⏑ paeon primus: *tēmpŏrĭbŭs*.

⏑⏑⏑– paeon quartus *călămĭtās*.

–⏑⏑– choriambus: *nōbĭlĭtās*.[2]

Pedem tradunt uno ictu comprehendi et constare ex duobus temporibus, forti et debili seu arsi et thesi. Arsin dicunt sublationem vocis (alzamiento, elevación), thesin ipsius positionem (descenso, depresión). Apud Graecos haec nomina contrariam significationem obtinuerunt: cum enim rhythmum manus vel pedis motu metirentur in saltationibus, positione (τιθέναι τὸν πόδα) vocis percussionem significabant, sublatione vero (αἴρειν τὸν πόδα) demissionem. Arsis solet hoc signo notari (′).

Non tamen vocis sublatio aut positio his vocabulis *arsis* et *thesis* intellegenda ita est, ut diversam pronuntiationem antiqui tribuerent orationi ligatae ac solutae in hunc modum: *Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi Silvestrem tenui musam meditaris avena;* sed videtur solum intellegenda contentio quaedam vocis aut remissio: haec autem contentio dicitur percussio seu ictus (metricus), qui tamen a nonnullis rejicitur, mera successione aut vicissitudine longarum brevium-que syllabarum versum concludentibus. Cf. Madvig, n. 498, adn. 4, Havet, n. 483 sqq., Plessis, n. 45 sqq., Meillet apud Errandonea, n. 760, Laurand, VII, 179.

Quod si longa syllaba cui respondet arsis in duas breves dividitur, v. g. ⏑ in ⏑⏑, has duas breves arsis occupabit (⏑′⏑⏑). Sic ⏑⏑⏑=⏑– et ⏑′⏑⏑. Si thesis arsin praecedet, rhythmus erit ascendens; si thesin arsis, descendens.

1 A Cicerone, *Or.* 64, 217, et Quintiliano trochaeus dicitur.

2 Sunt praeterea: ⏑⏑ pyrrichius: *fŭrŏr*.

⏑–– bacchīus: *părābūnt*.

––⏑ antibacchīus vel palimbacchius: *aūdīssĕ*.

⏑–⏑ scholius seu amphibrachys: *pŏēmă*.

––– molossus: *cōntēndūnt*.

⏑–⏑⏑ paeon secundus: *dŏcēbĭmŭs*.

⏑⏑–⏑ » tertius: *ănĭmālĭs*.

–⏑–⏑ dichoreus vel ditrochaeus: *cīvĭtātĭ*.

II. Ratione temporum quae in pede continentur, pedes sunt:

a) generis paris (γένος ἴσον); i. e. eandem moram habent in arsi atque in thesi, v. g. dactylus, cujus arsis est duorum temporum, duorum etiam thesis. Sunt hujusmodi praeter dactylum anapaestus, spondeus ⏑ – vel – ⏑, proceleusmaticus ⏑⏑ ⏑⏑ vel ⏑⏑ ⏑⏑.

b) generis dupli seu duplicis (γένος διπλάσιον); i. e. moram duplo majorem sive longiorem habent in arsi quam in thesi, ut iambus, cujus thesis est unius temporis, arsis duorum. Huc spectant etiam trochaeus, tribrachys ⏑⏑ ⏑ vel ⏑ ⏑⏑, cet.

c) generis sesquialterius, sescupli sive sesquiplicis[4] (γένος ἡμιόλιον); sc. spatium thesis habent in arsi et praeterea partem dimidiam, v. c. creticus, cujus arsis est trium spatiorum, thesis duorum: ⏑ – ⏑. Ita bacchius, antibacchius, cet.

NB. Sunt versus qui scandi possunt per dipodiam sive per duplicem pedem; haec autem mensura metrum dicitur. Quare metrum iambeum sive iambicum componitur ex duobus iambis, metrum trochaicum ex duobus trochaeis, anapaesticum ex duobus anapaestis; v. g. – ⏑, – ⏑, dipodia trochaica: unde dicitur versus trochaicus trimeter, i. e. trium metrorum, seu constans ex tribus dipodiis trochaicis, h. e. sex pedibus trochaeis, cet. In versu dactylico metrum idem est quod pes; unde hexameter est versus sex pedum.]

II. De versu

560 I. Versus duplex est: simplex seu purus et compositus sive mixtus: purus, qui constat uno pede saepius repetito, vel uno genere pedum et ejus aequali; mixtus, qui pluribus diversis. Ultima versus syllaba communis effertur, non quod propriam mutet quantitatem, sed quia «Postrema syllaba», ut ait

⏑–⏑– diiambus: *pĕrūlĭlēs.*
⏑––⏑ antipastus: *rĕcūsālĕ.*
⏑––– epitritus primus: *rĕpūgnārūnt.*
–⏑–– » secundus: *cōndĭtōrēs.*
––⏑– » tertius: *dīscōrdĭaē.*
–––⏑ » quartus: *fōrtūnālĭs.*
–––– dispondeus: *ōrātōrēs.*

4 Cf. Cic. *Or.* 57, 193.

Cicero, *Or.* 64, 217, «brevis an longa sit, ne in versu quidem refert», propter moram quam in fine versus aures exigunt.

[II. Versus dicitur catalectus sive catalecticus, cui syllaba deest in ultimo pede. Dicitur autem catalecticus in syllabam, cum ultimus pes non habet nisi unam syllabam; catalecticus in disyllabum, cum habet duas. Sic hexameter dactylicus est versus catalecticus in disyllabum. Versus cui duplex est catalexis dicitur dicatalecticus, v. g. pentameter, in quo catalexis est in medio et in fine, Acatalecticus sive acatalectus est cui nihil deest; hypercatalecticus in quo syllaba redundat.

III. Versus longiores constant partibus a) duabus, b) aliquando tribus, quas Latini membra, Graeci κῶλα dicunt. Pro numero membrorum versus nominatur monocolos, dicolos, tricolos. Plura membra systema efficiunt.

a) *Nos patriae fines* | *et dulcia linquimus arva.* Verg. *B.* 1, 3.
Lunaque nocturnos | *alta regebat equos.* Ov. *Tr.* 1, 3, 28.
Fontesque lymphis | *obstrepunt manantibus.* Hor. *Ep.* 2, 27.
Quoi dono lepidum | *novum libellum?* Catull. 1, 1.

b) *Ille volat* | *simul arva fuga* | *simul aequora verrens.* V. *G.* 3, 201.
Quidve dolens | *regina deum* | *tot volvere casus.* Id. *Aen.* 1, 9.]

IV. Caesura est sectio seu incisio in medio versu, quae moram aliquam exigit in pronuntiando. Fit fere in fine dictionis qui sit in initio pedis aut in medio pede.

Nos patriae finēs | *ēt dulcia linquimus arva. B.* 1, 3.
Impius haec tam cūltă | *nŏvalia miles habebit. Ib.* 70.

Quae quidem masculina vel fortis appellatur, si dictio post syllabam longam absolvitur, ut in priore exemplo; feminina seu debilis, si post brevem, ut in altero. V. n. 567. Caesura autem optima censetur, cum ibi praecidit carmen ubi sensus moram requirit.

V. Sed vulgo ab antiquis dicebatur caesura syllaba dictionis extrema, prima pedis; quae nunc incisio syllabica aliquando dicitur; v. c. syllabae *ae* atque *nes* in hoc versu Vergiliano:

Nos patriAE finES et dulcia linquimus arva.[1]

VI. Plures versus lyrici facilius scanduntur, prima syllaba tum brevi tum longa in scandendo omissa. Quae ab aliquibus dicitur anacrusis (ἀνάκρουσις), i. e. prolusio seu praelusio.

VII. Saepe duae syllabae priores promiscue longae aut breves in lyricis usurpantur: ⏑⏑ vel – – vel ⏑ – vel – ⏑. Basim hanc nonnulli appellant.

1 Igitur syllaba quae eliditur non est habenda pro incisione syllabica; non enim prima pedis est.

III. De synaloepha, ecthlipsi, aphaeresi, hiatu

561 Vocali ex gemina tollit synaloepha priorem, *M* cum vocali praeeunte ecthlipsis et haurit: *Est* vel *es* at si consequitur, fit aphaeresis: *usquamst.*

I. Synaloephe sive elisio est figura, qua vocalis aut diphthongus praecedentis dictionis a sequenti eliditur et quodammodo absorbetur. Cf. n. 4, 8. Elisio vocalis longae quam brevis durior est: elisio ante brevem etiam durior quam ante longam.

Conticuer' omnes intentiqu' ora tenebant.

Pronuntiatur autem et scribitur:

Conticuere omnes intentique ora tenebant. Verg. *Aen.* 2, 1.

Dardanid(ae) e muris. Ib. 10, 263.

NB. Praecedente vocali aut littera *m*, *e* verbi *es* et *est* eliditur etiam in fine carminis (aphaeresis).

At gravis ut fundo vix tandem redditus imo est. Verg. *Aen.* 5, 178; h. e. *imost.*[1]

II. Attamen in versibus maxime dactylicis majoribus non eliduntur (sed fit hiatus):

1.m Interjectiones monosyllabae, ut *o, a (ah), heu.*

...Ō ŭbi campi. Verg. *G.* 2, 486.

O pater, ō hŏminum rerumque aeterna potestas. Id. *Aen.* 10, 18.

Ō ēt de Latiā, ō et de gente Sabina. Ov. *M.* 14, 832.

2.° Aliquando vocalis longa et diphthongus *ae* in arsi non eliduntur.

Quid struit? aut qua spē inimica in gente moratur? V. 4, 235.

[*Orchades et radiī ĕt amara pausia baca.* Id. *G.* 2, 86.

Ante tibi Eoāe Ātlantides abscondantur. Ib. 1, 221, et *B.* 3, 6; 7, 53; *Aen.* 1, 16 et 617; 4, 667. Hor. *Ep.* 13, 3; *S.* 1, 9, 38, cet.]

3.° Item vocalis longa et diphthongus in thesi, quae proinde corripiuntur.

Insulăe Īonio in magno. Verg. *Aen.* 3, 211.

1 «Hoc modo ut semper pronuntiasse, ita aliquotiens etiam scripsisse Romanos constat; maximeque hoc in libris sermonem familiarem praeferentibus (ut in comicorum fabulis Ciceronisque epistulis) animadvertere licet. Jam apud ceteros auctores raro in universum formae truncatae in codicibus deprehenduntur». Baehrens, *Poëtae Latini minores*, vol. 1, *editoris praef.* p. XII (in B. Teubner).

[*Credimus? an quĭ ămant, ipsi sibi somnia fingunt?* Id. *B.* 8, 108.

Te, Corydon, ŏ Ălexi. Ib. 2, 65. Item *Aen.* 5, 261; Hor. *S.* 1, 9, 38.

Nota longas et breves non elisas in eodem versu.

Ter sunt conatī īmponere Peliŏ Ōssam. Verg. *G.* 1, 281.

Glaucō ēt Panopeăe ĕt Inoo Melicertae. Ib. 437.]

4.° Item non eliditur aliquando vocalis brevis, praesertim in caesura ubi sensus absolvitur.

Et vera incessu patuit deă. Ille ubi matrem cet. Verg. *Aen.* 1, 405.

NB. Synaloephe non modo in eodem carmine, sed in diversis etiam locum habere potest, praesertim cum particula *que*.

Ignari hominumque locorumque

Erramus... Verg. *Aen.* 1, 332; ubi ultima vocalis praecedentis versus eliditur a prima sequentis; quare versus est hypermeter.

562 Ecthlipsis est, cum *m* littera simul cum vocali praecedenti eliditur ob sequentem vocalem.

Itali(am), Italiam primus conclamat Achates. Verg. *Aen.* 3, 523.

O curas homin(um), o quant(um) est in rebus inane. Pers. *S.* 1, 1.

NB. 1. Ecthlipsis etiam in diversis carminibus locum habet, sed raro.

Jamque iter emensi, turres ac tecta Latinor(um)
Ardua cernebant juvenes. Verg. *Aen.* 7, 160.

NB. 2. Prisci litteram *m* cum vocali correpta servabant, quod ab aliis raro factum est.

Et tantum venerata virūm, hunc sedula curet. Tib. 1, 5, 33. Et apud Hor. *S.* 2, 2, 28, et Prop. 3, 15, 1; 3, 32, 45; 4, 7, 49, cet. Cf. n. 568, I.

IV. De figuris poëtarum propriis

563 Syllaba de gemina facta una, synaeresis esto.
Distrahit in geminam huic adversa diaeresis unam.
Ectasis extendet, rapiet sed systola vocem.

In carmine praeter ea quae pluribus locis dicta sunt de poëtis, quattuor maxime figurae spectantur: synaeresis, diaeresis, systola, diastole.

I. Synaeresis vel synizesis est syllabarum duarum in unam contractio, ut fit in sequentibus casibus (est autem frequentior in tempore debili quam in forti):

1.° In vocibus *eus* finitis syllabae *ea, ei, eis, eo* in unam coire possunt. Item *ea, ei, eo* in aliis, [ut trisyllaba *ĕādem, ĕōdem, ĕōsdem* in disyllaba; disyllabum *dĕhinc* in monosyllabum. *Reice, eicit*, n. **520**.]

...Ismarus Orphea. Verg. *B.* 6, 30.

...Laquearibus aureis. Id. *Aen.* 1, 726.

...Fluminis alveo. *Ib.* 7, 33.

[*Una eademque via sanguis animusque sequuntur*. *Ib.* 10, 487.

Eurus ad se Zephyrumque vocat; dehinc talia fatur. *Ib.* 1, 131.

Circlos Cervici subnecte; dĕhinc ubi libera colla. Id. *G.* 3, 167.

NB. Fere a poëtis contrahuntur *antehac (anthac)*,[1] *usqueadeo, deorsum, seorsum (sorsum), gravĕolens, suavĕolens* cum vocalibus *ei* in *Achillei, Ulissei* seu *Ulixei*, cf. n. **27**, III, cum dativo et ablativo in *-oeo*, ut *Typhoeo*. Iidem dicunt *prendo, vēmens*, cet. pro *prehendo*, cet. Adde n. **518**, *NB*.]

2.° *I* vocalis in consonantem mutari potest in *ăbies* et *ăbiegnus, ăries* et *ărietare, păries*, producta vocali praecedente.

...Transverberat ābiĕte pectus. Verg. *Aen.* 11, 667 (= *ābjĕtĕ*).

Ariĕtat in portas et duros obice postis. *Ib.* 890; (*obice* = *objice* passim). [Et *Aen.* 2, 442; 9, 674; 12, 706, cet. Prop. 4, 19, 12; 5, 1, 42.

NB. Ia, io aliquando contrahuntur, sed delectu opus est.

...Quin protinus omnia. Verg. *Aen.* 6, 33.

Flūviorum rex Eridanus. Id. *G.* 1, 482 (= *fluvjorum*).]

3.° *I* particulae *semi* cum litteris initialibus *a, hi, ho, u* in unam (brevem) coalescunt semper in compositione, ut *semiustus* sive *semustus, semianimis* seu *semianimus*.

Caedit semianimis Rutulorum calcibus arva. Verg. *Aen.* 10, 404.

Semihominis Caci facies. *Ib.* 8, 194.

4.° *Oa, oe, oi, oo, ou* raro coalescunt.

Quoad vixit. Hor. *S.* 2, 3, 91. — *Quoad* monosyllabum est.

Proinde tona eloquio. Verg. *Aen.* 11, 385. — *Proinde to-* dactylus est.

Cooperiant maria. Lucr. 6, 491. — *Cooperi-* dactylus est.

Prout cuique libido est. Hor. *S.* 2, 6, 67. — *Prout* monosyllabum est.

5.° *U* vocalis post consonantem aliquando in consonantem migrat producta vocali antecedente, ut in *genua, tenuia, pituita*.

1 Semper ab antiquis.

Genua labant. Verg. *Aen.* 5, 432. — *Gĕnuă lă-* dactylus est.
Tenuia nec lanae. Id. *G.* 1, 397. — *Tĕnuiă* dactylus est.

6.° *Uu* coalescit in *u* in genitivo plurali quartae.
Sed duo sunt quae nos disjungunt milia passum. Mart. 2, 5, 3.
NB. Prisci, comici praesertim, in contractionibus liberiores sunt.

564 I. Diaeresis est syllabae unius in duas divisio, ut *siluae* pro *silvae*, *evoluam* pro *evolvam.*
Nunc mare nunc siluae. Hor. *Ep.* 13, 2.
Condita quin veri pectoris evoluam. Catull. 66, 74.
[Sic *aurāi*, cet. n. **518**, 3.° *Vēius*, n. **520**, *NB.* 2, *dissoluo, persoluenda, evoluisse*, et apud comicos *iam* disyllabum.[1]

II. Systole fit, cum aut syllaba natura longa corripitur, ut *miscuĕrunt*, *fulgĕre;* aut etiam longa positu, altera tamen consonante extrita, fit brevis, ut *ŏbicis* pro *objicis*, *ăbici* pro *abjici.* Cf. n. **545** et n. **520.**
Illae autem paribus quas fulgĕre cernis in armis. V. 6, 827.
NB. Fit aliquando haec figura ob metri necessitatem.
Miscuĕruntque herbas. Verg. (?) *G.* 2, 129.]

III. Ectasis sive diastole fit cum syllaba natura brevis fere metrica necessitate producitur, velut cum sunt tres vel quattuor breves continuae in carmine heroico, ut *Prīamides*, cf. *Prĭamus*, *Ītalia* et *Ītalus*, cf. *Ĭtalus*, [*Sīcelides*, cf. *Siculus*, *Ārabia* (et *Ărabia*), cf. *Ărabs.*
Ibitis Ītaliam, portusque intrare licebit. Verg. *Aen.* 3, 254.

565 [Proprius itidem poëtarum est metaplasmus sive figura qua vetus verborum forma vel necessitate metri vel ornandi poëmatis causa a poëtis in novam figuram faciemque sermonis mutatur.

Praecipua metaplasmi genera sunt quae sequuntur:

I. *Aphaeresis* est littera vel syllaba principio dictionis subtracta, ut *ruo* pro *eruo*, *temno* pro *contemno* Cf. n. **561**, I, *NB.*

II. *Epenthesis* est, cum medio dictionis littera aut syllaba interjicitur, ut *Mavors* pro *Mars*, *navita* pro *nauta*, *cinctutus* pro *cinctus.*

1 Cf. Verg. *Aen.* 6, 747; Catull. 66, 38; Tib. 1, 7, 2; 10, 62; 4, 5, 16; Ov. *Her.* 12, 4, cet. Sic apud Lucr. maxime et Phaedr. 1, 2, 8; *Prol.* 3, 4, cet. *sŭēmus*, *sŭēsse*, *sŭētus*, cet pro *sŭemus*, cet.

NAVITA *tum stellis numeros et nomina fecit.* Verg. *G.* 1, 137.

III. *Syncope* litteram vel syllabam e medio dictionis subtrahit, ut *gubernaclo* pro *gubernaculo*, *periclis* pro *periculis*, *vixet* pro *vixisset*, *extinxem* pro *extinxissem*, *divum* pro *divorum*.

Deseris, heu tantis nequiquam erepte PERICLIS! Verg. *Aen.* 3, 710.

VIXET, *cui vitam deus aut sua dextra dedisset. Ib.* 11, 118.

IV. *Paragoge* dicitur, cum extremae syllabae aliquid adjungitur, uti *deludier* pro *deludi*, *admittier* pro *admitti*.

Confestim alacres ADMITTIER *orant.* Verg. *Aen.* 9, 230.

V. *Apocope* fini dictionis aliquid detrahit, ut *tuguri* pro *tugurii*, *oti* pro *otii*. Cf. n. **25**, *NB.* 1.

Pauperis et TUGURI *congestum cespite culmen.* Verg. *B.* 1, 69.]

CAPUT V. DE ALIQUIBUS VERSUUM GENERIBUS

I. DE VERSU SIMPLICI

1. RHYTHMUS DACTYLICUS

566 I. Hexametrum carmen constat sex dactylis, quorum postremus est catalecticus, n. **560**, II. Habet praeterea a) modo incisionem unam syllabicam, n. **560**, V, post pedem secundum, b) modo duas, post primum et tertium, c) plures etiam habere potest.

a) *Sed fugit intere|a, fugit irreparabile tempus.* Verg. *G.* 3, 284.

b) *Ille vo|lat simul arva fu|ga simul aequora verrens. Ib.* 201.

c) *Intere|a volu|cres Pyro|is et Eous et Aethon.* Ov. *M.* 2, 153.

II. Sed singuli e quattuor primis pedibus spondeo substitui possunt; substituuntur autem vel unus vel plures plerumque.

Ūrbs ānti|qua rūī mūl|tos do|minata per annos. Verg. *Aen.* 2, 363.

Igitur compositio hexametri haec est:

$$-\overline{\cup\cup} \mid -\overline{\cup\cup} \mid -\overline{\cup\cup} \mid -\overline{\cup\cup} \mid -\cup\cup \mid -\overline{\cup}$$

NB. Quintus pes nonnunquam spondeus est; unde versus spondaicus seu spondiacus appellatur; quo vel rei alicujus gravitas et amplitudo, vel ingens maeror animique angor, vel aliud simile decla-

ratur. Quartam sedem spondaici versus dactylus occupare solet, ultima vero dictio esse quattuor syllabarum. Sic Vergilius:

Cara deum suboles, magnum Jovis incrementum. B. 4, 49.

Constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit. Aen. 2, 69.[1]

[III. Incisio syllabica nonnunquam unica est post primum aut tertium pedem, adjecta fere caesura trochaica, n. **567**, III, quae saepe post encliticam invenitur.

Incipi|unt agitata ‖ tumescere et aridus altis... Verg. *G.* 1, 357.

(Haud mora) conversisque ‖ fu|gax aufertur habenis. Id. 11, 713.

Haec dum Dardanio Aene|ae miranda videntur. Ib. 1, 494.

IV. Raro incisio post tres priores pedes nulla est, ubi tamen caesura trochaica adesse solet, saepe post encliticam.

Tempora cunctantique ‖ natantia lumina solvit. V. *Aen.* 5, 856.

Impius haec tam culta ‖ novalia miles habebit. Id. *B.* 1, 70.

Exiit oppositasque evicit gurgite moles. Id. *Aen.* 2, 497.

NB. Monosyllabum (longum) pro syllaba incisa haberi potest, tum potissimum cum intime dictioni praecedenti conjungitur.

Opprime, dum nova | sunt, subiti mala semina morbi. Ov. *Rem.* 81.

Duc, age, duc ad | nos; fas illi limina divum... V. *G.* 4, 358.

Igitur si pedes versus heroici e singulis verbis constat, ineptum atque insulum fit carmen, ut

Aurea scribis carmina, Juli, maxime vatum.[2]

Injucunda etiam illa sunt, quae femininis tantum caesuris intersecantur, ut

Sole cadente juvencus aratra reliquit in arvo.

Contra si verba conciduntur ita ut mutuo amplexu pedes alii ex aliis vocabulis pendeant, pulcherrimus efficitur versus.]

567 Versus hexameter variis modis resecari potest, ut liquet ex iis quae nuper dicta sunt. Ejus caesurae quinque potissimum numerantur:

1.ª Triemimeris, Latine semiternaria, quae conflatur ex primo pede cum incisione secundi. Semiternariae addenda est semiseptenaria.

Purpureos ||| moritura ‖ manu ||| discindit amictus. Verg. *Aen.* 12, 602.

$$-\breve{\smile}\breve{\smile}|-|||\breve{\smile}\breve{\smile}|-\breve{\smile} \;\|\; \breve{\smile}|-|||-|-\breve{\smile}\breve{\smile}|--$$

1 Pulchre ille Vergilii aemulus Hieronymus Vida libro V suae *Christiadis* spondaico celeberrimo finem imposuit:

Supremamque auram ponens caput exspiravit.

2 Immo versus erit prorsus inelegans, si duo priores pedes verbis duobus aut uno minime caeso conficientur, quale est illud Taciti in principio *Annalium: Urbem Romam principio reges habuere;* aut hoc pervulgatum: *Profuderunt cum generoso sanguine vitam.*

2.ª Penthemimeris seu semiquinaria, quae constat ex duobus pedibus et incisione tertii.

Haec omnium jucundissima est, praesertim addita bucolica, quia versum ex aequo fere dividit.

Arma virumque cano, ||| *Trojae qui primus ab oris.* Verg. *Aen.* 1, 1.

$$-\breve{\smile}\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\,|\,|\,|\,-\,|\,-\,-\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\,-$$

Quale sopor fessis ||| *per gramina,* ‖ *quale per aestum.* Id. *B.* 5, 46.

3.ª Trochaica, quae post duos pedes habet trochaeum, qui dictionem terminet intra thesim tertii. Hac caesura parum Latini delectantur, molliorem enim efficit versum, et plerumque masculinae caesurae societatem requirit.

Infandum, ||| *rĕgina,* ‖ *jubes* ||| *renovare dolorem.* Verg. *Aen.* 2, 3.

$$-\,-\,|\,-\,|\,|\,|\,-\,|\,-\breve{\smile}\,\|\,\breve{\smile}\,|\,-\,|\,|\,|\breve{\smile}\smile\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\breve{\smile}$$

4.ª Hephthemimeris, Latine semiseptenaria, quae continet tres pedes cum incisione quarti. Cui praemittitur semiternaria vel saltem trochaica.

Deser'tosque vidēre ‖ *l'ocos* ||| *l'itusque rel'ictum.* Verg. *Aen.* 2, 28.

$$-\,-\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\breve{\smile}\,\|\,\breve{\smile}\,|\,-\,|\,|\,|\,-\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\breve{\smile}$$

5.ª Bucolica seu tetrapodia fit, si semiseptenariae duas breves adjunxeris, sensumque perfeceris; tunc autem versus dicitur epodicus.[1] Haec caesura elegantissima est, maxime si quartus dactylus integra dictione constat; sed alteram requirit.

Namque erit' ille mihi ||| *semper deus.* ‖ *Illius' aram...* Verg. *B.* 4, 7.

$$-\breve{\smile}\smile\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\,|\,|\,|\,-\,|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,\|\,-\breve{\smile}\smile\,|\,-\breve{\smile}$$

Quale sopor fessis ||| *in' gramine,* ‖ *quale per' aestum .. Ib.* 5, 46.

568 I. Caesurae masculinae atque etiam incisioni ea vis est, ut syllaba brevis, praesertim in consonantem exiens, nonnunquam producatur.

Pectori|bŭs inhians spirantia consulit exta. Verg. *Aen.* 4, 64.

Emicat Euryalŭs ||| *et munere victor amici. Ib.* 5, 337.

[*Ostentans artemque patēr* ||| *arcumque sonantem. Ib.* 521.

Ille latus niveum molli ful|tŭs hyacintho. Id. *B.* 6, 53.

Dona dehinc auro gravĭā ||| *sectoque elephanto.* Id. *Aen.* 3, 464.]

II. Monosyllabum *que* interdum a poëtis producitur in arsi secundi pedis.

Liminaquĕ laurusque dei totusque moveri. Verg. *Aen.* 3, 91.

[III. Ad hexametri synaloepham quod attinet, illud accipe: raram esse fereque vitandam in arsi primi pedis, in arsi et thesi sexti, item raram esse in thesi secundi et quinti. Sed cf. n. 581 a, *NB*.

1 Haec caesura βουκολική appellatur, quod Theocritus hac plurimum sit usus. In eclog. Verg. reperiuntur 35. Cf. Havet, n. 107.

Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas. Hor. *S.* 1, 1, 52.
Omnibus exhaustis jam casibus, omnium egenos. Verg. *Aen.* 1, 599.

569 Exeuntis hexametri heroici hae normae sunt:

1.ª Ut sextus pes sit vox disyllaba, a) praecedente polysyllaba, v. g. *tēgmĭnĕ fāgī, īmbŭĕt āgnŭs, Amarўllĭdă sīlvās, cereālĭăque ārmă, praedīcĕrĕ quērcūs, irremeābĭlis ērrŏr;*

b) aut praecedente uno monosyllabo, ut *tūrtŭr ăb ūlmō, pēctŏre ăb īmō, lēntŭs ĭn ūmbrā, frondātŏr ăd āurās, fātă, nĕque ūltrā (= fata, nec ultra);*

c) aut praecedente monosyllabo cum disyllabo, v. g. *hūic pătĕr ādsĭt, hāud tĭbi vūltŭs, ō dĕă cērtē;*

d) aut praecedentibus (raro) tribus monosyllabis: *hīc ĕt ĭn Āttī.*

2.ª Ut vox ultima sit trisyllaba, paenultima disyllaba aut polysyllaba, ut *lāevă fŭīssĕt, pēctŭs ănhēlŭm, hominūmquĕ dĕūmquĕ, vibūrnă cŭprēssī, consolentūrnĕ pārēntĕm.*

3.ª Ut sextus pes constet duobus monosyllabis, praeeunte polysyllabo, ut *capēssĕrĕ fās ēst.*

4.ª Ut vox postrema sit monosyllaba, praeditā aphaeresi, n. **561, I,** *NB.*, ut *sāēpĕ cŏōrta est, interfātă dŏlōre est.*

NB. 1. Justis de causis, v. g. ad rem ante oculos ponendam, ad harmoniam quam dicunt imitativam procurandam, potest hexametrum carmen in monosyllabum exire.

Sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos. V. *Aen.* 5, 481.
Dat latus; insequitur cumulo praeruptus aquae mons. Ib. 1, 105.

NB. 2. Vitandae sunt in fine dictiones quattuor et quinque syllabarum, paucis exceptis, fere Graecis aut propriis, ut *ululatus, elephantus, hymenaeus, Alphesiboeus.*

Lamentis gemituque et femineō ŭlŭlatu. Verg. *Aen.* 4, 667; cf. n. **561**, I, 2.°

Seu mollis violae seu languentīs hўăcinthi. Ib. 11, 69; cf. n. **568**, I.
Saltantis Satyros imitabitur Alphesiboeus. Id. *B.* 5, 73.

NB. 3. Nostris auribus jucundissime accidunt hexametri, cum arsis quinta et sexta acuuntur, quales sunt fere Vergiliani et Ovidiani iique poëtarum qui Vergilium sunt et Ovidium imitati. Audi v. c. Vergilium, *Aen.* 6, 679 — 702:

At pater Anchises penitus convalle virenti
Inclusas animas superumque ad lumen ituras 680
Lustrabat studio recolens, omnemque suorum

Forte recensebat numerum carosque nepotes
Fataque fortunasque virum moresque manusque.
Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit,
Effusaeque genis lacrimae, et vox excidit ore:
«Venisti tandem, tuaque expectata parenti
Vicit iter durum pietas? datur ora tueri,
Nate, tua et notas audire et reddere voces?
Sic equidem ducebam animo rebarque futurum,
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras et quanta per aequora vectum
Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!
Quam metui ne quid Libyae tibi regna nocerent!»
Ille autem: «Tua me, genitor, tua tristis imago
Saepius occurrens haec limina tendere adegit:
Stant sale Tyrrheno classes. Da jungere dextram,
Da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.»
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare bracchia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par levibus ventis volucrique simillima somno.

570 Curandum etiam est ut finis orationis non semper versus fini respondeat, at oportet varias moras et caesuras inducere, ut apud Verg. *Aen.* 1, 498 sqq.

Qualis in Eurotae ripis | aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, | quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades; | illa pharetram
Fert umero, | gradiensque deas supereminet omnis
(Latonae tacitum | pertentant gaudia pectus);
Talis erat Dido, | talem se laeta ferebat
Per medios, | instans operi | regnisque futuris.[1]

1 1.m Si tibi versus ex pedibus solutis conficiendi sunt, v. g. *quīcūmquĕ hŏnōrĭs ōblītŭs, ĕst ōblĭtŭs cāenō*, aut *cāeno ĕst ōblĭtŭs*, in primis, cum sensum pulchre calleris, cujusque syllabae quantitas notanda examussim, deinde pes quintus et sextus quaerendi, et ad incisiones priorum animus ut initium invenias advertendus. Sic in exemplo proposito incipies a fine: *ōblītŭs hŏnōrĭs* aut ab exordio: *ōblĭtŭs ĕst cāēnō;* utrumque recte, finis enim versus est vox trisyllaba, cet.; initium autem gaudet incisione post pedem secundum: reliqua jam erunt facillima: *quīcūmquĕ*. En igitur tibi carminum tuorum primitiae: *ōblĭtŭs ĕst cāenō quīcūmque ōblītŭs hŏnōrĭs*.

571 Pentametrum carmen quod fere hexametrum comitatur, continet duo membra quorum utrumque binis constat dactylis et incisione syllabica. Sed duo priores dactyli possunt in spondeos mutari.

$$-\breve{\cup}\,|\,-\breve{\cup}\;|\;-\,|\,|\,|\,-\,\cup\,|\,-\,\cup\,|\,\breve{\times}$$

Et subito ca|su ||| quae valuere ru|unt. Ov. *Pont.* 4, 3, 36.[1]

NB. 1. In pentametro rara est elisio, quae si est vocalis longae vitanda in secundo membro.

NB. 2. Vitanda omnino in fine vox monosyllaba, vitanda (fere) trisyllaba, licet (raro) uti polysyllaba; disyllaba communis est. Sed in utraque sectione fieri potest aphaeresis. Cf. n. **561**, I, NB.

2.° Cum versus vocem aliquam capere nequit, aut alia de causa verbis propositis confici non potest, *a)* synonymis utendum est. v. g. *Tum aspera saecula mītĭōra fient positis bellis*, dices cum Verg. *Aen.* 1, 291: *Aspera tum positis* MITESCENT *saecula bellis;*

b) aut numerus mutandus, v. g. *Flavumque mel de vĭrĭdĭbus ilicibus stillabat* dices cum Ov. *M.* 1, 112: *Flavaque de viridi stillabant ilice mella;*

c) aut alia constructio usurpanda, non mutata significatione, v. c. *Quantum lentam salicem superat pallens oliva,* ubi etsi omnia verba capit hexametrum, his componi tamen non potest. Dic igitur: *Quantum lenta salix pallenti cedit olivae,* vel cum altera incisione et cum Vergilio:

Lenta salix quantum pallenti cedit olivae. B. 5, 16.

Sic activam vocem in passivam et contra mutabis: *Pontum et fauces ostriferi Abydi tentant* in passiva efficit versum: *Pontus et ostriferi fauces temptantur Abydi.* Verg. *G.* 1, 207.

d) Aut adjiciendum epithetum quod ad rem faciat, i. e. ex rei natura vel adjunctis desumptum, v. g. in hoc: *Interea pendent circum oscula fĭlĭi,* sic:

Interea dulces pendent circum oscula nati. Verg. *G.* 2, 523.

Hanc sententiam: *Nix aves morti tradit* sic epithetis augere et ornare poteris:

Heu! maestas volucres nix tradit frigida morti; vel rectius fortasse:

Tristibus heu! avibus nix infert horrida mortem; vel pulchrius:

Heu! teneris avibus nix affert aspera mortem.

Heu! nivibus moriuntur aves hiemalibus (glacialibus) actae.

NB. In hoc exemplo epitheta *candida (nix)* et *querulas (aves)* supersunt.

e) Locum epitheti appositio usurpare potest; v. g.

Nec tamen interea raucae, TUA CURA, *palumbes,*

Nec gemere aĕria cessabit turtur ab ulmo. Verg. *B.* 1, 57; *tua cura,* h. e. *tibi dilectae, tibi carissimae.*

f) Circuitio etiam adhibebitur: sic verbum *arare* significare ita poteris: *telluri infindere sulcos, terram exercere aratro,* cet.; *vesperascit,* ita:

Majoresque cadunt altis de montibus umbrae. Verg. *B.* 1, 83.

Et cf. v. g. infinitivum pro gerundio, ut *amor cognoscere* pro *cognoscendi, bonus inflare* pro *ad inflandum,* praepositionem omissam, ut *lucis habitamus,* vel substantivo postpositam, numerum immutatum et casum, ut *it clamor caelo,* comparativum pro superlativo, ut *pulchrior ante alios* pro *omnium pulcherrimus,* adjectivum cum genitivo, ut *strata viarum* pro *vias stratas,* numeralia, v. g. *bis septem* pro *quattuordecim,* tmesim, v. g. *hac Trojana tenus;* cet.

1 Habetur omnibus numeris absolutum quod secundum hoc schema effingitur: $-\cup\cup\,|\,-\,-\,|\,-|\,|\,|-\cup\cup\,|-\cup\,\|\,\cup\,|\,-$ quale est propositum.

Huc quali vecta (e)st Dardana puppis ave! Prop. 4, 1, 40.
Nulla venenato littera mixta joco (e)st. Ov. *Tr.* 2, 566.

NB. 3. Carmen pentametrum, quod etiam elegiacum nominatur, est proprie hexametrum dicatalecticum; constat enim duobus trimetris datylicis catalecticis in syllabam. Duplex illa incisio est arsis duorum pedum, quorum singulae theses singulis cessationibus dichronis seu duorum temporum (brevium) supplentur.

572 I. Versus tetrameter catalecticus constat (apud Horatium I, 7 et 28) tribus dactylis et catalecto in disyllabum. Primus et secundus possunt esse spondei. Dicitur etiam archilochius.

$-\overline{\cup\cup} \mid -\overline{\cup\cup} \mid -\cup\cup \mid -\overline{\cup}$ *Carmine perpetuo celebrare.*
O fortes peioraque passi.

[Est tanquam hexameter sine primo et secundo pede. Semel in tertio spondeus invenitur: I, 28, 2. Subjicitur autem hexametro: n. 588, IV.

NB. Apud Senecam invenitur dactylicus tetrameter acatalecticus cum caesura semiquinaria, i. e. cum incisione post secundum pedem.

Te Tyrrhena, pu|er, rapuit manus. Oedip. 449.]

II. Archilochius minor constat duobus dactylis et syllaba. Est igitur dactylicus trimeter catalecticus in syllabam (Horat. IV, 7). Adhibetur autem cum hexametro: n. 589, I.

$-\cup\cup \mid -\cup\cup \mid \breve{\cup}$ *Pulvis et umbra sumus.*

III. Adonius constat duobus dactylis, quorum alter est catalecticus in disyllabum (dactylicus dimeter catalect.).[1]

$-\breve{\cup}\breve{\cup} \mid -\overline{\cup}$ *Terruit | urbem.* Hor. 1, 2, 4.

NB. Adonius subjicitur legibus quinti sextique pedis hexametri: *Rara juventus*, Hor. 1, 2, 24; *Vultus in hostem (inhóstem)*, 1, 2, 40; *Se quoque fugit*, 2, 16, 20. Aliae compositiones rarae sunt: *Militiaeque*, 2, 6, 8; *Est hederae vis*, 4, 11, 4. Caret elisione, raro admittit aphaeresin, ut *Tactus aratrost.* Catull. 11, 24.

IV. Pherecratius constat duobus spondeis dactylo interjecto: $- - \mid -\cup\cup \mid -\breve{\cup}$ *Cras donaberis haedo.* Hor. 3, 13, 3. Cf. 586, IV.

NB. Catullus pro primo pede etiam trochaeum et iambum adhibet.[2]

1 Si dicas adonium constare ex dactylo et trochaeo, tibi habendus erit logaoedicus.

2 Elisio in pherecratio apud Horatium nulla. Caesura semiquinaria semel tantum deest: 4, 8, 17; fit tamen aliquando per tmesin, v. g. 2, 12, 25, aut ope elisionis:

V. Glyconĭus constat spondeo et duobus dactylis[1] saepe cum caesura semiternaria: – – ˈ – ◡◡ ˈ – ◡◡̄. Cf. n. **586**, II, III, IV.

Et regnum Priami vetus. Hor. 1, 15, 8.

NB. Elisio rara est, fierique solet cum syllaba brevi initio primi dactyli.[2]

Aurar(um) et sĭlŭae metu. 1, 23, 4; cf. n. **564**, I.
(Si figĭt adamantinos. 3, 24, 5.)

VI. Asclepiadēus minor constat spondeo, dactylo, syllabica incisione sive caesura semiquinaria (cf. pentametrum), deinde duobus dactylis:

– – ˈ – ◡◡ | – ||| – ◡◡ ˈ – ◡◡̄. Cf. n. **586**, I, II, III, IV.

Maecenas atavis ||| edite regibus. Hor. 1, 1, 1.[3]

Adn. Primo dactylo in iambum verso, alcaicus endecasyllabus est: cf. n. **581**, IV.

NB. 1. Elisio fit potissimum a) in arsi primi dactyli, b) in thesi secundi, c) in arsi tertii.

a) *Luctant(em) Icariis fluctibus Africum.* 1, 1, 15.
b) *Gemmas et lapides aur(um) et inutile.* 3, 24, 48.
c) *Me dicente cavis imposit(am) ilicem.* 3, 13, 14.[4]

NB. 2. Vitanda est elisio in arsi dactyli secundi, impedit enim caesuram semiquinariam seu moram inter utrumque hemistichium.

Hic bellum lacrimos(um), hic miseram famem. 1, 21, 13.[5]

NB. 3. Monosyllabum asclepiadeum claudens est valde rarum.

[VII. Asclepiadeus major inter utrumque membrum asclepiadei minoris interponit dactylum cum incisione syllabica:

– – ˈ – ◡◡ | – ||| – ◡◡ | – ||| – ◡◡ ˈ – ◡◡̄ [6]

Vel cur his ani | mis ||| incolu | mes ||| non redeunt genae? Hor. 4, 10, 8.]

cf. sequens *NB.* 1. Hic versus cum tribus sequentibus a multis habentur logaoedici: cf. n. **580**. Si pherecratius sumitur pro logaoedico, constat spondeo, dactylo trochaeo: – – ˈ – ◡◡ ˈ – ◡.

1 Quo Seneca interdum choros scribit. Cf. *Thy.* act. 2. Si glyconius numeratur in logaoedicis, constat spondeo, dactylo et dipodia trochaica catalectica: – – ˈ – ◡◡ ˈ – ◡ ˈ ◡̲.

2 Elisio in fine (per ecthlipsim) bis invenitur apud Horat. in 262 carminibus 1, 3, 19; 1, 19, 13; semel aphaeresis: 1, 3, 37; semel monosyllabo versus clauditur: 4, 1, 33. Caesura trochaica rara est, v. g. 1, 3, 1; 3, 9, 1; 20ies plus minus nulla est.

3 Si asclepiadeus censetur logaoedicus, constat pherecratio et aristophanio, utroque catalecto: – – ˈ – ◡◡ ˈ – ||| – ◡◡ ˈ – ◡ ˈ ◡̲.

4 In extremo versu est perrara: 1, 21, 14; aphaeresis bis invenitur: 3, 25, 18; 4, 3, 24.

5 Attamen usurpatur ab Horat. terdecies.

6 Quare carmen est dicatalecticum; neque cum aliis conjungitur.

TABELLA NONNULLORUM CARMINUM DACTYLICORUM

573

	– –	– ◡ ◡	– ◡ ◡	– ◡ ◡	– ◡ ◡
Adonius		*Terruit*	*urbem.*		
Archiloch. min.		*Pulvis et*	*umbra su-*	*mus.*	
Alcmanius		*Si bene*	*mi faci-*	*as memi-*	*ni*[1].
Tetram. dact. catal.		*Carmine*	*perpetu-*	*o cele-*	*brare.*
» » acat.	*Te Tyr-*	*rhena pu-*	*er rapu-*	*it manus.*	
Glyconīus	*Et reg-*	*num Pria-*	*mi vetus.*		
Pherecratīus	*Cras do-*	*naberis*	*haedo.*		

[II. RHYTHMUS ANAPAESTICUS

574 I. Pes anapaestus ◡◡– potest ita dissolvi: –◡, ◡◡◡, –◡◡; ideo suppleri potest a spondeo, proceleusmatico et dactylo. Versus anapaesticus scanditur dipodia, n. **559**, II, *NB*.

II. Anapaesticus ceteris usitatior est dimeter acatalecticus[2] qui componitur e quattuor anapaestis; hi autem suppleri possunt spondeis aut dactylis.[3] Secundus pes dictionem terminat; qui frequentissime est spondeus.

Lugeat | *aether* | *magnus* | *-que parens* –◡◡|––|–◡|◡◡–
Aetheris | *alti* | *tellus-* | *que ferax*
Et vaga | *ponti* | *mobilis* | *unda.* –◡◡|––|–◡◡|–◡]

NB. Neque tamen hi versus habendi sunt nisi a sequentibus dependentes; nam ita inter se conectuntur, ut (apud Graecos sine exceptione) hiatus non permittatur, neque syllaba postrema sit anceps, ultima autem consonans cum prima versus insequentis efficiat positionem.[4] Serici horum carminum sive systemati finis imponitur aliquando monometro anapaestico seu duobus anapaestis aut eorum paribus.

Quanti casus humana rotant!
Minor in parvis fortuna furit,
Leviusque ferit leviora deūs,
Servat placidos obscura quies,
Praebetque senes casa securos.
Sen. *Hippol.* 1124.

Nolo infelix; sed vagus intrā
Terror oberrat; subitos fundūnt
Oculi fletus, nec causa subest.
Dolor an metus est? an habet lacrimās
Magna voluptās?
id. *Thy.* 965.[5]

1 Usurpatur a poëtis serioribus.
2 Quo frequenter in choris utitur Seneca.
3 Apud Senecam a secundo et quarto loco abest dactylus.
4 Haec autem non semper a Seneca servata sunt. Cf. v. g. versum extremum superioris exempli, ubi *undă* trochaeus est pro spondeo.
5 Anapaesticos Ennianos et Plautinos vide sis apud HAVET, n. 180-188, LAURAND, VII, n. 106, cet.

III. Rhythmus trochaicus

575 [I. Versus trochaici dipodiis dividuntur. Frequentior est apud comicos et tragicos tetrameter catalecticus, qui ex numero pedum absolutorum dicitur etiam trochaicus septenarius, et constat octo trochaeis, quorum postremus est catalectus, cum caesura post quartum. Sed omnes pedes esse possunt tribraches, pares etiam spondei.

– ◡ | – ◡ | – ◡ | – ◡ ||| – ◡ | – ◡ | – ◡ |

Nunc adeste, saeva ponti ||| monstra, nunc vastum mare. Sen. *Hipp.* 1204.]

NB. Apud comicos saepe caesura desideratur, pes tantum septimus trochaeus est, usurpant etiam loco spondei dactylum aut anapaestum; quare hic versus maxime varius est.

Hocine est humanum factu aut inceptu? hocine est patris? Ter. *Andr.* 236.
Respondit mihi paucis verbis ||| atque adeo fideliter. Plaut. *Curc.* 2, 3, 54.
Liberale; sed vereor ne in | – diligens nimium sies. Ter. *Ad.* 684.

II. Apud Horatium reperitur (II, 18) trochaicus dimeter catalecticus purus.

– ◡ , – ◡ , – ◡ , – *Truditur dies die.*

III. Apud Senecam mixtus: *Quicquid excessit modum*
Pendet instabili loco. Oedip. 909.

NB. Trochaici acatalectici rari sunt.
Ut equidem, ita me dii ament, metui quid futurum denique esset. Ter. *Haut.* 569.

IV. Rhythmus iambicus

576 Versus iambicus numeratur vel dipodiis vel pedibus.

Dividitur 1.m ratione qualitatis pedum quibus constat in purum seu sincerum et mixtum.

Iambicus purus est, qui solis iambis constat, ut:
Bĕātŭs īllĕ quī prŏcŭl nĕgōtĭīs. Hor. *Ep.* 2, 1.
Mixtus iambicus est qui non omnibus locis iambos habet.

577 Dividitur 2.° ratione numeri pedum in tetrametrum seu octonarium, trimetrum vel senarium, dimetrum vel quaternarium: horum frequentissimus est trimeter, quo diverbia dramatis scribi solent, et cujus hae sunt leges:

1.ª Ut nullus pes sit trochaeus.

2.ª Ut semper ultima sedes iambo tribuatur.

3.ª Ut in primo, tertio et quinto loco spondeum, dactylum aut anapaestum recipiat, interdum proceleusmaticum; in locis omnibus, ultimo excepto, tribrachym.[1]

4.ª Ut fere caesuram habeat post thesim tertii pedis aut quarti.

[En tibi schema: ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ ⏓
– – | ⏑ – | – – | ⏑ – | – – | ⏑ ⏓
aut pro spondeo dactylus, anapaestus, proceleusmaticus aut pro horum quolibet tribrachys.

Aesŏpŭs auctŏr quām mātĕrĭām rĕppĕrit,
Hānc ĕgŏ pŏlīvī vĕrsĭbūs sĕnārĭīs.
Duplex libelli dos est: quod risum movet
Et quod prudenti vitam consilio monet. Phaed. I, *prol.*[2]]

NB. Apud dramaticos invenitur etiam iambicus tetrameter catalectus sive septenarius cum syllaba, et acatalectus sive octonarius saepe cum caesura inter pedes quartum et quintum; pedes vero qui iambum substituunt liberrime etiam locis paribus admiscentur.[3]

Ba. *Salve, Laches.* La. *Credo edepol, te non nil mirari, Bacchis.* Ter. *Hec.* 732.

Aliquando caesura habetur post quinti pedis dimidium:

Si frater aut sodalis esset, | qui magis morem gereret? Ter. *Ad.* 708.

578 Apud Horatium sunt etiam hi iambici:

I. Senarius catalecticus: ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ ⏓

Trahunt | -que sic | -cas ma | -chinae | cari | -nas. 1, 4, 2.

II. Quaternarius hypercatalectus sive alcaicus novem syllabarum, cujus primus pes fere, tertius perpetuo spondeus est:

⏑ – | ⏑ – | – – | ⏑ – | ⏑ ⏓. Cf. n. 588, I.[4]

Secer- | nit Eu- | ropen | ab A- | fro. 3, 3, 47.

1 Raro est apud Horat. in prima et tertia sede dactylus, in prima anapaestus.

2 Verborum dispositionem in iambico v. ap. Plessis, n. 473, Laurand, VII, 131.

3 Hi octonarii in binos quaternarios distrahi possunt.

4 Ab aliquibus dicitur trochaicus quaternarius cui praeest tempus debile et cujus secundus trochaeus in spondeum mutatus est: ⏑ | – ⏑ | – – | – ⏑ | – ⏑. Apud Horat. prima syllaba longa est 308 ies, brevis 9 ies.

III. Quaternarius seu dimeter, cui primo loco Latinus lyricus etiam spondeum et dactylum tribuit, secundo etiam tribrachym, tertio etiam spondeum: ⏑̄ – | ⏑ – | ⏑̄ – | ⏑ ⏑̄.
(– ⏑⏑) (⏑⏑⏑)

Imbres nivesque comparat. Ep. 2, 30.

Videre properantes domum. Ib. 62. Cf. n. 590, I, III.

NB. Iambicus quaternarius apud alios poëtas primo et tertio loco dactylum etiam et anapaestum recipit; potest etiam in omnibus, praeter quartum, tribrachym admittere.

579 I. Est apud dramaticos iambicus quaternarius catalecticus sive semiseptenarius, cujus species est duplex: ⏑̄ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑̄, et ⏑⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑̄. Secunda, quae suavissima est, efficit versum Anacreontēum. Utraque saepe commiscetur.

Quonam ' cruenta maenas
Praeceps ' amore saevo
Rapitur? ' quod impotenti
Facinus ' parat furore? Sen. *Med.* 849.

II. *Scazon* est iambicus trimeter acatalecticus, qui iambum habet quinto loco, sexto autem spondeum, ut

Nam ri ' -su inep ' -to res ' inep ' -tior ' nulla est. Catull. 39, 16.
Cur īn ' thea- ' trum, Cato ' seve- ' re, ve- ' nisti?
An ide- ' o tan- ' tum ve ' neras, ' ut exi- ' ires? Martial. Ep. I, *prol.*

Dicitur *scazon* (σκάζων), id est, *claudicans*, sive choliambus (χωλιαμβός), id est, *claudus iambus*, quia deturbato e sexta sede iambo et substituto spondeo, videtur quasi claudicare.

III. Notandus apud Horatium, III, 12, versus ionicus a minore, qui conflatur decem pedibus hujus nominis, quorum series continuā decurrit synaphia, h. e. efficit systema, seu ultima versus syllaba non anceps sed longa est. Singulae series pedum haberi possunt ut bina tetrametra cum dimetro:

⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – – | ⏑⏑ – –

II. De versu composito logaoedico

580 [Versus compositi, quod vehementius animum afficiunt, lyricae poësis sunt proprii. Horum praecipui dicuntur logaoedici, quo verbo significari solent ii versus in quibus dactylus et trochaeus consocientur, seu in quibus numerus dactylicus in trochaicum transit.

Logaoedici alii constant uno dactylo, alii pluribus.]

1. Logaoedici unius dactyli

581 I. Aristophanīus est a dactylo et duobus trochaeis: $-\breve{\smile}\breve{\smile}|-\breve{\smile}|-\bar{\smile}$: *Temperat ōra frēnis.* Hor. 1, 8, 7. Cf. n. **587**, II.

II. Phalaecius[1] quinque pedibus constat, spondeo aut (raro) trochaeo, dactylo, deinde tribus trochaeis: $-\breve{\smile}|-\breve{\smile}\breve{\smile}|-\breve{\smile}|-\breve{\smile}|-\bar{\smile}$.

Elegantiam addit syllabica incisio post pedem secundum sive caesura penthemimeris: $-\breve{\smile}|-\breve{\smile}\breve{\smile}|-|||\breve{\smile}|-\breve{\smile}|-\bar{\smile}$.

Quoi dōno lepi'dum ||| nō·vum lī·bellum,
Arī· da modo 'pumi·ce expo·lītum? Catull. 1, 1.

NB. Primus pes versus phalaecii est etiam iambus apud Catullum, qui etiam pro dactylo nonnunquam posuit spondeum, v. c. 55, 1.
Et ācrīs solet incitare morsus. 2, 4.
(Te in circo, tē in omnibus libellis. 55, 4; cf. n. **561**, II, 3.°)

III. Sapphicus minor, seu hendecasyllabus, quinque pedes hoc ordine admittit: trochaeum, spondeum, dactylum, deinde duos trochaeos, fere cum caesura semiquinaria, [raro trochaica in tertio pede:] $-\breve{\smile}|--|-|||\breve{\smile}\breve{\smile}|-\breve{\smile}|-\bar{\smile}$

Integer vitae ||| scelerisque purus. Hor. 1, 22, 1.[2]
Pulcher o laudande! || canam, recepto cet. Id. 4, 2, 47.

[*NB.* 1. In versu sapphico permittitur elisio praesertim in arsi pedis secundi et quarti atque in thesi ultimi.

Pompili regnum memor(em) an superbos cet. Hor. 1, 12, 34.
Septimi, Gades aditure mec(um) et
Cantabr(um) indoctum juga ferre nostra. Id. 2, 6, 1.]

NB. 2. Nonnunquam in fine sapphici fit synaloepha aut ecthlipsis.
Mugiunt vaccae, tibi tollit hinnit (um)
Apta quadrigis equa. Hor. 2, 16, 34.

NB. 3. Monosyllabum in fine sapphici rarum est.

NB. 4. Perraro in stropha sapphica vox inter tertium et quartum carmen resecta reperitur.
Grosphe, non gemmis neque purpura ve-
nale neque auro. Hor. 2, 16, 7.[3]

1 Hunc versum Sappho invenit, vulgavit Phalaecus, unde nomen. Dicitur etiam a numero syllabarum hendecasyllabus. Primum phalaecii pedem basin appellant: n. **560**, VII. In basi aliquando pes oppositus habetur promiscue, ut iambus et trochaeus, quod phalaecio evenit.

2 Catullus secundae sedi ter trochaeum attribuit: 11, 6 et 15; 51, 13.

3 Sapphici pedibus abutitur Seneca; secundo enim loco dactylum nonnunquam, tertio spondeum attribuit.

IV. Alcaicus hendecasyllabus constat prolusione sive tempore debili, quod plerumque in longum mutatur, deinde trochaeo, spondeo, dactylo et dipodia trochaica catalecta; caesura spondeum subsequitur: ⏑ | – ⏑ | – – | – ⏑⏑ | – ⏑ | ⏑.[1]

Ōdi profanum vulgus et arceo. Hor. 3, 1, 1.[2]

[*NB.* 1. Elisio maxime syllabarum brevium in omni pede invenitur: in his frequens ecthlipsis est. Quae etiam alcaico enneasyllabo et decasyllabo conveniunt.[3]

NB. 2. Monosyllaba finalia in stropha alcaica rara sunt extra elisionem.]

TABELLA VERSUUM LOGAOEDICORUM UNIUS DACTYLI

582

Aristophanīus	⏑	– ⏑	– –	– ⏑⏑	– ⏑	– ⏑	– ⏑
Phalaecius				Lydia	dic per	omnes	
Sapphicus		Inte-	Jam ver	egeli-	dos re-	fert te-	pores
Alcaicus	O-	di pro-	ger vi-	tae scele-	risque	purus	
			fanum	vulgus et	arce-	o	

2. LOGAOEDICI DUORUM AUT PLURIUM DACTYLORUM

583 I. Alcaicus decasyllabus constat duplici dactylo et duplici trochaeo, cum caesura semiternaria generatim: – ⏑⏑ | – ⏑⏑ | – ⏑ | – ⏑. *Foeda nigro simulacra fumo.* Hor. 3, 6, 4.[4]

II. Archilochīus major constat e tetrametro dactylico acatalectico, n. 572, *NB.*[5] et tribus trochaeis, cum caesura semiquinaria et semiseptenaria: – ⏑⏑ | – ⏑⏑ | – ||| ⏑⏑ | – ⏑⏑ ‖ – ⏑ | – ⏑ | – ⏑.

Solvitur acris hiems ||| *grata vice* ‖ *veris et Favoni.* Hor. 1, 4, 1.

[III. Sapphicus major constat sapphico minore, interjecto post caesuram semiquinariam anapaesto cum caesura, dein syllaba longa: – ⏑ | – – | – ||| ⏑⏑ – ||| – | ⏑⏑ | – ⏑ | – ⏑.

Cur timet flavum ||| TIBERIM ||| TANgere? *cur olivum?* Hor. 1, 8, 8.

1 Prima syllaba in finem traducta, alcaicus in sapphicum convertitur. Ab aliquibus ita scanditur: ⏑ –, ⏑ –, – | – ⏑⏑, – ⏑⏑; ab aliis aliter.

2 Anacrusis brevis reperitur apud Horat. 17ies, longa autem 617ies. Secundus pes semper spondeus est (etiam 3, 6, 9; 3, 23, 18; 3, 5, 17). Manifesta caesura bis deest: 1, 37, 14; 4, 14, 17, in quibus non satis lectio criticis probatur. Alias caesura habetur tmesis auxilio, v. g. 1, 37, 5.

3 In stropha alcaica synaloepha inter diversa carmina bis tantum invenitur in fine enneasyllabi: 2, 3, 27 - 8; 3, 29, 35 - 6.

4 Horum 308 apud Hor. semiternaria caesura resecantur, 9 trochaica.

5 Igitur quartus pes non potest esse nisi dactylus.

584 Asynarteti dicuntur versus qui constant ex duobus membris ita conexis, ut in fine prioris possit omitti synaloepha ancepsque syllaba adhiberi. Quapropter singula membra rectius, saltem apud Horatium, haberi possunt pro integro carmine.

Ejusmodi sunt archilochĭus iambelegus et elegiambicus. Iambelegus constat iambico quaternario acatalectico et archilochio minore; contra elegiambicus.

⏑̄ – ⏑ | ⏑̄ – ⏑ | ⏑̲ ‖ – ⏑⏑ | – ⏑⏑ | ⏑̲

Levare diris pectorā ‖ *sollicitudinibus.* Hor. *Ep.* 13, 10, vel:

Levare diris pectora
Sollicitudinibus.

– ⏑⏑ | – ⏑⏑ | ⏑̲ ‖ ⏑̄ – ⏑ | – ⏑ | ⏑̄ – ⏑ | ⏑⏑̲

Libera consiliă ‖ *nec contumeliae graves. Ib.* 11, 26, aut:

Libera consilia
Nec contumeliae graves.]

[CAPUT VI. DE STROPHE

585 I. Ejusdem versus indefinita iteratio vocatur *monostichon* seu versus κατὰ στίχον, v. c. apud Horatium epodos 17. *Strophe* (στροφή) vel *metrum* est ordo versuum qui identidem revertitur. Strophe pro numero versuum quibus constat appellatur *distichon, tristichon, tetrastichon;* ex versuum vero qualitate dicitur *monocolos*, si omnes sunt ejusdem speciei; *dicolos*, si duplicis; *tricolos*, cet.

II. Distichon proprie dicitur strophe, quae constat hexametro et pentametro. Disticho scribuntur maxime elegiae atque epigrammata. Curandum vero est ut singula disticha suo sensu praedita sint.

586 Carmina lyrica apud Horatium ad exemplum, ut videtur, Alcaei, continentur metris quaternorum versuum; [1] epodi praeter septimum decimum binorum.

1 Quod solum huic legi adversetur carm. IV, 8 corruptelae videtur tribuendum. In stropharum nominibus metrici non conveniunt: ea hic divisio et nomina usurpantur quae in suo Horatio Teubneriano a Luciano Mueller proponuntur.

I. Metrum asclepiadeum primum constat versu asclepiadeo minore usque repetito, n. **572**, VI. (I, 1; III, 30; IV, 8.)

II. Asclepiadeum secundum constat tribus asclepiadeis minoribus et glyconio, n. **572**, V. (I, 6, 15, 24, 33; II, 12; III, 10, 16; IV, 5, 12.)

Quis desiderio sit pudor aut modus
Tam cari capitis? Praecipe lugubres
Cantus, Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit. 1, 24, str. 1.

III. Asclepiadeum tertium constat glyconio et asclepiadeo minore, n. **572**, V, VI. (I, 3, 13, 19, 36; III, 9, 15, 19, 24, 25, 28; IV, 1, 3.)

Sic te diva potens Cypri,
Sic fratres Helenae, lucida sidera,
Ventorumque regat pater,
Obstrictis aliis praeter Iapyga, cet. 1, 3, str. 1.

IV. Asclepiadeum quartum constat duplici asclepiadeo minore, pherecratio et glyconio, n. **572**, IV, V, VI. (I, 5, 14, 21, 23; III, 7, 13, IV, 13.)

O navis, referent in mare te novi
Fluctus? O quid agis? Fortiter occupa
Portum. Nonne vides ut
Nudum remigio latus... 1, 14, str. 1.

V. Asclepiadeum quintum constat solo asclepiadeo majore, n. **572**, VII. (I, 11, 18; IV, 10.)

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem
Circa mite solum Tiburis et moenia Catili;
Siccis omnia nam dura deus proposuit, neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines. 1, 18, str. 1.

587 I. Metrum sapphicum prius est a tribus sapphicis hendecasyllabis et adonio, n. **581**, III; **572**, III. (I, 2, 10, 12, 20, 22, 25, 30, 32, cet.)

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,
Nec leves somnos timor aut cupido
Sordidus aufert. 2, 16, str. 4.

NB. Hujus metri numerus oritur ex aptata partium structura et

ex ingenua nobilique venustate. Convenit igitur fere moderatis animi motibus, argumentis jucundis quae stilum mediocrem exposcunt neque multum habent amplitudinis.

II. Sapphicum alterum constat versu aristophanio et sapphico majore, n. **581**, I; **583**, III. (I, 8.)

Cur neque militares
Inter aequales aequitat, Gallica nec lupatis
Temperat ora frenis?
Cur timet flavum Tiberim tangere? Cur olivum... Str. 2.

588 I. Metrum alcaicum constat duplici alcaico hendecasyllabo, iambico seu alcaico enneasyllabo, alcaico decasyllabo, n. **581**, IV; **578**, II; **583**, I. Hoc frequentissime omnium usus est Horatius in carminibus septem et triginta.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis,
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis. 3, 1, str. 2.

NB. Metrum alcaicum est majoris impetus quam sapphicum; qui enascitur praesertim ex primo membro hendecasyllabi et ex decasyllabo. Aptum igitur plerumque ad res graves est, ad cogitata nervosa, audacia, vehementia.

II. Metrum hipponactēum sive trochaicum constat dimetro trochaico puro et iambico senario, utroque catalecto, n. **575**, II; **576**, II. (II, 18.)

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar;
Non trabes Hymettiae
Premunt columnas ultima recisas
Africa... Str. 1.

III. Metri ionici versus singuli constant denis ionicis a minore, n. **579**, III. (III, 12.)

IV. Metrum alcmanium constat hexametro et dactylico tetrametro catalectico, n. **572**. (I, 7, 28; epod. 12.)

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen
Aut Ephesum bimarisve Corinthi
Moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala Tempe. 1, 7, str. 1.

589 I. Metrum archilochium primum constat hexametro et archilochio minore, n. 572, II. (IV, 7.)

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis
Arboribusque comae;
Mutat terra vices et decrescentia ripas
Flumina praetereunt. Str. 1.

II. Archilochium secundum constat hexametro et iambelego; n. 584. (Ep. 13.)

Horrida tempestas caelum contraxit, et imbres
Nivesque deducunt Jovem; nunc mare, nunc siluae... Str. 1.

NB. Si iambelegus habetur ut duplex versus, haec strophe tricolos est.

III. Archilochium tertium constat trimetro iambico et versu elegiambico, n. 584. (Ep. 11.)

Petti, nihil me sicut antea juvat
Scribere versiculos amore percussum gravi. Str. 1.

NB. Si versus elegiambicus pro duplici habetur, strophe tricolos est.

IV. Archilochium quartum constat archilochio majore et senario catalectico, n. 583, II; 578, I. (I, 4.)

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,
Trahuntque siccas machinae carinas,
Ac neque jam stabulis gaudet pecus aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis. Str. 1.

590 I. Metrum pythiambicum prius constat hexametro et dimetro iambico, n. 577. (Ep. 14, 15.)

Nox erat et caelo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera. 15, str. 1.

II. Pythiambicum alterum est ab hexametro et senario puro, n. 576. (Ep. 16.)

Altera jam teritur bellis civilibus aetas,
Suis et ipsa Roma viribus ruit. Str. 1.

III. Metrum iambicum sive epodicum est a senario et quaternario, utroque acatalecto, n. 576, II; 578, III. (Ep. 1-10.)

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula. Ep. 1, str. 1.]

APPENDICES

I. De ratione temporis computandi apud Romanos

591 I. Annorum numerus ab urbe condita apud Romanos computabatur (Roma autem anno 753 ante Ch. n. exaedificata est), v. c. *anno centesimo ab urbe condita, anno quingentesimo post Romam conditam.*

Saepe etiam tempus consulum nominibus indicabatur: *(Platonem) Tarentum venisse, L. Camillo, Ap. Claudio consulibus reperio.* Cic. *C. M.* 12, 41.

II. Menses ut apud nos nominabantur, sed Julius et Augustus ante Caesarem Augustum *Quinctilis* et *Sextilis* dicti sunt. Quisque mensis quot dies habeat his versiculis explicatur:

Junius, Aprilis Septemque Novemque tricenos;
Adde unum reliquis. Viginti Februus octo:
Quod si bis sextus fuerit, superadditur unus.

III. Divisio per hebdomades fuit ante Ch. n. Romanis incognita, qui dies mensis numerabant, menses autem in partes tres dividebant. Primum cujusvis mensis diem vocabant *Kalendas (Kal.)*, quintum *Nonas*, tertium decimum *Idus*, quibus addebatur mensis nomen adjective sumptum, v. g. *Nonae Februariae, Idibus Decembribus*, n. **203**, I.

Excipiuntur Martius, Majus, Julius, October, quorum Nonae erant die *septimo*, Idus *decimo quinto*.

IV. a) Dies ante Kalendas, Nonas, Idus exprimitur per adverbium *pridie;* sic PRIDIE *Kalendas*, PRIDIE *Nonas*, PRIDIE *Idus:* dies vero subsequens ita exprimi potest: POSTRIDIE *Kalendas*, POSTRIDIE *Nonas*, POSTRIDIE *Idus*.

b) Dies intra hos terminos contenti, i. e. inter Kal. et Non., inter Non. et Id., inter Id. et Kal., recensentur numerando, quot inter diem exprimendum et proximas Kalendas, Nonas, Idus intercedant, utroque extremo incluso.

Diem ergo tertium mensis Januarii dices TERTIO *Nonas Januarias* (quod simpliciter scribitur III *Non. Jan.)*, a die enim tertio ad Nonas,

sive diem quintum, tres intercedunt dies: ipse dies tertius, dies quartus, dies quintus. Eadem de causa tertium Martii, cujus Nonae sunt die septimo, dices QUINTO *Nonas Martias*. At potius dicitur cum praep. *ante*: *ante diem tertium Nonas Januarias*, quod scribi solet *a. d. III Non. Jan.*, *a. d. V Non. Mart.*, cet.

Dies vicesimus Martii erit *a. d. XIII Kal Apr.*, quia dies tredecim intercedunt inter vicesimum Martii et Kalendas Apriles.

c) Etiam ratio adhiberi potest, quam videre in his exemplis licet:

3 Januar. = 5 + 1 = 6 — 3 = *III ante Non. Jan.* vel melius: *ante diem tertium Non. Jan.*

8 Januar. = 13 + 1 = 14 — 8 = *VI ante Id. Jan.* vel melius: *ante diem VI Id. Jan.*

23 Januar. = 31 + 2 = 33 — 23 = *X a. Kal. Febr.* vel melius: *ante diem X Kal. Febr.*

Ex ultimo hoc exemplo sequitur, numero dierum mensis currentis duos esse addendos, cum a Kalendis fit computatio: diem exprimendum et diem primum *(Kal.)* mensis subsequentis.

NB. 1. In anno bisexto Februarius dies 29 habet; nomen exinde ortum est, quod Romani non post diem duodetricesimum unum addere consueverunt, sed VI Kalendas Martias bis efferebant; quare *a. d. VI Kal. Mart.* (= 24 Februar.), *a. d. bis VI Kal. Mart.* (= 25 Februar.), si annus est intercalaris.

NB. 2. Dictiones *ante diem* et *pridie* admittunt etiam praepositiones *in*, *ex — (usque) ad*, v. g. *ex a. d. IV Id. Nov. (usque) ad pridie Kal. Jan. Differre aliquid in a. d. XV Kal. Nov. Id negotium contuli in ante diem IV Kal. Novembres*, aplacé aquel asunto para el día 29 de Octubre.

V. Horae Romanorum diurnae sic fere nostris respondent (erant enim longiores aestivo tempore, hiemali breviores):

hora 1.ª = 6.ª matut.	hora 8.ª = 1.ª vespert.
2.ª = 7	9.ª = 2.ª
3.ª = 8	10.ª = 3.ª
4.ª = 9	11.ª = 4.ª
5.ª = 10	12.ª = 5.ª
6.ª = 11	Hanc prima hora nocturna
7.ª sive *meridies*	sequebatur.

Mane tempus erat ab ortu solis usque ad horam tertiam; *de meridie* dicebatur a meridie ad horam undecimam. Nox, ut dies, etiam in horas duodecim divisa erat, quae aestivo tempore breviores erant, hiemali longiores. In re militari, aliquando etiam in rebus urbanis, nox in quattuor vigilias dividitur, quarum singulae trium horarum spatio constant.

TABELLA KALENDARUM, NONARUM, IDUUM

592

Dies	Januarius, Augustus, December 31 d.	Aprilis, Junius, September, November 30 d.	Februarius 28 d.	Martius, Majus, Julius, October 31 d.
1	Kal. Januariis cet.	Kal. Aprilibus cet.	Kal. Februariis	Kal. Martiis cet.
2	a. d. IV	a. d. IV	a. d. IV	a. d. VI
3	» III	» III	» III	» V
4	pridie	pridie	pridie	» IV
5	Nonis	Nonis	Nonis	» III
6	a. d. VIII	a. d. VIII	a. d. VIII	pridie
7	» VII	» VII	» VII	Nonis
8	» VI	» VI	» VI	a. d. VIII
9	» V	» V	» V	» VII
10	» IV	» IV	» IV	» VI
11	» III	» III	» III	« V
12	pridie	pridie	pridie	« IV
13	Idibus	Idibus	Idibus	« III
14	a. d. XIX	a. d. XVIII	a. d. XVI	pridie
15	» XVIII	» XVII	» XV	Idibus
16	» XVII	» XVI	» XIV	a. d. XVII
17	» XVI	» XV	» XIII	» XVI
18	» XV	» XIV	» XII	» XV
19	« XIV	» XIII	» XI	» XIV
20	» XIII	» XII	» X	» XIII
21	» XII	» XI	» IX	» XII
22	» XI	» X	» VIII	» XI
23	» X	» IX	» VII	» X
24	» IX	» VIII	» VI	» IX
25	» VIII	» VII	» V	» VIII
26	« VII	» VI	» IV	» VII
27	» VI	» V	» III	» VI
28	» V	» IV	pridie	» V
29	» IV	» III		« IV
30	» III	pridie		» III
31	pridie			pridie

Nonas Januarias cet. — Idus Januarias cet. — Kalendas (mensis sequentis) — Nonas — Idus — Kal. mensis. seq. — Nonas Febr. — Idus Febr. — Kal. Mart. — Nonas — Idus — Kal. mensis seq.

II. Ratio numerandi per sestertios

593 I. Principio in usu fuit moneta aeris, quae ponderabatur. Moneta unius assis nihil aliud erat quam massa aeris pondere unius librae (fere $^1/_3$ kilogr.) As libralis, qui primum circiter 1,85 (*ptas.*) aestimabatur, post cusam monetam argenteam (268 a. Ch. n.) ita paulatim eviluit, ut sub finem reip. circiter 0.09 (*pta.*) valeret.[1]

II. Ab anno 268 norma rei pecuniariae coepit esse sestertius (subaud. *nummus*), quae vox syncopa est pro *semis tertius*,[2] sic appellatus quod sestertius prius valebat duobus assibus et semisse 2 $^1/_2$ assis, (circiter 0,21 *pta.*), ut *quinarius* quinis, *denarius* denis assibus seu quattuor sestertiis (circiter 0,85 *pta.*) Hinc causa apparet cur in veteribus libris pro *sestertius* scribatur HS vel IIS; S enim *semissem* notat; duae vero lineolae II binos asses.[3]

III. Sestertii communi ratione usque ad *mille* numerantur: *sestertii triginta, trecenti, mille; duo milia sestertiorum* vel *sestertium*. Sed ad indicanda aliquot milia sestertiorum adhibetur etiam sine voce *milia* plurale *sestertia sestertiorum*, quod caret singulari.[4] Unde dicitur *duo, tria* cet. *milia sestertiorum* sive *duo, tria sestertia*.

IV. *Decies centena* (aut *centum*) *milia sestertiorum* (*sestertium*) sonat 1.000,000 (un millón) de s., n. **91**, omissis nonnunquam vocibus *milia sestertium*, ut apud Hor. *S.* 1, 3, 15. Sed pro hac ratione numerandi vulgo dicitur brevius cum solo adverbio numerali: *decies sestertium* (frequentius *sestertium decies*); *undecies sestertium* =

1 In asse *pecus* incisa est Servio Tullio regnante, ut videtur; unde vox *pecunia*. Aes pecudis incisae dicebatur *signatum*, alterum *rude*.

2 *Nummus* adhibetur nonnunquam pro *sestertio*. Haec dictio *sestertius*, contracta ex *sēmi as tertius*, nihil aliud sonat quam *dimidium assis tertii*. Igitur duo asses integros in sestertio inclusos vox *sestertius* aperte non exprimit.

3 Hoc signum tam adhibetur ad sestertios quam ad *sestertia* significanda, cf. inferius: quare oratio aliquantulum ambigua fit nonnunquam, cum adhibentur numeri qui non declinantur, et cum numerale sive adverbium per notas exprimitur, v. g. *viginti* et *vicies* per XX. Sed tollitur ambignitas, summa quam sensus exigit considerata.

Aliquando notio numeri *mille* indicatur lineola notae numerali superimposita, v. g. H S $\overline{X}$, i. e. *decem milia sestertium* seu *decem sestertia*.

4 Hoc plurale ortum est a *sestertium*, genit. plur., tanquam esset nomen neutrum singularis numeri.

1.100.000; *duodecies...* = 1.200,000; *sestertium vicies* = 2.000,000; *s. ter et vicies* = 2.300,000; *sestertium milies* = 100.000,000; *s. decies milies* 1,000.000,000.

V. In his locutionibus *sestertium* flectitur tanquam sit substantivum neutrum singulare, v. c. in nominat. *sestertium quadragies relinquitur*, quedan 4.000,000 de s.; in acc. *sestertium quadragies accepi;* in abl. *sestertio decies fundum emi*, en un millón; *in sestertio vicies egere*, ser pobre con dos millones de s. Aliquando cum sensus ex contextu orationis illustris est, simplex adverbium usurpatur, *sestertium* omittitur. Reliqui numeri ita cum Cic. exprimuntur, *Verr.* 1, 14, 36: *Accepi, inquit, vicies ducenta triginta quinque milia quadringentos decem et septem nummos*; 2. 235, 417 sest.

III. De ratione significandi particulas numerorum, vulgo *fractiones*

594 I. Particulae numerorum significantur ita: *pars tertia, pars quarta, quinta*, cet. numeris ordinalibus, voce *pars* omissa nonnunquam, la tercera parte, un tercio, cet. Pro *sexta* dicitur etiam *dimidia tertia* et pro *octava, dimidia quarta.*

Quem numeratorem dicunt, is ut apud nos exprimitur, v. g. *tres septimae (partes)* = $^3/_7$, *quintae partes tres* = $^3/_5$. Et aliquando particula in duas minores dividitur, cum numerator est unitas, v. g. *Heres ex parte dimidia et tertia est Capito.* Cic. *Fam.* 13, 29, 4; «es heredero Capitón en la mitad y el tercio (de sus bienes)». Abril (= $^5/_6$).

NB. Cum denominator numeratorem excedit unitate, saepe subauditur, v. g. *duae partes agri*, pro *duae tertiae partes* = $^2/_3$.

II. *As* et *libra* in duodecim partes secta erant, quae *unciae* dicebantur. Harum singulis suum erat nomen:

sextans,	$^1/_6$	i. e.	2 unciae	*septunx*,	$^7/_{12}$	7	unciae
quadrans,	$^1/_4$	»	3 »	*bes*,	$^2/_3$	8	»
triens,	$^1/_3$	»	4 »	*dodrans*,	$^3/_4$	9	»
quincunx,	$^5/_{12}$	»	5 »	*dextans*,	$^5/_6$	10	»
semis,	$^1/_2$	»	6 »	*deunx*,	$^{11}/_{12}$	11	»

Dicat Filius Albini: si de quincunce remotast
Uncia, quid superat? Properat dixisse «triens». «Eu!

Rem poteris servare tuam. Redit uncia, quid fit?»
«*Semis*». Hor. *Pis.* 326.

Haec nomina etiam adhibebantur in aliis rebus designandis, ut in hereditate, in venditione, in mensura longitudinis, cet., v. c. *heres ex asse*, i. e. *totius hereditatis*, h. universal; *heres ex dodrante*, de tres cuartas partes. *Faenus ex triente Idibus Quinctilibus factum erat bessibus.* Cic. *Att.* 4, 15, 7; había subido de un tercio (por c. al mes) a dos tercios. *Obeliscus centum viginti pedum et dodrantis. Triumviri terna jugera et septunces viritim diviserunt.* Liv. 5, 24, 4; a cada uno $^{37}/_{12}$.

IV. De mensuris


595 I. *Pes* = 30 centimetr.; $^1/_4$ pedis = 1 *palmus*; $^1/_{16}$ ped. = 1 *digitus*.
Cubitum = 1 $^1/_2$ pes.
Passus = 5 pedes = 1,5 metr.

Stadium = 125 passus = 625 pedes = 185 metr.
Miliarium = 1000 passus = 5000 pedes = 1,5 kilometr. (alii 1480 metr., alii 1478,7.)
Leuca = 7500 pedes.
NB. 1. 5 *miliaria* Rom. 1 miliarium geograph. efficiunt.
NB. 2. In viis publicis lapides positi erant, qui mille passus inter se distabant; quare ad distantiam designandam etiam dicebatur: *ad tertium, quartum... lapidem*, a tres (cuatro) millas (de Roma).

II. *Jugerum* = 240 pedes in longitudinem et 120 in latitudinem (= circiter $^1/_4$ *hectár.* seu 2268 metr. quadr.)

III. *Modius* = 9 litra.
Amphora (pes cubicus) = 3 modii.
Cadus = 1 $^1/_2$ amphor.
Culleus = 20 amphorae.
Medimnus = 6 modii.

A. M. D. G.



ADDENDA ET CORRIGENDA

Pag.	Lin.	Legendum
2	16	117-138
15	37	*Adde*: Aunque no consta bastante de la naturaleza del acento en la época clásica. Muchos al contrario piensan que era *intensivo*, que la sílaba acentuada se pronunciaba con más fuerza que las otras. Algunos combinan los dos elementos en el mismo acento sobre todo después de la época clásica. V. LAURAND, VI, nn. 15-17.
19	paen.	los en *i* de la tercera;
27	12	cf. n. **518**, *exc.* 4.°
28	15	*Adde:* At semper dicitur *singulorum*.
54	28	*Tuber* acerolo, fem., n. **58**, 2.°,
56	13	*(scrobs)* hoyo, hoya (para plantar árboles),
57	21	liebre, fere *mus*,
60	21	nomina montium praesertim
63	1 et 3	*scopae*, *thermae*,
70	2 et 17	(al año), *ornus*, muda, *anus*
76	31	*Pauci* fere caret
93	11	**idem**, el mismo
96	13	*num*, cet., n. **422**, II,
105	17	*erit semper; quot*
119	paen.	*Adde:* II.
120	paen. et ult.	dicitur *laudatus eram*
138	27	Cf. n. **254**.
139	19	Cf. n. **259**.
140	20	Cf. n. **303**, *Adn.*
147	16 et 17	Ex his aliqua, v. g. *adeo*,
161	24	*urgere, urguere*,
163	14	*umere*,
179	8	(Cf. Synt. c. XV, § II, n. **431-32**.)
189	15	ad Hadrianum
197	3	*negotium*
204	11	c. n. **398**, II et NB.
205	3	*appellati*,
206	2 et 18	*solacium*. cf. n. **186**.
206	24	ut facile videre est
209	9	*Adde:* Eodem pacto dicitur, cum loquimur de personis quibus idem nomen aut cognomen est: *Cn. et P.* **Scipiones** *occiderunt*. Cic. *pro Balb.* 15; rarius *Ti. et C.* **Gracchus** *coepere*. Sall. *J.* 42; at recte: *Cn.* **Scipio** *et L.* **Scipio**.
221	3	c) *Pyrrhi*

Pag.	Lin.	Legendum
224	37	ut videre licet
226	12	n. 207, c).
227	5	n. 254, b), 1.m
240	15	praeteriti
248	8	*aequalis*, contemporáneo, de la misma edad,
257	4	consabedor, consabidor,
258	14	*commune mihi*
261	6	cf. n. 275, II,
264	31	n. 405, NB. 2,
266	21-22	estorbo, *satisfacio*,
280	9	*disto* et alia quaedam ex *dis* composita
284	29	*liber ab*
302	4	*Cyzicum*
305	14	ruego, *expeto*, *exposco*, *repeto*, cet., cf.
308	6	*carcerem fieri.*
310	2	*Leuctricam*
329	5	occurrunt,
339	9	FUTURUS.
368	10	*succurrere*,
377	14	*Poteras* (alii *properat) dixisse.*
385	30	Forcellini-Furlanetti
387	5	6.]
397	33	(polysyndeton),
417	11	*Leuctrica*
445	7	además de, demás de, a más de»;
447	19	*dicere*,
449	paen.	2 Apud
466	paen.	initiali
482	25	Sic *Cumanus* cet. transferendum est ad c).
493	8	tribuitur. Spatium autem quod impenditur in syllaba brevi pronuntianda dicitur t e m p u s.
497	paen.	t communi
500	paen.	2 Ergo
510	paen.	Sed in *is* et *ys*
524	14	II. Sunt
539	20-21	constant, ineptum atque insulsum

RES ET VERBA PRAECIPUA

Numeri designant paragraphos

A

a 8 —*ă* (accus.) 44 —*ā*-525—*a, ab, abs* quibus litteris praeponantur 161 — *ab* 444, 514, I — *ab* instrum. 272, NB. — causale 277, NB. — limitat. 279, NB. — loci *unde* 285 et NB. 1. — separationis 286, I — originis 288 — materiae 289 —tempor. 293, III.

ūb- vel *ăb-* 520, 2.ª — *ūb-*521.

abdico 271, I in fine.

abduco 286 a).

abeo magistratu 286 b).

abhinc constr. 232, III et NB.

ABLATIVUS 3ae. decl. 36—37, 40, 48, III-IV — 4ae. decl. 51, III — 5ae. decl. 53, III —*monoptoton* 79, NB. 1, 3, 80, I—II —qualitatis 243 —partis 279, 1m.—excessus 279, 2.º, 281, I —laudis ib. 3.º —limitat. ib. 4.º et NB.—loci *ubi* 282 — *qua* 284—*unde* 285—comparativi 294, 296 — absolutus 297.

abripio 287, I.

abscindo, 149, 165.

absisto cum infin. 341, 2.º

absolvendi verba 250, I et NB. 1, 2.

absonus 256, I.

absque 162, NB. 1.

absterreo 286, II.

abstinendi verba 287, 3.º et NB.

abstraho 287, 1m.

absum 230, 285.

abundantiae adjectiva 244, IV, 268, I et NB. 1.—verba 269 et NB. 1, 2.

abunde 239, II.

—ābus=is 23, NB. 3.

ac 370, III—V.

academĭa 519, NB.

acatalecticus versus 560, II.

accedo 263 et NB.—*accedit ut* vel *quod* 333, III.

ACCENTUS 13—14 et p. 563, 15 — in vocibus Graecis et Hebraeis 178 — 180.

acceptus 256, IV.

accidit 260, I.—cum *ut* 333, I.

accipiendi verba constr. 287, 2.º

acclāmo 263.

accommodatus 257, II.

accubo et *accumbo* 263, p. 278.

accusandi verba 250, I—II —cum *quod* 307, NB.

ACCUSATIVUS 3ae. decl. 35, 41, 44—46, 48, V—VI—cum infin. 182, I, N B., 344—47—verbi transit. 211, I —v. intrans. 213—216 cet., v. index cap. — acc. partis 280 et NB.

ACTIVA passivis mutata 123, IV, 211, II cum NB.

ad (adv.) 162, III—praepos. 433—in loco 227, NB. 1, 283, I—in tempore 233, 291 et NB., 293, II —limitat. 279, NB.—*ad Opis* 283, I —signific. propinquitatem cet. 227, NB. 1.—verba compos. ex *ad* 258, I, 263.

addo constr. 258 a).

adduco ut 332, 1.º

adeo constr. 216, 1m. — *adeor* 131, II.

adhaereo et *adhaeresco* 263.

adhibeo 258 a).

adigo cum duplici accus. 225, NB.

ADJECTIVUM 81—in nominat. sing. 82, 84 — 85 — ablat. 3ae. 86 — nominat. plur. 85, 86, IV—genit. ib. V—VI et NB.—defectiva 87 —gradus 88—90—adj. nominativus pro vocat. et contra 186, NB. 3.—concordantia 187—192, 197—98. —adject. *copiae*, cet. 244, IV, 245, 268—cum genit. 244—46—cum genit. vel dat. 257—cum genit. vel ablat. 268, NB. 1.—cum dat. 254, II, a), 256—cum dat. vel accus. 257, II—cum ablat. 268—cum sup. in *u* 356, II—adject. usus 393—402—adj. addita nominibus propriis 395—in *um* (et *a)* pro adverb. 396—collocatio 450.

adjicio, adjungo, admisceo, cet. 258, I, a) et NB.

admoneo 249.

adonius, 572, III et NB.

adorior conjug. 157—constr. 302.

adsum 263.
adulor 220, I.
adventu, discessu 291.
ADVERBIUM 158—adverb. comparatio 159—cum genit. 239, II, 241, 4.°, 242, III—cum dat. 256, III—in *o* cum comparat. 281, II, 399, NB. 2—superlativis additum 399, I et NB. 2.—usus 431—32—collocatio 452—formatio 503—507.
adversor 233.
aegre (moleste) fero quod 346.
aemulor 220, I.
aequalis 238, NB. 2, 256, I.
aequi bonique facio 275, III.
aequo 258, II.
aestimandi verba 275, NB. et III.
affatim genit. 239, II.
affectuum verba cum accus. 213, 2.°—cum infin. vel *quod* 346.
affero 258 a) et NB.
afficio 269, p. 285 in fine.
affinis 244, 3.° b).
age, agedum, agite 165, 6.
aggredior 216, I, 1m. cum infin. 341, 2.°
agnosco cum dupl. accus. 222.
ago cum dupl. accus. 222.—*agere annum* 231, NB.—*ăi* 23, NB. 1.
ajo 134, I.
alcaicus versus 578, II, 581, IV, 583, I.
alienus 254, II a), 268, II.
alĭcui 99, 2 in ima pag.
aliter, alius, cet. *ac (atque)* 370, IV.
alius—alius, alter — alter, cet. in concordantia 202—in actione recipr. 410, 2.°
allatro accus. 216, II.
alloquor accus. 216, II.
alterius (et *alterius)* 518 et 3.° V. *alius*.
altus, alte accus. 229.
amabo (te) 339, V.
ambulo accus. 214.
amicio 269.
amicus 238, NB. 2, 254, II.
amphibolia 470, II.
amplius (quam) 398, II et NB.
an, anne 388, II—III, 389, II—*an* post verba 389, I, NB. 1.—*an non* 388, II, NB., 389, II, 2.°—*an—an* ib. NB. 2.—*an vero* 388, III.
anacoluthon 469, V.
anacreontici iambici 579. I.
anacrusis 560, VI.
anapaestus 574. II.
anastrophe in praepositionibus 453.
anaphora in concord. 185, 3.°—figura 469, I.
anheio 213, 1m.
animi (gen.) post adjectiva 248, II—post verba 251, III.
animo angi, cet. 284, 4.°—*in animo habeo*, cet. cum infinit. 342, 2.°
animadverto cum infin. 344.
anomala substant. 75—80.
ante temporale 232, III et NB.
antecedens in oratione relativa 193—99—iteratur 193, III.—postponitur relativo 415, I—II—omittitur 416, I.
antecedo, antecello, anteo 264, I.
antegredior 216, I, 2.°
anteponendi et *postponendi* verba 254, 2.°, p. 269.
antequam et *ante-quam* 316, I—II.
antesto 264, I.
antevenio 216, I, 2.°
anteverto 264, I.
anxius cum accus. 213, 2.°, NB.—cum ablat. 271, I.
apage 136, IV.
aphaeresis 561, I, NB., 565, I.
apocope 472, XI, 565, V.
apodosis 464, II.
apophonia: v. mutatio litterarum.
apostrophus 174.
appareo 205, 1m. in ima pag., 263—*apparet* cum infin. 340 b) in ima pag. 365.
appellor, dicor, nominor, cet. 205, 2.° a) in ima p.
applico praet. 142, 13—constr. 258 a).
appono 258 a).
appropinquo 263.
aptus constr. 257, II, 359, I, NB. *aptus ut* 329, 2.°
apud 436, I—cum persona 283, I=*prope* ib.
aquello (que) es, aquello (que) se llama etc. 194.
arbor fici 203, II—*arborum* nomina fem. 58, 2.°
arceo 286 b)—*arcendi* verba dat. 286, III.
archilochius 572, II, 583, II, 584—metrum archiloch. 589, I-IV.
arguo constr. 250, I a)—infin. 343, I.
arrideo 263.
arsis 558 in ima p. 531.—*ās* genit. 23, NB. 1.—*ăs* accus. 48, V.
as 503, I.
asclepiadeus 572, VI-VII—metrum 586, I-V.
aspergo 270, I.
assentior constr. 217, II, 1.°, 263.
assentor 254 b), 1m.—*assere* 120, IX.
assideo 263.
assimilatio 472, VI.—*asso* 120, IV.
assuefacio et *assuesco* 273, III.
assuetus, suetus, consuetus, insuetus 341, 4.°
assurgo 233.
asynarteti versus 584.
asyndeton 371.
at (ast) 378, V—*at enim, at vero* ib.
Athos 27, II.—quantitas 532 in ima p. 509.
atque 370, III—V—*atque adeo, atque etiam* 379, 1m.
attendo 220, III.
attinet 215, II.
attractio relativa 415—subjecti orationis secundariae in primariam 469, X.
attribuo cum gerundivo 362.
auctor sum ut 332, 1.°
audeo cum infin. 342, 2.°
audio cum nomin. 205, 2.° a) in ima pag.—*audio ex...* 287, 2.°—*audivi cum* 315, II—cum infin. et participio 344, p. 373, adn. in ima p.—*auditio* 297, NB.—*audin* 388, NB. 4.
auferendi verba 287, 1m.
augeo constr. 270, I.
ausim 120, V, 1m.
aut et *aut—aut* in corcond. verbi 185, 2.°—*aut=neque* 376, NB. 1—377—*aut—aut* 377, NB. 2.
autem 378, II.
auxilio dat. 267, I.
auxilior 254 b), 1m.
auxim 120, V, 2.°
(h) avere 136, II.
avello 286 a).
aveo cum infin. 342, 2.°
avoco 286 a).
—ax adject. cum genit. 244, III.
axim 120, V, 3.°

B

barbarismus 470, I.
basis 560, VII.
belli 252, II.—*bello* et *in bello*, cet. 291.
benedico (et *maledico*) 254, in ima p. 267.
benevolus cum dat., cum *in* 254, II a).
bibo 265, Im.
-bilis finita 254, II a).
blandior constr. 254, II b), Im.
boni consulo 275, III.
bonus cum infin. 341, 4.°
-bundus finita 119.

C

c 4, 1 = *qu* ib.
—cā et *—ce* 24, NB. 1.
cacophonia 470, Im.
CAESURA 560, IV—V—quotuplex 567—vis 563, I.
calleo 213, Im.
capio conjug. 112 —constr. 287.
capita in concord. 198.
capsis 120, X.
captus oculis, cet. 279, Im.
careo 216 et NB. 2.
Carthago 4, I.
carus 254, II.
cassus 268, I et NB. 1.
catalecticus 560, II.
catalexis 560, II.
CAUSA 124, XII, 277—78.
CAUSALES orationes 307, 321—22, 364, 3.°
caveo constr. 221, I —cum subj. cet. 334, I et NB. —*ce* 479, I. 3.ª et V.
cedo, decedo de, cedere loco, cet. 286 b).
cedō 136, V, 529.
celo et *celor* constr. 223 et NB. I.
censeo ut, cum infin., cet. 344 extr. ante NB. 1.—*census* cum accus. 218, NB.
certior 244, II.
certe et *certo* 506 a), NB.
certo constr. 260, III.
ceterum 378, VII.
ch 3, 4-2.
chiasmus 456, II.
cingendi verba 218, 269.
circa et *circiter* et *circum* 436, II—III—composita ex *circum* 216, Im. et II.
circumdo 270, I.
circumeo, circumvenio, cet. 216, Im.
citius—quam 316, II.
civitas in concord. 197, III.
clam 163, 2.°
classis in concord. 197, III.
coepi conj. 133, II—cum infin. ib. NB. 2, 341, 2.°
COGITATIO aliena 313, I et NB.—propria temp. transacti 313, II.
cogito cum infin. 342, 2.°
cognatus cum genit. et dat. 238, NB. 2.
cognitus dat. 256, IV.
cognomen 6, adn. *cognomen est (mihi)* 262, NB.
cognosco cum dupl. accus. 222.
cogo ut 332, 1.°
collectivum nomen 56, NB. —in concordantia 197.
COLLOCATIO verborum 449—461—orationum 462—463. -quae initio orationis 459—460.
colludo 260, III.
COMITATUS et societas 276, NB. 3.
comitor 210, II—*comitatus* cum ablat. 276, NB. 3.
committendi verba 254, 2.°, p. 268, 362.
commodi adject. et verba 254, II.
commoneo et *commonefacio* 249.
commune duorum generum 60—verbum 115.
communico aliquid cum 258, I extr. ante II.
communis constr. 246, I.
commuto constr. 258, I extr. ante II.
COMPARATIVUM 88, II — 90, 159—partitivum 241, 4.°—const. 294—96 — positum absolute 397, I —duplex compar. 397, II —pro superlativo ib. III —participiorum 430, I.
compendia scripturae 6.
compertus dat. 56, IV.
COMPLEMENTUM directum 211, I, in ima p.
compleo 269 et NB. 2.
completus 268, I, NB. 1.
compos constr. 244, 3.°
COMPOSITIO verborum 508—515—compositorum quantitas 524—525, 528, 555—verba composita cum accus. 216—cum dat. 258, 263—cum praepos. repetita 258, NB., 263, 286 a).
conatus verba 332, 2.°, 342, 2.°
concedo ut 332, 3.°—cum infin. 332, II.
concessivae particulae 308.
CONCORDANTIAE 192—203—in respondendo 204.
concurro 260, III.
CONDICIONALIS oratio 305—308, 317—326—cond. potentialis 317, II — tacita 320, I et NB., 354, II—elliptica 320, II—pro condic. independens 320, III—condic. in orat. obliqua 354—partic. condicionale 364, 2.°
conducit 254, pp. 266 et 267—*conduco* 257, 2.°—cum gerund. 362.
confert 254, pp. 266—67.
confido 260, I et NB.
confit conj. 122, NB.
conjicio 267, 2.°
CONJUGATIO cf. index cap.—*thematica* et *athematica* 481, II.
CONJUNCTIO quid et quotuplex 164—cc. *coordinantes* 370—381, *coordin.* imperat. et subj. negativi 376, II—*copulat.* omissae 371—72—*subordinantes*, cf. indicat., subj.. imper., —*postpositivae* 454.
conor cum infin. 342, 2.° V. *conatus* verba.
conscius 244, Im. et NB.
CONSECUTIO *temporum* 336—38.
CONSECUTIVA *oratio* in consecut. temporum, 338.
consentaneus. concors, congruens, cet. dat. 256, I.
consilium capio cum infin. 342, 2.°—cum *ut* et genit. ib.
CONSONANTIUM divisio 10—in syllabis 12—quae initio dictionis 12, adn. in ima p.—mutatio 472.
consors 244, 3.°
constat 254, II b), Im.—*consto* dat. 263, ablat. 272, p. 289.
consterno 269.
constituo 258 b)—*ut* 332, 3.°—cum infin. 332, II.
consuesco infin. 341, 1.°—*consuetus* ib., 4.°
consulo accus. comm. 217, I—aliquem cet. 221, IV.
contemptus dat. 256, IV.
contendo dat. 260, III—*ut* 332, 2.°—cum infin. ib. II.
contentus 271, I.
contineo me ab 287, 3.°—*continendi (se)* verba 334, 3.°
contingit dat. 260, I.—*ut* 333, I—infin. ib., NB. 2.

CONTINUATA subst. 200—203 —post possessivum 200, II—in orat. relativa 415, II—eorum situs 449.
contra atque (ac) 370, IV—*c. quam* ib., NB.
CONTRACTIONIS leges 513, 517.
contrarius dat. 254 a).
convenio accus. 216, 1m.—*convenit* constr. 215, II, 254 b), 1m.—in indicat. 302.
convinco constr. 250.(—cum infin. 344.)
COORDINATIO 369 — 381. V. *conjunctio.*
copiae et *inopiae* adject. 244, IV, 245, 268—verba 269.
copiosus 268, i.
copulativa verba 205—*copulat.* conjunctio omissa 371—72.
cornu in concord. 197, III.
crassus cum accus. 229, NB.
credo dat. 254, 2.° et 3.° extr.—*credor=mihi creditur* 261—*credor* cum infin. 348, I.
creduim 120, VI.
creor 205, 2.° b) in ima p.
crepo cum accus. 213, 3.°
cretus 288.
crimine cum verbis accusandi, cet. 250, NB. 1.
cubitum 229.
cuicuimodi 97, 2 in ima p. 94.
cum postponitur 160, II, NB. 2 — significatio 276, NB. 3, 445, I—in concord. verbi 182, II—et adject. pluralis 192, I, NB.—in appositione 202, NB.—«siempre que», cet. 304—narrativum 315, I—relativum ib., II—causale 322—concessivum 323.
cum—tum in concord. 185, 2.°—in membris 373, II.
cumulo constr. 269.
cupio accus. et dat. 221, VI —cum infin. 345—cum participio ib., NB.
cupressus 51, IV.
cur 387, NB. 2.
curandi verba cum *ut* 332, 2.° — *curo* cum gerund. 362.
curro cum accus. 214.

D

d 4, 3.
dactylus 559, I b)—rhythmus dactylicus 566.
damnandi verba 250.
dandi verba 254, 2.°, p. 268.
dăre 142, 1—cum dupl. dat. 267, III—*dare litteras* 254, 3.°, NB., p. 269.—cum gerund. 362—*do bibere* ib., NB. 2.
DATIVUS v. index cap. —in *abus* 24, NB. 3—commodi 124, IX, 254—55—dat. pro genit. aut praepos. 227, NB. 3, 255, 1—post adject. 254, II, 256, I—II—post adverbia 256, III — post participia 256, IV—post *idem* 256, V — dat. aut genit. post adject. 257 — dat. post verba 254, 2.° et 3.°, 258—263—post verba compos. 258, I, 263—dat. vel accus. 264, I — dat. aut praep. *ab* ib., II — post verba passiva 259—dat. participii 265—cum motibus animi 266, I—dat. finis, cet. 267.
de 444, II—collocatio 453, II, IV.
debeo in indicat. 302—cum infin. 341, 1.°
decedo 286 b).
decerno ut 332, 3.°—cum infin. 342, 2.°
decet 137, NB. 2—constr. 215, I et NB.—effertur indicat. 302—cum infin. 340 b).
declarandi verba 254, 2.°, p. 269, 344 — accus. omisso ib., NB.—*declaror* 205, 2.° b) in ima p.
DECLINATIONES v. *nominativus, genit.* cet. et terminationes *a, as, im,* cet.
dedecet 137, NB. 2—constr. 215, I.
dedoceo 223 et NB. 2.
defendo ab 287—cum dat. 286, III.
defero 258 d).
deficio 221, V.
defit 132, NB.
deinde 92, II—disyllab. 563, I.
deficere honore, cet. 286 b) —quantitas 520, 2.ª
delectat 211, III.
delector 278, I in ima p.
DEMINUTIVA 490—93.
DEMONSTRATIVA 96 — *adeo, ita,* cet. 328, NB. I—eorum usus 411—14 — pro reciproco 409, NB. 2 et 3—pro relativo 416, II—collocatio 457—formatio 479.
demonstro 254, 2.°, p. 269.
denique 92, II.
depello 286 b).
DEPONENS verb. 101, V — conj. 113—participia cum passiva significat. 115. V. *commune, semideponens.*
DERIVATIO nominum, verborum, cet. 487—507 —derivatorum quantitas 550—54 —*des* finita 24, NB. 3.
DESINENTIA 16—flexionis nominalis, pronominalis, verbalis 473—84, cf. 55, 110—11.
desino cum infin. 151, 211, 341, 2.°, ib. NB. 2.
despectus cum dat. 256, IV.
despero 219, II
desum 263.
deterreo constr. 286, II—*ne* 334, I—*quominus* ib. II—*quin* ib. III, 3.°
deturbo 286, b).
Deus 25, NB., 3, 518, NB.
dextrā laevaque 282, 4.°, 393, II.
DIAERESIS 564, I.
DIASTOLE 564, III.
dicatalecticus versus 560, II
dico in appositione 200, III, NB.—cum infin. 344, 348, I—*dicor* 205, 2.° a) in ima p.
dicolos versus 560, III.
differo dat. (et ablat. cum *ab)* 264, II.
difficilis cum sup. in *u* aut infin. 356, II—cum gerundio 359, I, NB.
digitus in accus. 229.
dignor ablat. 269 extr., p. 286.
dignus et *indignus* 271, I—*d. qui* 329, 2.° et NB. 2.
dilectus dat. 256, IV.
dimeter versus *(trimeter,* cet.) 559, NB.
dimidium 239, I.
DIMINUTIVA, v. *deminutiva.*
dinosco 286, II.
DIPHTHONGI 9—quantitas 517, 551, 3.°
dipodia 559, NB.
directio 227 b).
disco 287, 2.°, 223, NB. 2—cum infin. 342, 1m.
(discordo 264, II.)
displiceo 254 b).
dissideo 264, II, 286, II.
distaedet 226.
DISTANTIA 230.
distichon 585, II.
distinctio 7.
distinguo 286, II.
disto 264, II, 286, II.
distributivorum usus 401.
diversus 271, II—cum dat. 257, I.
—do, inis finita fem. 67, I, 2.°

do cum dupl. dativo 267, III — *dĕdi, dătum* 547, 548—*ut* 332, 2.°—V. *dandi* verba.
doceo 223 et NB. 1, 2.
doctus 223, NB. 2, 244, I—cum infin. 341, 4.°
doleo 213, 2.° et NB.—cum infin. vel *quod* 346—*dolendus* 113, NB. 1.
dominor 283, II.
domus decl. 52—*(in) domum* et *domos* 227, I et NB. 2—*domi* 252, II et NB. — *domo (tua,* cet.) 285.
donec 315, III.
dono 270, 1.
DUALE 21.
dubitandi verba 334, 1m. et NB. 1—*dubito an* 389, I, NB. 1.
duco 267, III—*ducor* 205, 2.° c) in ima p.
duim 120, VI.
dum 315, III—*dum (ne)* 325.
dummodo (ne) 325.
duo decl. 91—quantitas 529 et NB.
duplum genus 559, II b).

E

e 8.
—*e* dat. 3ae. 34.
—*ē=ei* 53, II.
ecce=en ce 158, 1m , NB.—constr. 208, I — *eccum, ellum,* cet. 96, 5 in ima p.
ecquid 389, I.
ECTASIS 564, III.
ECTHLIPSIS 562.
edico conj. 118, NB.—*ut* 332, 1.°
edicto 297, NB
edo conj. 129 et NB.—cum nominat. 205, 1m. in ima p.
efficiendi verba 205, 1m. in ima p. 222—cum *ut* 332, 2.° et NB. 1.
efflagito ab aliquo 287, 1m. —*ut* 322, 1.°
egenus 245.
egeo 269, NB. 1.
egredior 216, I, 2.°, 286, I b).
ei=ī 5.
eligendi verba 205, 2.° b) in ima p. 222.
ELISIO 561, I.
ELLIPSIS 468.
—*em, —en, —etem* 46, III —IV.
emo 287, 2.°
en (em) 208, I.
ENALLAGE 469, III.
ENCLITICAE 14, p. 17, adn.—quantitas 523.
enim 380, I—*at enim* ib. II.
ENUMERATIO substant. 402.
eo cum compositis conj. 131.
eo cum genit. 240, I.
—*eos* nominat. declin. 27, II.
EPENTHESIS 565, II.
EPICOENA 61.
EPISTULARIA tempora 301.
epodicum metrum 590, III.
equitatus in concord. 197, III.
— *er* finita quae amittunt *e* 25.
—*ere=erunt* 118, I.
ergo 381, I—cum genit. 240, II—quantitas 529, 2.°
eripio 258 e), 287, 1m.
erudio 223 — *eruditus* 272; **Etiam.**
erumpo stomachum 213, 3.°
essetur 129, NB.
est alicujus cum accus. 187, NB. 2. — *est hoc* cet. *ut* 333, I.
estur 129, NB.
et 370, I sqq. — *et — et* in concord, 185, 2.°—in membris 373, I.
et non (ac non) 375.
etenim 380, II.
etiamsi 319, I.
etsi 308, I, 319, I.
ETYMOLOGIAE notiones 471 sqq.
eus finita decl. 27, III.
evado 205, 1m. in ima p.
evenit dat. 260, I.
eventus verba cum *ut* 333, I, cum *quod* 340, II.
everto ablat. «despojo de» (269).
ex 161, IV — causale 277, NB., 444, II.
ex eo genere, numero 197, III.
ex quo tempore? 293, III.
exadversus 160, I, NB., 434, I.
excedo 216, 2.°
EXCESSUS 279, 2.°
exercitus in concord. 197, III.
exclamatio cum nominat. 208, II—cum vocat. 209, II—cum accus. 235.
exeo cum accus. 216.
exhibendi (se) verba 222.
exigo 287, 1m.
existimandi verba 205, 2.° c) in ima p., 222.
exopto ut vel cum infin. 332, 3.°
exordior cum infin. 341, 2.°
exoro 224—*ut* 332, 1.°
exosus (erat) cum accus. 133, NB. 1.
expedit dat. 254 b), 1m.—cum infin. 340 b).
expeto (poenas ab aliquo) 287, 1m.—cum infin. (332, II).
expleo 269 et NB.
explico 254, 2.°
explorato 297, NB.—*exploratus* dat. 256, IV.
exposco dupl. accus. 224—*victoriam a* 287, 1m.
expugno 216.
EXTENSIO ad locum 227, II—in loco 229.
extorris 268, I, pp. 283—84.
exuendi verba cum accus. 218.—dupl. constr. 270, I.

F

face=fac 118, NB.
